prętulit Christus discipulis. Prętulit inq̃ dono & merito & officio ac dignitate necnon & nomine ac etiam segregatione, & amicitia. Sed videamus discipulorũ qualitatẽ, vt agnoscamus apostolorũ maiestatẽ. Quinq̃ signanter ỽtutibus nouimꝰ decoratum discipulorꝝ consortiũ. s. humilitate: quoniã eis Chrus dixit, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Sco, ĩtegra paupertate, ideo & eis apposuit. Nisi quis renũciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Tertio, carnis abnegatione: de qua eis dixit. Si quis venit ad me & nõ odit patrẽ & matrẽ, non potest meꝰ esse discipulus Quarto, integra moriendi prõptitudine: nam eos pręmonuit dicẽs, Qui nõ baiulat crucẽ suam, & sequitur me, nõ potest meus esse discipulus. Quinto charitate fraterna: de qua eos hortatur dicẽs. In hoc cognoscẽt homines q̃ discipuli mei estis, si charitatem habueritis adinuicẽ. Hęc õnia Lucas verus discipulus scripsit. Ex talibus ergo ỽtutibus decorati, & nõ e vulgo electi sunt apostoli duodecim. In duodenario numero, qui abũdãs est in duobꝰ super denarium decalogi, ostendit, quod apostolorꝝ iusticia nõ solum abũdat plus q̃ patrũ veteris legis, sed plꝰ

Matth. 11.

Luc. 14. a.

Apostorũ sublimitas

q̃ discipu

& discipulorū, qui sunt patres legis nouæ. Duodeci sunt apostoli, propter totidē virtutes eis a Christo collatas, ob quas etiā figurātur in duodecim duode nis sacræ scripturæ.
Propter multiplicē filiorū spiritualiū procreationē sunt duodecim patriarchæ populi christiani a vero Iacob. s. Christo descēdentes, Genesis 29 & 30.
Prio Propter multiplicē virtutū varietatē sunt du odecim lapides p̄cioſi rationalis summi pontificis Iesu Christi. Exodi 28 c.
Scdo Propter sublimitatē prelationis sunt designa ti in duodecim principib⁹ filior⁹ Israel. Nume. 2 a
Tertio Propter subtilitatē contēplationis figurant in 12 exploratorib⁹, quos misit Moyses. Nūe. 13 a
Quarto Propt fundationē fidei in 12 articulos, sūt duodecim lapides educti a iordane. Iosue 4 a
Quito Propter exercitiū concionandi (nam sermo ne arabant corda hominū) figurātur per duodecim boues sustentantes mare æneum. 3. Reg. 7. d
Sexto Propter honestatē exemplorū dicuntur du odecim horæ diei. i. totius vitæ Chri, quæ fuit vn⁹ dies, quo vinea ecclesiæ colitur. Ioannis 11 b.
Septimo Propter supportationē omnium ecclesia rum, figurantur per duodecim fundamenta ciuita tis Hierusalem. Apocalip. 21. f
Octauo propter exhibitionē doctrinæ figurātur in duodeci panibus propositionis. Leuiti. 24. a
Nono Propt apertionē cœli clauiū potestate desig nantur per 12 portas domus Dñi. Ezech. 48. d
Decio Propter fortissimā resistentiā in fidei aduer sarios designantur per duodecim leones in throno Salomonis. 3. Regū. 10 c
Vndecio Propter honestatē morum qua ecclesiam ornant, dicūtur duodecim stellæ in capite sponsæ co ronatæ. Apocalip. 12 a
Duodecio Propter suorū corpor⁹ immolationem sunt du

sunt duodeci vituli, quos immolauit Moyses Dño Exo. 24. b. Propter ista quæ diximus, timuit Petr⁹ in vndenario ꝑmanere, dū elegit Mathiā vt essent duodecī. ¶ Ecce igitur quare tali numero sunt electi, qđ notat Hubertinus, & Hugo Cardinal, prius tamē beatus Bonauētura super Lucā, qui & asserit in apostolorū nominibus vitā bonorꝫ prælatorꝫ designari. Dignitas apostolorꝫ i eccleſia reſidet, quę maxima ſcd'm altitudinē ſuam indigebat doctrina & quia ipſi apoſtoli cito erāt morituri, voluit De⁹ in eorū nominibus vitā ſuccedētiū erudiri: ad cuius eruditionē requiruntur tria ſ. propria perfectio perſonalis: & perfectio doctrinalis: et perfectio exemplaris. De quib⁹ Paulus Titū inſtruebat dicens, Nemo adoleſcentiā tuam contēnat: ecce primū, tu aūt loquere q̄ decēt ſanā doctrinā: ecce ſcd'm, in ōni b⁹ teipſum prębe exēplū bonorū operꝫ: ecce tertiū. Quatuor ergo priora nomina apoſtolorū deſignant perfectionē vitæ. Quatuor alia perfectionē doctrinæ: alia vero quatuor perfectionē exempli aut conuerſatiōis honeſtæ. V tergo primū aggrediar nota, q̄ Sym ō interpretaī obediens. Et hūc cognominauit Petrū, qui interp̄tatur agnoſcens, in quo deſignatur ꝓtus prudentię, quæ ex humili obediētia oritur ne innitatur prudētiæ ſuæ, ſed prudentiæ ſuæ ponat modū. ſ. obediētiæ, ne ſit prudēs apud ſemetipſum. Vnde Dauid egrediēs & regrediēs ad imperiū regis, in ōnibus prudenter ſe gerebat. Andreas interpretatur virilis, per quē deſignatur fortitudo vitæ neceſſaria: qui em̄ conualuerūt de infirmitate vitiorum, oportet vt fortes fiant in bello: quia militia eſt vita homīs ſuper terrā: qua etiā regno cœlorū vim oportet inferre. Iacobus interp̄tatur ſupplātator in quo tēperantia deſignatī ſiue cōtinentia, quæ haberi nō poteſt niſi adeo, qui tetigit fœmur Iacob, & nerueus emarcuit. vnde recte dicit, Non poſſum eſſe cō

prælatorū pecfectio i apoſtolis.

Titi. II.

Pro. 14. c. 1. Regū. 18. Hębr. II. d.

Sapient. 8.

tinens

tinens nisi Deus dederit. Ioānes interpretat in quo est gratia: & designat virtutē iusticiæ, qua suum damus vnicuiq;, & tūc gratiā habemus ad ōnem plebem, sicut illi de quibus dicit, Erant ambo iusti ambulātes sine querela in iustificatiōibus Dñi. Sed'm cōfigurationē istarū quatuor virtutū, vidit Ezechiel animal sanctū, quatuor facies habens. i. quatuor prætactas ỹtutes, quæ exigūtur ad regimē prelatorum. ¶ Nunc ad alia quatuor nomina doctrinā cōcernentia oportet accedere: qrum primū est Philippus, & interpretat os lāpadis, in quo insinuatur, q̄ doctrina debet esse lucida, quantū ad intellectū audientiū: vt sit aspectus prelatorū, quasi aspect⁹ lampadarū, nō sub medio hæreticorū, sed in medio ecclesiæ aperiat os, vt ille cuius ỹbum sicut facula ardebat. Bartholomeus interpretat filius suspēdentis aquas: in quo intelligit doctrina deuota quantū ad effectū, vt ex deuotiōe suspendat, & eleuet lachrymas vsq; ad oculos: nam a bono cōcionatore querit Iob. Nunquid eleuabis in nebulā vocem tuā? .s. in deuotionē seu cōpunctionē docendo, & exit⁹ aquarum operiet te? s. lachrymādo. Quid facit Dñs dās in oculis nebulas. i. lachrymas ab extremis terræ, quādo corde duros lugere facit, etiā oblita peccata: quia emittit ỹbum suū & liquefacit ea, flabit spūs eius, & fluent aquæ. Matthęus interpretat donatus per quod insinuatur, q̄ doctrina sit ædificās ad op⁹ quantū ad effectū, tunc em̄ prędicator donat, ac prę miatur: quia de fructu labior⁹ suor⁹ impletur bonis Thomas interpretat abyssus, per quod intelligitur ꝓfunditas eruditiōis credendorū: nam de christiano cōcionatore dicitur. A mari em̄ abūdabit cogitatio eius, & cōsiliū illius in abysso magna. Mare est Christi humanitas: abyssus magna est eius deitas. In mari passiōis & abysso glorię nauiget sermo tu⁹ cū beato Thoma, vtrum q̄ penetrante. Hæc ergo

Ezech. 1.

Ezech. 1.

Eccle. 48.

Iob. 38. d.

Psalm.

Eccl. 24. d

quatuor

quatuor nomina pertinẽt ad doctrinã, vt ſicut curꝰ quatuor rotarũ ſit ſermo noſter: nam ſpiritꝰ vitę in rotis erat. ¶ Nũc ſuperſunt quatuor nomina, quæ ad exemplũ honeſtatis cõferunt: primũ. ſ. Iacobus Alphęi, interpretatꝫ luctator: & Alphęus interpretatur dux: & in his notatur paupertas ſpũs, quæ int̃ beatitudines velut dux primo ponitur, et tunc ſecurus vinces. quoniã Gregorius ait, Qui ad certamen cũ diabolo ꝓperat, veſtimẽta abiiciat, ne ſuccũbat. Quid aũt ſunt terrena õnia, niſi quædã corporis indumẽta? Ecce quomõ bonus luctator nudus ꝓ nudo Chrõ luctari debet, cũ diabolo: quẽ nudus vicit Chriſtꝰ in cruce. Symõ interpretatur obediẽs, qui vocatur zelotes. i. æmulator: in quo exprimit̃ perfectæ humilitatis exemplũ, cũ ęmulatione ordinatæ charitatis. Vnde Petrꝰ ait. Animas noſtras caſtificãtes in obediẽtia charitatis, in amore fraternitatis &c̃, Iudas Iacobi interpretatur cõfitens: vt ſit exẽplum firmitatis in agendo: quoniã Dñs ait, Luceãt opera veſtra corã hominibns, vt glorificent patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt. Hinc etiã eſt, q̃ in benedictione Iudæ dicit̃, Manus eius pugnabunt ꝓ eo. &c̃. Vnde ipſe aſcẽdit ante alios in prælium: vt habetur in libro Iudicũ capite. i. Ille ergo eſt Iudas Iacobi, qui ꝓpter bona & ſtrennua opera ſua Deũ benedici facit, vt ille qui dixit. Benedicite Dñm, & corã omnibus viuẽtibus cõfitemini illi. Iudas Iſcarioth interꝑtatur memoria mortis: in quo intelligit̃ exemplũ mortificãdæ carnis: vnde Gregoriꝰ ait. Nihil adeo valet ad domãda carnis vitia, quãtũ cogitare qualis caro noſtra poſt mortẽ ſit futura. Pręlatus ergo domet carnẽ ſuam, ne cũ aliis prędicauerit reprobꝰ fiat. Sed quia multi decipiũtur occaſiõe mortificationis carnis: quoniã inde gloriãtur vt hypocritæ, qui ore cõfitentur Dñm, & factis negãt: & vt caueant ne per hũc reprobẽtur: ſubdit̃ de Iuda, hic fuit proditor.

Exemplũ bonæ conuerſatiõis.

1.Pe.1.d.

Matth.5.

Deut.34.

Tho.12.

ditor. Ab isto quidē decipiuntur habentes speciē pietatis, & intentionē propriæ laudis. Ecce igit̄ quomodo apostolorꝝ nomina viri apl'ici integrā perfectionē designant: & maxime boni prelati, qui tenētur ad bonitatē vitæ & doctrinæ & bonæ cōuersationis exemplū. Vt ergo supra deduximus, perfectio vitæ debet esse

Circūspecta per prudentiā. Estote prudentes sicut serpētes. Matth.

Virilis per fortitudinē, quia nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed cōtra aereas potestates.

Munda per tēperantiā, omni tempore sint vestimenta tua candida.

Grata per iustitiā, reddite oībus debita, cui vectigal

Doctrina vero perfecta, debet esse

Lucida quantū ad intellectum. Ponatur lampas super candelabrū. Zacharię. 4

Deuota quantū ad affectū. Fulgura (.i. verba dura) in pluuiam. s. lachrymarū fecit. Psalm.

Aedificans quantū ad effectū. Factum est verbū in manu Aggæi prophetæ.

Profunda quantū ad fidei documentū. Nunquid in nouissimis abyssi deambulasti? Iob. 38.

Conuersatio autē perfecta debet esse

Parca rebus. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ ait Iacob. Gene.

Feruens amore. Filij iustorū obediētia & dilectio, & fideles in dilectiōe acquiescēt illi. Sap. 3. b

Lucēs humilitate. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meam Dño. Psalm.

Austera per pœnitentiā. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.

Ecce quomodo apostolorū vocatio & electio transit ad nos, immo & nomina, sed væ illis qui apostolicæ professionis nomine tantū gloriātur: de re autem no

2da pars.

tem nominis non curant. ¶ Omnia quę ſupra iã diximus frēs mei, beato Andreę Apoſtolo deſeruiunt tanquã huius dignitatis primo aſſecutori, eſt enī primus Chriſti Apoſtolus tēpore quamuis dignitate ſcribatur (vt vidiſtis) ſecundꝰ Petro fratri ſuo, qui & ei multū eſt obnoxius, & obligatus, nã eum duxit ad Ieſum. Si ergo quæcunqꝫ diximus iterum aptaremus Andreæ, vel curioſum vel prolixū videretur, ideoqꝫ ad thema noſtrū redire placet nō apoſtolis alienū, & beato Andreæ aptiſſimū, nã ſi omnes apoſtoli nuncij, ſicut & angeli, qui interpretãtur nūcij dinoſcantur inter eos adamuſſim beatus Andreas figuratur in Gabriele qui interpretatur fortitudo Dei, & ſi vis cognoſcere ꝙ Andreæ fortitudo non eſt humana, ſed diuina, inſpice ꝙ Andreas (vt diximus) interpretatur virilis quaſi ānexus & vnitꝰ ei, de quo dicitur. Fœmina circundabit virum. Fœmina quidē fuit crux Chriſti quę multos ei peperit filios. Hæc eū circūdedit quando traditus eſt manꝰ eiꝰ quē ſic totaliter vulneribus obſedit, vt nec locus ſanus poſſet in eo reperiri. Mirum tamen videtur, ꝙ eū Dominus a fœmina iſta circundatur, vir nominetur, & propterea ꝙ beatus Andreas huic fœminæ traditus ſit, virilis dicatur, cū potius effeminatos dicamus eos, qui manu fœminę ſuccūbunt, vnde Abimelech ſtrēnuus miles a puero ſuo armigero maluit interfici, ne diceretur a fœmina interfectus, quæ letaliter percuſſerat eū. Cur ergo Dominꝰ Ieſꝰ vir victor & virilis Andreas armiger eius dicuntur viri tunc, quando fœminę tradūtur? profecto fratres ꝙ nūc perpendo, quãto iure beatꝰ Hieremias dicturus, fœmina circūdabit virum, prēmiſit. Nouū faciet Dñs ſuper terrã. Nouū quippe eſt ſuper terram etiã ab illo principio quo Deus creauit eã vſqꝫ nūc, ꝙ quis glorietur ſe manibus fœminę tradi ad mortem. Et tamen vir Ieſus, & virilis Andreas gloriantur in

Andreas ẽ Gabriel.

Hiere 31. d. Fœmina ẽ crux.

Iudic. 9. g.

tur in hac fœmina.s.cruce,cum nec Iael Sysarã,nec Iudith Holofernẽ tam male tractauerint q̃ hęc fœmina hos,attamẽ gloriantur adhuc in ea. Si autem huiusmodi rationẽ libet audire aduertite ꝙ sublimitas ipsius fœminæ, & amor viri adamantis eã sunt huius gloriationis causa. Ventilatũ fuit coram rege Dario quę nã res fortior cæteris esset, & cõcludens ꝙ fœmina esset fortior dixit. Homo patrẽ suum relinquit,qui enutrit illũ, & suã regionẽ, & ad mulierẽ se coniungit, & cũ muliere remittit animã. Hæc Zorobabel,qui tuet negociũ crucis, ideoq; eiꝰ figurã tenet nã interpretatur extranea cõmixtio,siue circulus cõmixtionis. Extranea quippe fuit cõmixtio talis maris ad talẽ fœminam,talis viri.s. Christi ad talem fœminã.s.crucem. Et ꝙ accessus iste dicatur circulus cõmixtionis, quo non solum fœmina circundat virũ suum, eũq; captũ tenet, sed nos õnes in vtero suo aluit, quia vir iste filius Dei impręgnauit eã,quando in ea dixit consummatũ est.s. matrimonium nostrũ. Tunc em̃ homo Christus patrem reliquit dicẽs ei. Vt quid dereliquisti me? Et matrẽ dicens. Mulier ecce filius tuus. Et suam regionẽ Iudęã, & ad mulierẽ.s.crucẽ se coniunxit, & cum muliere hac remisit animã dicens patri. In manus tuas cõmendo spiritũ meum. Sed cur tantus amor ad tã crudelẽ fœminã,quæ virum suũ interfecit? non immerito hæc fœmina dicta est circulus cõmixtionis, quia suo amore circundat virũ totũ Christũ.s.nos & illum,nã totum Christũ misticũ ambit. Alioqn cur in fronte portamus signũ fœminę huius,nisi qa & nos circundat? vt inquit Dionysius,circulũ facit amor,quia figura circularis ꝑfecta est. Imperfectæ nos genuerunt Eua prima fœmina, & Adã primꝰ vir, Christꝰ autem & crux nos perfectę gignunt, circulariter quia nos faciunt redire ad primũ principium. Amor Christi ad crucem figuratur in libro

3. Esd. 4. d

Sampson Chr̃s amat crucem.

Iudicum

Iudicū, vbi dicitur, quod Sampſon deſcendit & ada
Iudic. 14 a mauit mulierē alienigenā, quā cum vellet ducere,
diciturei. Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrū
tuorū. Qui reſpondit. Hanc amaui, quia placuit ocu
lis meis. Neſciebant q̄ res a Dño fieret, & quęreret
occaſiōes cōtra Philiſtiim, eo em̄ tēpore Philiſtiim
dominabantur Iſraeli. Adamauit Sampſon extrane
am quæ placuerat ei & ſuos liberat, inimicos vincit
& filios plures ſibi acquirit, atq̄ leonē in via inter
ficit, ſuam q̄ oſtendit fortitudinē. Iam ergo Sāpſon
interpretatur ſol eius. Cuius eius? fœminæ, pfecto
quā adamauit, nā amabili ſuę attulit claritatem ſuā,
& gloriā ſuam, vnde nam q̄ poſſet beat⁹ Andreas
tantū laudare crucē, niſi eā claritate Chriſti vidiſſet
fulgentē? hæc fœmina circundat virū, qui vocatur
oriens & eſt ſol iuſticię, ideo imbuta eſt lumine glo
rię. Hic ergo Sampſon deſcendit, quia humiliauit ſe
metipſum vſq̄ ad crucē. Et qua gratia, vt liberet po
pulū ſuū, eo em̄ tempore dęmones dominabantur
Iſraeli. i. populo Dei in lymbo exiſtēti, quorū ducē
Iudic 14 b eundo ad mulierē hanc interfecit noſter Sampſon,
quoniā ipſe dixit. Princeps mundi hui⁹ ei̅cietur fo
ras, quia iam iudicatus eſt. Dū Sampſon deſcende
ret ad amicam ſuā leonē interfecit. ex cui⁹ ore fauū
mellis tulit, quia Dñs Ieſus ſuperato Lucifero ſan
ctos patres poſtea eripuit qui erant velut in ore ei⁹,
in orificio inferni, quos non deglutiuit, vt i damna
tos. Gratia vxoris ſuæ terrā Philiſtinorum crema
uit Sampſon quia gratia crucis gentilitatē accendit,
Chriſtus in ſuum amorē, nam vt ait gloſa, vulpes
quæ caudis faculas deferebant accēſas, Chriſti apo
ſtoli ſunt, qui amorē Chriſti reliquerunt in gentib⁹
Nam ſi tempore quo Sampſon vulpes ignitas miſit
maturę erant meſſes, Chriſtus dixit apoſtolis. Meſ
Iudic. 15. b. ſis quidē multa operarij autē pauci. Quāuis paucas
vulpes haberet Sampſon, tamen propter earū velo

citatem

citatē per eas cōbussit totas messes, & sic Dominus Iesus per paucos apostolos totū accendit mundum, nā ita veloces erant, vt in omnē terram exiret son⁹ eorum. Propter amicā suam Sampson portas ciuitatis abstulit: & Christus non vult ꝙ cœlū habeat iā portas, nam angelis dicit. Tollite portas principes vestras. Tollite inquit, vt ianua patula sit venienti⁹. De prelio illo de quo in eodem Psalmo sequitur Dñs fortis & potens, Dominus potens in prælio. Tandē amore fœminę huius noster Sāpson se permisit capi ab inimicis, & eruerūt oculos eius, & eū molere fecerunt. Iudæi oculos Christi eruerunt ne videret eos, vnde in passione velabant faciem eius, se prophetantes indignos videri ab eo. Vt autē mysterium percipias aduerte, ꝙ vt ait glosa molere capit pro cōiunctione viri ad mulieres, nā Philistijm eum captū tenebant & mulieres adducebāt ad eum vt ibi gigneret filios fortes ad bellū, quod fecit Sāpson, qui tandē in fine vitæ completā de inimicis per crucē habet victoriā. Christus ergo est adhuc molens. i. gignens ex hac fœmina nouos filios sibi, fortes quidē vt violenti rapiant cœlū. Inter filios eius fortior est Andreas, nā tanꝯ similior patri vocatur virilis, non propria virilitate sed Christi, vnde eius fortitudo Dei est, ideoꝙ & Gabriel appellari potest, Eādē mulierē fortē quā adamauit Christus. s. crucē, adamauit & Andreas, in eaꝙ adhuc viuens, consummauit matrimoniū, quādo tot milia hominum in cruce genuit ad Christū. Nam ad spectaculum Andreę non minus descenderūt quā ad spectaculū Christi. Immo & plures quia per maius tempus in ea remansit vbi erat Sampson .i. sol eius illustrans crucē Christi sui, quam denigrare nitebantur inimici, Andreas vero sermone clarifico elucidabat eam, memor verborū Dñi Iesu existentis in cruce. Sed q̄ramus a beato Andrea cur non permittit se de

Iudic. 16

Andreas duxit crucē vxorē.

poni,

poni, cum paratus sit populus, vt eū tollat: respen-
dit quippe ꝙ amor amicæ suæ, quā tantū laudarat,
eum circundat sicut & Christū, quia sola mors po-
terit separare quos Deus coniunxit. Christus fece-
rat matrimonium Andreæ ad crucem quādo dixit
ei: nisi quis accipiat crucē suam, & sequatur me, nō
potest meus esse discipulus. Ex tunc Andreas duxit
crucem, & ei semper fidē seruauit. Et semper in vi
ta sua decorauit eā, sed magis in morte vbi ostendi
solet amor viri ad vxorē. Nō est cognita fortitudo
Sāpsonis nisi in morte, quādo plures vicit, & sic be
atꝰ Andreas & si in vita sua mirabilis fuit, mirabili
or inuenitur in morte quādo biduo pendens in cru
ce, gaudebat, ac si frueretur āplexibus dilectæ suæ.
Tunc em̄ videbatur inuenisse illam, quā Salomon
q̄rebat dicens. Mulierē fortē quis inueniet: procul
& de vltimis finibus preciū eius. s. inuentoris, qui
eā in vxorem duxit, ideo sequitur. Cōfidit in ea cor
viri sui & c̄. tria (vt inquit Augustinꝰ) sunt in matri
monio consyderanda. s. fides proles & sacramentū
quæ inter crucem & Andreā inuenies, nā ei apostō-
lus iste fidem seruauit illibatā, ex ea prolem .i. glo-
riosos fructus pœnitētiæ genuit, & in sacramento
eorū nullā separationē aut diuortiū potuit Aegeas
facere. Sed forte aliquis quēret, quomodo hæc fœ-
mina potuit nubere Andreæ, cū fuerit spōsa Chri-
sti: contra animā suā locutus est Adonias, dū petijt
vxorem patris sui dari sibi. Andreas tamē pro mag
no honore habuit sponsam Christi sui ducere, nam
si vir strēnuus. s. Mardocheus honoratus est, propte-
rea ꝙ sedit in equo, qui de sella regis erat, quanto
sublimius honoratur Andreas ducens dominā suā,
& vxorem Dñi sui: stabilitū erat in lege, vt propi-
quus defuncti acciperet in suā vxorē mortui ad sus-
citandum semē fratri suo. Christus brachijs huius
fœmine obijt sine liberis corā matre sua Maria, quę

Pro 31. b. matrimoniū crucis

tunc tē

tunc temporis sola in eum credebat. Vidēs autem Andreas semen Dei erga crucē velut emortuū remanere, voluit suscitare illud ad gloriā defuncti Iesu, cui asscribit gloriā suam dicens vxori defuncti, Salue crux. Suscipe discipulū eius, qui pepēdit in te magister meus Christus. Amicā salutat, in qua salꝰ mundi pependit, & ab ea salutē optauit dicens. Accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Vt eū amet hæc fœmina, vocat se discipulū Christi, paratum adimplere illud magistri. Qui non tollit crucē suam & sequitur me, non potest esse meus discipulus. Nunc inquit sum verus addiscēs plenā mei magistri doctrinā, quę tota tendebat in crucē. Aduerte ꝙ quando quis ducebat vxorē defuncti, omnibus etiā bonis illius fruebatur. Ditissima est crux, ita vt gazophilatiū templi dicat, in ea velut in archa fœderis plura repperit Andreas, ideo a longe respiciēs opes eius gloriabatur, & se fœlicem putabat, dum eā duceret, quę mēbris Dñi tanꝯ margaritis fuerat ornata, diues ergo effectus est ducens tam ditissimā vxorē, cuius opibus se circundatū vidit, quando vt ait eius historia, pendens adhuc in cruce splendore nimio circūdatur, in quo asseruit se vidisse Christū Iesum, vt nondū certamine finito videretur suū militem præmiare. Tantum ergo hanc dilexit fœminam, ꝙ dū in ea pendebat nihil aliud orabat, nisi ꝙ nō sineret eū Deus deponi, astabat em̄ populus, acclamabatꝯ, vt a cruce tolleretur sanctus iste, q̄ sine causa dānatus fuerat, ipse tamē econtrario depręcatur Deū, ne permittat eū deponi, & factū est, vt nolens deponi per Aegeā iudicē terrenū deponeretur per iudicē ipsum cœlestē, qui iussit angelis suis, vt eū deportarent ad sinum Christi sui. Venit autē Gabriel fortitudo Dei, vt hunc fortissimū virū deponeret, eiꝯ triumphū gloriæ præstaret, nā & istemet

opes Chri habet Andreas.

angelus

angelus venit, vt cõfortaret Christum passurũ, & postea eundẽ glorioſum decãtauit apud ſepulchrũ. In prima ſermonis portiõe exacte vidim⁹, quomõ Gabriel .i. Christus miſſus eſt, vt apl'os eligeret in
Tertia ps. ter quos Andreã fecit Gabrielẽ .i. fortẽ ac fortiorẽ cæteris, & eũ ſibi ſimilẽ conſtituit. ¶ In tertiæ partis inicio aduerte ꝙ quemadmodũ Gabriel miſſus eſt, vt negocia diſponeret inter virginẽ & filiũ Dei ſic etiã interfuit negocio paſſionis, vt patet in horto Gethſemani, quãdo Gabriel ãgelus aſtitit Chriſto vt aſſentiret illi fœminę de qua Hieremias dixerat, ꝙ eum circũdaret. Hanc fœminã .ſ. crucẽ oſtendimus in ſcd'a ſermonis parte Chriſtũ circũdantẽ: circundedit & Andreã, vt late vidim⁹ exponẽdo figu-
crux etiã circundat nos. ram Sãpſonis, primo ad Chrm, ſcd'o ad ipſum Andream. Nunc aũt operępreciũ arbitror, ſi etiã oſtendere adnitar, quomõ hæc fœmina circũdat & nos, eſtẽ virgo fortiſſima, õneſq; deuincit amore, & vinculis dilectionis ligat, & trahit ad ſe. Dũ contẽplor chriſtianiſmi noſtri primordia, me cruce obſeſſum inuenio, & intra eam reperio, ac ſi eſſet cunctorum renatorũ mater: Nam ſignũ crucis dum baptizamur, cũ oleo vel chriſmate imprimitur regulariter in quatuor locis, vt eo circũdemur, videlicet inter ſcapulas, in ỽtice, in frõte, & in pectore: vt ante & retro muniamur vexillo & tropheo fidei chriſtianę. Nam hęc eſt ſcd'a Eua, quę caput aduerſarij cõterit. Hęc ſiquidem vocabitur virago, quia de viro Chriſto, quẽ primo circũdedit, ſumpta eſt eius po-
Pſalm. tentia, qua munimur cõtra inimicũ: iuxta illud. Fac mecũ ſignum in bonũ, vt videãt qui oderũt me, & cõfundantur. Iam ergo aduerte, ꝙ in humeris ſolemus onera deferre, Vnde inter ſcapulas imprimit, ad deſignandũ ꝙ iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus eius leue. In ỽtice eſt cella memorialis, & ſedes memoriæ, ibi ergo imprimitur ad deſignandũ ꝙ ſemp̃

dedemus

debemus habere memoriã crucifixi: nam ipse dixit Hoc facite in meã cõmemorationẽ. In frõte est sedes pudoris, iuxta illud. Frõs meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ibi ergo imprimitur, ad designandũ q̃ nõ debemus erubescere crucifixũ, nec ea quæ ad crucẽ pertinẽt: imo absit uobis gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Chri. Verbũ em̃ crucis pereuntibus stultitia est, hijs autẽ qui salui fiunt, ꝟtus Dei est: ideoq̃ erubescẽtes de se corã hominib⁹, negabit corã angelis Dei. In pectore est sedes sapiẽtiæ iuxta id, Omnis scriba doctus in regno cœlorꝝ profert de thezauro suo .i. de pectore noua & vetera. In pectore igitur ponit, vt sapientiã loquentes inter perfectos parati simus, reddere rationẽ omni poscẽti de ea quæ in nobis est fide & spe. Ioannes inquit. Signũ magnũ apparuit in cœlo, mulier amicta sole & luna sub pedibus eius. Ego autẽ dico, signũ magnum, immo maiꝰ apparuit in terra. Crux infixa terræ, & Deus pẽdẽs in ea. Mulier hæc est crux, Christo sole vestita, quæ & si suppeditat lunam humanitatis eius, hoc est ad parum tẽpus, nam in die plenæ lunæ. s. in die resurrectiõis etiã circundabit hæc mulier filium Dei, qui propterea quinq̃ vulnera seruat in corpore suo, ad crucis modũ disposita, vt adhuc ab hac fœmina circũdat⁹ videat in gloria. Vbi nõ parua erit gloria beato Andreæ, dum se viderit sibi cõfiguratũ Christo suo etiã in corpore & simili gloria fulgentẽ. Igitur nõ me sed ipsum beatũ Andream perorantẽ audite, qui cũ mysteria crucis agnouerit, optime promet laudes eius & figuras, quę sunt prẽsertim duodeci, iuxta duodecim stellas prẽlibatæ coronæ. O signũ ineffabile, & sacramẽtorũ vbertate fœcundũ. Tu es lignũ vitæ in medio paradisi, quod quatuor euangeliorꝝ flumina rigãt. Tu es terra quæ sanguinẽ abel innocẽtis excepit, immo sãguinẽ melius loquentem q̃ Abel. Tu es cubitus in

crux ẽ mulier coronata.

quo cõsummata est archa saluationis: in ipsa nam q̃ cruce Dñs dixit, Cõsummatũ est. Tu es ara super quã Abrahã immolauit filiũ suũ Deo. Tu es lapis erect9 in titulũ, super quẽ patriarcha Iacob fudit oleum misericordiæ. Tu es em̃ titulus ille triũphalis in quo dedicauit triumphũ victoriæ suæ, quãdo exultauit vt gigas ad currendã viã. Tu es loc9 in quo fratres ipsius tinxerũt tunicã Ioseph in sanguine hedi. Tu es lignũ, quo misso in aquas Marath, dulcoratæ sunt aquæ, quia per lignũ crucis, vbi oratur p inimicis, dulcorata est amaritudo legis, quæ dicit, Odio habebis inimicũ tuũ. Et iterum. Oculũ pro oculo. &c. Tu es ẏga, qua petra percussa dedit aquas in abũdãtia. Petra autẽ erat Christ9. Tu es lignum in quo serpẽs ęneus exaltatur fili9 Dei, vt omnes eũ oculo fidei aspiciẽtes, sanẽtur a morsibus serpentiũ ignitorũ, qui sunt peccata. Tu es cythara in qua noster Dauid psallebat, & maligni spirit9 impetus refrenabãtur. Tu es lignũ illud quod regina Saba ostẽdit Salomoni in domo sanct9. In te sũt illa duo ligna, quę colligebat vidua Sareptana. Et tu es iuniperus illa, subter quã protecit se Helias, et obdormiuit. Tu es lignũ in securi Helizei, ad quod ferrũ de ꝓfundo natauit. Tu es paxillus, quẽ dixit Esaias fixum in loco fideli, vbi gloriã patris suspẽdi cõspexit. Tu es lignũ illud de quo perfidi Iudęi dixerũt, Mittamus lignũ in panẽ eius, & erradam9 eum de terra viuẽtiũ. Tu es cucurbita, vel hedera, quę vmbraculũ fecit super caput Ionę, quãdo obumbrasti super caput Christi in die belli. Tu es palma, in quã victor ascendit, vt apprehenderet fructus eius. Tu es liliũ inter spinas capitis nazarei, & malus, inter ligna syluarũ, & granum sinapis, quod creuit in arborem magnã. Et clauis Dauid, quę ianuã cœli aperit, & nemo claudit, & infernũ claudis & nemo aperit. O crux beatissima, quę etiã totã scripturã sacram cir

duodecim figuræ crucis Christi

cundas, & amplecteris, attingēs a fine vſq; ad finē fortiter ſuauiterq; cuncta diſponēs, hic per gratiam & in futuro per gloriā, quam mihi & vobis præſtet dominus Ieſus. Amen.

¶ Feria.3. prime Dñicæ aduentus, De prenūciatione aduentus filij Dei ad nos. Sermo tercius

Miſſus eſt Gabriel angelus. Lucę.1. c.

Inuocatio vbi oſtēditur, q̄ angelus monet Agar.1. animā, vt reuertatur ad Mariam dominā ſuam.

PRima, quā in ſcripturis ſacris legimus, apparitio angelica eſt illa, de qua dicit in Geneſi. Cū q̄ inueniſſet eā angelus Dñi iuxta fontē aquæ in ſolitudine, quæ eſt in via Sur, in deſerto, dixit ad illā. Agar ancilla Sarai vnde venis? & quo vadis? Quæ reſpōdit. A facie dominę meæ Sarai ego fugio. Dixitq; ei angelus Dñi. Reuertere ad dominam tuā, & humiliare ſub manu illi⁹. Perpendiſtis fratres quantā curā habeat angelus reducēdi errantes? inuenit eam, quia eam q̄rebat, quā erraſſe cognouerat: nam ſi nos habētes obuiū animal proximi noſtri debemus illud reducere: quāto diligētius charitas angelica quæ cotidie deſtinatur in correctionē animarū errātiū, debet nos ad ipſam matrē Dei dominā noſtrā reducere? angelicū ſane præceptū, ac ſalubre cōſiliū, reuertere ad dominā tuā, & humiliare ſub manu illius. Nouerat quippe angelus, q̄ totum bonū Agar prouenerat ei a domina ſua: nam pater Abrahā nolebat eā in vxorē accipere, vt narratur in eodē capitulo: tamē acquieuit deprecāti Sarai: & ſic quæ ancilla erat, in matrimoniū patriarchæ fuit aſſumpta, per qd̄ plura bona ei puenerūt: vnde recte ait angelus. Reuertere ad dominā tuā. i. perpende, q̄ per man⁹ illius habes, quicquid habes: ideo humiliare ſub eius ditione. Sarai interp̄tatur dña mea. & eſt beata ẏgo, per quā i matrimoniū Dei aſſumūtur animæ, quæ fuerāt peccato ſubiectæ: in quod ſi

Gen.16.b.

Maria eſt Sara cui te humilia.

relapsi fuerim⁹ per fragilitatē carnis, audiam⁹ angelum dicentē. Reuertere ad dominā tuā, & humiliare sub manu illius. Prēcogita q̄ mater Dei domina est, & tua est: ei te subde per humilitatē, & erit domina tua tibi premia gratiarū largiendo, te libertate donādo, & pristinis munerib⁹ addet noua. Huic salubri consilio acquieuit Agar, & dum reuerteretur ad dominā suā, rursum vocauit eam angelus, dicens, quasi ostēdens quantū bonū causaret ei cōsiliū suū. Multiplicās (inquit) multiplicabo semē tuū, & nō numerabit̄ præ multitudine. q.d. ex ancilla fies materfamilias. Hoc est prēmiū & merces animarū quæ se Mariæ humiliauerint, quod vt nos promerētes assequamur, ei humiliati offeram⁹ Aue Maria.

miū humilitatis uale.

¶ Argumentū, vbi ostenditur q̄ Gabriel designat filiū Dei, qui est fortitudo diuina.

CVm missio de qua nobis agēdū est, potior cæteris dinoscatur, operę preciū erit alias missiones interdū tangere: nam huic ōnes deseruiūt tanq̄ suprēmæ: que (vt in prēcedenti sermone vidimus) angelis p̄nunciata fuit, quoniā aduent⁹ filij Dei ad āgelos, ordinatur ad hanc missionē, qua venit ad nos, nam est ōnino diuina: vbi aduerte, q̄ Gabriel interp̄tatur fortitudo Dei: & est ipsa sēda persona in diuis, quoniā de filio Dei iam a patre misso perhibet Esaias. Vocabitur nomē eius admirabilis cōsiliarius, Deus fortis. Ex hac ꝓphetia colligit q̄ quādo Gabriel interp̄tatur fortitudo Dei, ly dei capitur intrāsitiue, acsi dicatur, fortitudo De⁹: ideo q̄ dixit ꝓpheta: & vocabitur Deus fortis. Oportebat quidē, vt tunc prēserti vocaretur fortis, ac diuina fortitudo filius Dei, quādo infirmitates nostras ipse in sua persona portare decreuit, assumēs infirmā ouiculā in humeris suis, vt fortitudine diuina ſā frui posset, ac per cōsequēs diceret. Omia possum in eo qui me cōfortat. Nam tali fortitudine opus erat ad

Esa. 9. b.

fortitudo diuina.

reparatio

reparationē nostrā, in qua plurimi laborauerūt, nec tamē potuerunt: quoniā scriptū est. Cessauerūt fortes Israel, & quieuerūt, donec surgeret Delbora mater Israel. Noua bella elegit Dñs, portas inimicorū ipse subuertit. In biblijs correctis scribit Debora, et sc̄dm correctas expositiōes quibus ego vtor, interpretatur verbū, quod quidē surrexit per carnis assūptionem, de qua scribit in Psalmo. Propter miseriā & gemitū pauperū nunc exurgā dicit Dñs. Noua ergo bella elegit Dñs, quia bella vetera per āgelos & iustos viros vincere solebat: sed iam noua bella p̄sonaliter eligit, & portas inimicorū ipsemet cōfregit, accinct⁹ gladio super fœmur suū, & vt alligaret fortē, & vasa eius deriperet: Exultauit vt gigas ad currendā viā, vt liberaret pauperē a potente, & inopē, cui nō erat adiutor. Ergo fratres ōnes gaudeant, & p̄sertim hij, quos redemit de manu inimici, & de regionibus cōgregauit eos. Nam inimicus iste in ōnes filios Adam extēderat fortitudinē, ac tyrannidē suam, sed nūc lętentur imbecilles, gaudeāt debiles, infirmi regratiētur: quoniā thema dicit Missus est āgelus Gabriel. i. fortitudo diuina filius Dei vt stemus fortes in bello, quia iste faciet potentiā in brachio suo, donec potētes dæmones deponat, humilesq; exaltet, etiā in mūdo, vt super aspidē & basiliscū ambulantes, cōculcent leonē & draconē. In prima parte agam de prænūciatione aduentus. In sc̄da vero, de prænūciatiōe recessus. Tantā missionem p̄cedere debuit promissio: quoniā legatio seu missio tanti dñi, sine promissione fieri nō debuit, vt interea thalamū adornaret Syō. Nam cū Deus vellet sanctū Ioseph in Aegyptū mittere pro salute fratrum suorū, prius hanc missionē eis reuelare dignatus est, per eundē fratrē dicentē, Audite somniū meum quod vidi. Putabā nos ligare manipulos i agro & quasi cōsurgere manipulū meū, & stare, vestros

Iudic. 5. a

Psalm.

victoria Christi.

Diuisio. Prima pars

Gen. 37. b.

q̄ manipulos circūstantes, adorare manipulū meum. Hic, pphetizat, quomō tempore famis fratres suos pasceret in Aegypto, sic abunde ac si fertilitas esset. Q̄ autē manipuli fratrū adorāt manipulū Ioseph, designat, q̄ omnis eorū abundātia penderet ab industria, qua ille triticū seruauit, quo illi possent viuere. Vnde iam plurib⁹ annis trāsactis, dum ipse Ioseph esset missus, vt pro vita fratrū manipulos cōgregaret, dixit eis. Pro salute vestra misit me Deus ante vos. Biennio est em̄ q̄ cœpit fames in terra, & adhuc quinq̄ restant, quib⁹ nec arari poterit nec meti. Præmisit q̄ me Deus, vt seruemini super terram & escas ad vescendū habere possitis. Nō vestro cōsilio, sed Dei voluntate huc missus sum. Sed quoniā hæc missio nō solū directa est ad prouisionē fratrū, sed ad exaltationē ipsius Ioseph: aliud quoq̄ dū puer esset vidit somniū, quod narrās fratribus ait. Vidi per somniū, quasi solē & lunā & stellas vndecim adorare me. De hac exaltatione iam facta dixit post multa tēpora fratribus suis. Nūciate patri meo vniuersam gloriā meā, & cūcta quę vidistis in Aegypto: festinate & adducite eum ad me. Ecce quomodo ista missio sancti viri Ioseph in Aegyptū plurib⁹ retro ānis nūciatur: ideoq̄ cū Deus sic se gerat, q̄ res graues presagi velit anteq̄ veniant hinc est, q̄ præsens missio de qua thema loquitur, pluribus dudū actis sæculis præsagiū habuit. Nec em̄ aduent⁹ iste subitaneus esse debuit, vt erit ille, quē in fine sæculi celebrabim⁹, sed tāto ante, & tanto solēnius debuit prænūciari, quāto maior ac mirabilior erat futurus quo nō Ioseph in senectute genit⁹, sed filius Dei ante sæcula ex Deo patre nat⁹ debuit mitti quasi magni cōsilij angelus, qui & cōsiliarius supra dictus est Quoniā sicut Ioseph de missione sua in Aegyptū loquebatur antequā fieret, sic ipse filius Dei cū patre & spiritu sancto locutus est per os sanctorū de aduē-

Gen. 45. b

tu suo,

tu suo, quē pater figillatim repromisit, & etiā filius & spūssanctus quoq; promissionib⁹ proprijs: nam signāter ait pater de filio suo nobis mittēdo. ¶ Mittam eis saluatorē, & propugnatorē qui liberet eos, & cognoscetur Dñs ab Aegypto. Hūc expectabat qui fiducialiter dicebat. In carne mea videbo Deū saluatorē meum. Vere quidē in carne mea Deū incarnatū videbo saluatorē iam meū factum, nō damnatorē. Hic signāter dictus est ab Aegypto Dñs cognoscēdus, quod mirabiliter exprimitur in Ioseph: quē Pharao vocauit lingua ægyptiaca saluatorem mundi, quoniā filius Dei a principe mūdi huius, totum mundū liberare venit: Nam si filiꝰ vos liberauerit, vere liberi eritis. Ecce igitur quomodo pater ꝓmisit aduentū filij, quē saluatorē vocat propter iustos, & propugnatorē ad saluandū difficilius propter peccatores. ¶ Ipse filius quoq; peculiari ꝓmissione locutus est de aduētu suo dicēs. Bellum cōteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. Et spōsabo te mihi in sempiternū: & sponsabo te mihi in iusticia & iudicio, & in misericordia & miserationibus: & spōsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dñs. Vt aduētus iste qui ad pacē erat, fieret in pace cōtriuit Dñs bellum de terra sub imperio Augusti Cæsaris, qui pacifice descripsit vniuersum orbē. In hac pace dormiuit fiducialiter mūdus Christo viuēte, quia vitā quietā ducebat orbis. Vt autē reliquā promissionē intelligas, aduerte: ꝙ filius Dei triplicem habet spōsam Prima est humanitas nostra sibi assumpta in matrimonium indissolubile, quod nec morte potuit dissolui, cui promittit, Spōsabo te mihi in sempiternū. Hæc est noua nupta sponsa agni, quia similis visa nō est. Secūda sponsa filij Dei est anima iusti, de qua subiunxit, Spōsabo te mihi in iusticia, & iudicio, & misericordia, & miserationibus. In sua iusticia iustificat animā sponsam suā Christus, et

Esa.19.d pater promittit mittere filiū.

Iob.19.d.

Gen.41.ff.

filius promittit aduentū suū Ozeę.2.d.

triplex spōsa Dei.

in iudi

in iudicio passionis suæ: ideoq; miseretur ei. Tertia filij Dei spōsa est ecclesia, de qua sequit. Et sponsabo te mihi in fide. s. incarnationis meæ; & scies quia ego Dñs. Conformiter ad hæc tria loquitur Ioannes de aduētu Domini dicēs. Verbū caro factū est, quo ad primū: & habitauit in nobis, quo ad scd'm: & vidimus gloriā eius, quo ad terciū. cui aptatur reliquum, vbi dicitur. Et scies quia ego Dñs. Hic ergo aduētus & missio ista cōmunis est, ōnibus cōfert.

oan. 1. b.

¶ Hoc etiā mysteriū Ispiritussanct⁹ per se promisit dicens Figam illū paxillū in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui, & suspēdā super eum omnē gloriā domus patris eius. Hæc dixit spūssanctus de Eliachim, qui interp̄tatur Deus resurrectionis; & est ille qui dixit: Ego sum resurrectio & vita. Hic in Maria fix⁹ est velut in loco fideli, vbi semper fides remāsit, etiā resurrectionis in triduo: tunc em̄ credebat q̄ filius eius erat Deus resurrectionis, de quo additur. Et erit in soliū gloriæ domui patris sui, Domus patris ęterni erat lymbus, cui Christus ad eum descēdens fuit soliū gloriæ: quia eos secū in sua gloria collocauit, vt sederent secū: vnde & sequitur. Et suspendā super eum ōnem gloriā domus patris sui. Filius Dei minut⁹ ab angelis, fixus in viscēribus ỳginis, manu spūssancti, totā electorū gloriā sustinet, quæ ab eius meritis depēdet: si tamē fidem habes, quia per fidē plantatus est in ỳgine, & plantatur in nobis per eandē fidē, vt gloria nostra eo fulciatur, & crescat per eundē spiritū, qui requieuit super Christū & virginē die incarnationis. ¶ Nec solum beata trinitas hoc mysteriū repromisit, sed iurauit scd'm illud ꝓphetæ. Suscitans suscitabis arcū tuum iuramēta tribubus, quæ locutus es. Arcus Dei est Chr̄us, per iuramēta exhibita suscitādus: nam iurauit pater, & iurauit filius, & iurauit spūs sanct⁹ hunc aduentū siue missionē. Nam de patre hoc mysterium

Spiritussanct⁹ promisit aduentū Christi. Esa. 22. g.

iurat pater aduentū filij. Aba. 3. b.

Psal. 131. b.

sterium iurante, dicitur in Psalmis. Iurauit Dñs Dauid veritatẽ & non frustrabit eum, de fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuã. Veritas est conformitas rei ad intellectũ. s. ad cõceptũ intellectus, teste Philosopho. Vbi aduerte, ꝙ res a dextra proiecta ex paradiso, est humanitas nostra, cõceptus autẽ intellectꝰ diuini, est filius Dei. Harũ duarũ rerum cõformitas facta est per vnionẽ ypostaticã in Maria, quãdo verbum & caro in quandã conformitatẽ conuenerũt, vt veritas oriretur de terra beata. Hanc igitur veritatẽ iurauit Dñs Dauid, & nõ auertetur ab ea, quã amplius elucidat, dum addit. De fructu ventris tui ponã super sedẽ tuam. Homo ex fœmore & nõ ex ventre gignit: quomõ ergo dicit, de fructu ventris tui? fœmina nõ vir dicitur ex vẽtre cõcipere: vir ãt ex fœmore: quia & alibi dicit. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius. Improprie igitur locutꝰ est Deus? Absit. Nam dũ ſãcto Dauid loqueret, non eum tantũ, sed filiã suam Mariã Deus habuit corã se, cui cotidie dicimꝰ. Benedictus fructus vẽtris tui. Dixit ergo æquiualẽter Deus. Non frustrabor te, quia & si de te immediate nõ descendet, tamẽ habebis Mariã velut ventrẽ tuũ, quæ ex semine Dauid scd'm carnẽ, pariet mihi filiũ, quẽ ponam ego super sedẽ regni tui. Eadem ẏba locutꝰ est Gabriel ad ventrem Dauid. i. ad virginem, dicens. Dabit illi Dominꝰ Deus sedem Dauid patris eius.

¶ Iurat etiã aduentum ipse filius Dei, qm̃ Zacharias propheta dicit. Iusiurandũ quod iurauit ad Abrahã patrẽ nostrũ daturũ se nobis. Nobis inq̃ famelicis in cibũ, ęgrotis in medicamentũ, cæcis in directiuum, captiuis in preciũ, pauperibus in refugiũ, itinerantibꝰ in ducatũ, electis in prẽmiũ. Hoc iuramẽtum patriarchæ directũ refert scriptura dũ ait. Per me metipsum iuraui dicit Dñs, quia fecisti hãc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicam ti

filius iurat aduentum suum.

Gen. 22. d.

dicã tibi, & multiplicabo semen tuũ sicut stellas cœ li. Magnam rem fecerat quippe Abrahã, dũ immolare filiũ decreuit vnigenitũ, sed maiorẽ rem iurauit ei, tunc tẽporis ipse filius Dei, dũ decreuit fieri filiꝰ Abrahę, nõ em̃ (vt ait Paulus) angelum aliquem in suppositi vnitatẽ appręhendit sed semẽ Abrahę, de quo iurauit ei dicens. Benedicã tibi & multiplicabo semen tuum. Benedictio fuit seminis multiplicatio, quia sic benedixit Deus cuncta quæ fecerat, vt multiplicarentur, & crescerẽt. Hoc semẽ Abrahę (teste Apostolo) Christus est, cuius incrementũ stellis cœ li cõparatur, non em̃ humanitus sed diuinitus multiplicatur, quia huiꝰ seminis multiplicatio magis est cœlestis ac diuina q̃ terrestris & humana, ideo ex nũc patriarcha ille Abrahã pater excelsus meret vocari, qm̃ sicut stellas cœli gnationẽ habet, quæ q̃uis alias nõ generãt, per cõstellationẽ tamẽ generationẽ tribuũt inferioribꝰ, & sic Dñs Iesus q̃uis a gnatione et volũtate carnis seperatꝰ sit, p̃ gratiã tamen suã cotidie multiplicat se, de qua mltiplicatiõe iurauit, multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cœli: oẽs igitur qui fidẽ Abrahæ imitanť credendo incarnationẽ et gratiã Chri suscipiunt iã exhibiti, deueniũt in istã multiplicationẽ annumerãdi, vt sint cũ stella matutina Iesu in p̃petuas ęternitates lumĩe resurrectiõis choruscãtes. Iuramẽti huius recordatꝰ est filius Dei nouiter natus, qñ per stellã magos duxit ad se, qui sunt huius semĩs primitię. ¶ Hoc etiã mysteriũ spiritussan iurat incarnationem. Psal. 109. b rituſſanctꝰ iurare dignatꝰ est, qm̃ in Psalmo legimꝰ Ex vtero ante luciferũ genui te. Iurauit Dñs & nõ pœnitebit eũ, tu es sacerdos inęternũ scd̃m ordinẽ Melchisedech. In spiritu erat ipse Dauid, qñ spiritũ sanctũ audiuit ad filium Dei loquentẽ de incarnationis mysterio, ac dicentes sibi. In splendoribus sanctorum (qui velut splendor lucis tuæ sunt) genui te. i. decreui te gigni, ex vtero illo virgineo, cui angelꝰ

dicet.

dicet. Ecce concipies in vtero, & paries filium. Iura Lucæ.1.c.
ui nãq; te sacerdotẽ facere, vt ad homines peccato-
res absoluendos descenderes, quatenꝰ eis annum re
missionis & idulgentiã præstares. Sacerdotiũ Chri
sti fratres non est Leuitici generis, sed ad altiorem Gen.14.d.
statum refertur. s. ad Melchisedech, qui est etiã ma-
ior q̃ Abrahã quoniã iste patriarcha obtulit ei tanq̃
maiori decimas omnis substãtię suæ, ab eoq; bene-
dictionẽ accepit. Hunc Melchisedech apostolꝰ Pau
lus sine patre sine matre, cõmemorãs figuraliter re-
fert ad Christũ, qui solus est de patre sine matre ge-
nitus per diuinitatẽ, ipseq; de matre sine patre per
humanitatem. Et in hoc etiã est Christꝰ super Mel-
chisedech, quia Christi sacerdotiũ æternũ est, quod
ab instanti conceptionis eius incepit, quia ex tũc per
spiritũ sanctũ vnctus est, ideoq; ex tũc cepit sacerdo
tis officium, dũ recenter conceptus abñt in mõtana
vngere Ioannẽ Baptistã, quẽ ab vnctiõe gratiæ no
minauit. O fœlix sacerdos qui se offerens pro popu
lo suo eũ vngit sanguie suo, ideoq; christianũ vocat
qui vnctũ sonat. ¶ In his ergo tribꝰ iuramẽtis ĩmo certitudo
bilitas aduẽtus notatur & certitudo eius, ne quis di incarnatio
cat, q̃ forte nõ fiet, sicut nõ euenit prophetia Ionę nis.
super niniuẽ subuertendã, nec prophetia Esaiæ quã- Esa.38.a.
do Ezechiæ ad mortẽ ægrotanti nunciauit, vt testa
mentũ conderet quasi nõ victurus, & tandẽ vixit.
Hic aduerte, q̃ quando prophetia est cõminatoria,
non semper impletur, quia nos possumus appellare
ad misericordiam Dei, quæ potest reuocare iusticiæ
rigorẽ, & illũ vsq; ad vniuersale iudicium suspẽde-
re, tamẽ quando prophetia est munifica semper im-
pletur, nã Deus cõsueuit punire minus q̃ dixit, atq;
plura donare q̃ promisit. Prophetia igitur incarna-
tionis nunq; irrita fiet. In iuramẽtis autẽ aduerte q̃
in vnoquoq; est quædã reduplicatio, nã in primo di
citur, Iurauit Dñs Dauid, & statim additur, & non
fruſtra

frustrabitur eū. Et in secundo scribitur. Per me met ipsum iuraui dicit Dñs. Sufficeret dicere, per meipsum, sed per quādam firmitatē addidit memetipsū In tertio autē iuramēto postq̄ iurauit Dñs, additur, & non pēnitebit eū. Et dū loquit scriptura de mysterio incarnationis fere semper cōsueuit vti nodis quibusdam, & certitudinibus reduplicatis, vt ibi. Si morā fecerit expecta eū, quia veniens veniet, & non tardabit. Atq; ibi. Expecta reexpecta, māda remanda &c. vnde semper de pertinētibus ad Chri-
Luc. 22. c. stum dicere possum⁹ cū ipso. Filius quidē hominis vadit, sicut diffinitū est de eo. Reduplicatio igitur certitudinis huius non solū fit propter incredulos, ne diffidant, sed propter fideles ne dilatione frangerentur, & propter ipsius negocij qualitatē nā res ardua (vt notū est) astipulationibus magnis stabilitur Et quarto propter voluntatē promittētis, nam frequenter & multis verbis promittim⁹, quod ex animo dare optamus. Item quinto aduerte, q̄ celebre iuramen facit ad extimationē rei, vnde voluit De⁹ per tot reuelationes & prophetias ac promissiones & iuramenta & nuncios incarnationē suam stabiliri, vt homines preciosiorē haberent eā iam exhibitam. Nam si magnitudo precij facit ad extimationē rei, cur magnitudo reuelationū, & p̄missionū atq; tam frequentis oraculi non faciet ad preciositatem, huius beneficij? vtinā fratres nos qui fruimur beneficio tādiu expectato nō simus deteriores illis, qui sola spe huius lætabantur. Nam si audiuit, & lætata est Syon, quid queso faceret, si reciperet? infans nondum natus exultauit de saluatoris aduentu, & angeli eo nato iubilo repleti velut non se præ gaudio valentes continere pergunt ad pastores, vt eis annuncient gaudiū magnū, quod erit omni populo & nos tepidi sumus ad receptionē tanti nuncij, de quo ait thema. Missus est angelus Gabriel a Deo.

Lætitia incarnatiōis.

Qui est

Qui ergo audistis prophetias ac iuramenta Dei, audite & figuras huiꝰ archani, quas pariter beata trinitas exhibuit patribus antiquis, qui expectatione huius nunciꝫ exercebantur. Figura denicꝫ quã aduentui pater dedit, est illa, vbi dicitur. Hoc autẽ erit tibi signũ a Dño, quia faciet Deus verbum, quod locutus est. Ecce ego reuerti faciã vmbram linearũ, per quas descẽderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis per gradus quos descenderat. In signũ ꝙ Dñs verbũ (quod semel locutus est Deus) faciet carnẽ, hanc accipe figurã. Ecce ego (inquit pater æternus) in quo auctoritas mittẽdi residet reuerti faciã retrorsum vmbrã. Hic aduerte ꝙ quãuis de vmbra loquatur sol reuersus est retrorsum decem lineis, quia vt ait glosa tũc erat hora decima, & reuersus est sol ad primã horã, quæ tũc erat in primo mane. Horologiũ regis est beata virgo, tam ordinata vt nullũ discrimen patiatur. Sol autẽ est filiꝰ Dei, vmbra vero est humanitas nostra. Sole retrorsum reuerso, ad matutinã seu primã horam reuersa est vmbra. Sol quippe iusticiæ per incarnationẽ descendit, & quando assumptus est in cœlum iterũ ascendit, quando descendit vmbrã illuminat, & ad primordium suum eã redire facit, quia humanitas nostra per incarnationẽ ad statũ primæ innocentiæ reuersa est, & suo principio restituta, vt ordinate vmbra hæc sole ascenso in cœlum crescat, & totã terrã impleat, ita vt mundus dicat. Sub vmbra illiꝰ quẽ desyderauerã sedi, & fructꝰ eius dulcis gutturi meo Desyderatus cunctis gentibus filius Dei venit per incarnationẽ, & reuersus per ascensionẽ, ampliauit vmbrã suã quæ est humanitas assumpta, totã terrã tegens, cuius fructus sacramenta sunt satis dulcia gustui nostro. Quando autẽ sol descendit vmbra reducta ad primordia sua erat parua. i. a paucis cognita: nã sola beata virgo sedebat sub ea, cui obũbrationẽ præsta

Esa. 38. b. pater dat figurã in carnatiõis

vmbra est hũanitas Christi. Cantico.

præstabat. ne vllo æstu adureretur. Sed iã regressus vnde venerat sol, ita magnificat vmbrã humanitatis suæ, vt & angelis protectionẽ impartiatur. Sed nunc de lineis agendũ est, per quas retrocessit sol iusticiæ, qui hodie descendit vsq; ad virginalis vteri, angustias per decem lineas. s. nouem ordines angelorum a quibus minoratus est, & vnũ ordinẽ hominum ex quibus vnus factus est. Richardus aũt super hanc figurã sic loquitur. Cum constet duodecĩ horis diurnis cursus solis, cur decẽ solum descendit Præter illas decem duæ aliæ sunt lineæ, quarum in altera semper stetit non descendens, & ad alterã nõ peruenit. Prima siquidẽ est diuinitas iniciũ diei fõs luminis, & totius deinceps claritatis origo. Hãc nũ quã transijt filius Dei, nunq; ab ea descendit, quia sic nostra suscepit, vt sua non amiserit. Nouissima linea dæmoni deputatur, qui habet lucẽ intellectꝰ, & noctem maliciæ in affectu, nã vltima hora vtrũq; participat. Ad hanc lineã malignorũ spirituũ, non venit sol iusticiæ, quoniã eis non prodest sed obest. Nec miremini q; linea recta dicatur esse in eis, qui stant cõtra Deum semper, nã ad lineã equitatis potestas eorum redigitur vel inuicta, vt nemini vnq; nocere iniuste possint, cum omnibus velint, & sic in vltione iusta quã faciunt permissi, quodammodo ordinatur, & dirigit eorũ inordinata voluntas. Hæc ille. Tamẽ Isidorus aliter intelligit lineas dicẽs Quidam decẽ gradus linearum ad mysteria Christi trãsferunt, & vmbras figurarũ in descentionẽ Christi interpretantur, per quos iterum sol iusticię Christꝰ post resurrectionẽ ascendit. Primus gradus discensionis de cœlo in Euangelio fuit, quia magni consilij nuntius erat. Secundus gradus descensionis de angelo in patriarchis fuit (quia in õnibus vt ait Apls) ipse operatus est. Tertius in legis datione, quia in lege ipse est locutus. Quartus in Iesu naue, vt populũ in

sol retrocedit.

decẽ gradꝰ solis iusticiæ.

terram

terrã promissionis induceret. Quintus in iudicibus quia eundẽ populũ per eos ipse regebat. Sextus in regibus Iudęorum, quia in eis ipse regnabat. Septimus in prophetis, quia per eos annunciatur. Octauus in pontificibus, quia ipse summus sacerdos est patris. Nonus in homine assumpto. Decimus in passione, & per hos decẽ gradus quasi vmbram legis priscę Christus descendit, ac rursus post resurrectionem suam sol iusticiæ Christus per eosdem gradus rursum in cœlũ ascendit, & omnẽ illam vmbrã legis veritatis radijs illustrauit. Hæc ille quæ primo figura paternali sufficiant. ¶ Et huic mysterio incarnationis etiã filius suam dedit figurã in libro Regũ, vbi dicitur q̃ quædam mulier magna hospita Helizei venit ad virũ Dei in montẽ carmeli, & apprehẽdit pedes eius, nec eum dimittit, donec veniret ad suscitandũ puerũ, qui in lectulo clauso mortuꝰ iacebat ingressus ergo ꝓpheta clausit ostiũ super se, & incubuit super puerũ, posuitq̃ os suum super os eius & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & oscitauit puer septies atq̃ surrexit. Mulier magna est Maria, quia fecit sibi magna qui potẽs est. Et est sunamitis quæ interpretatur mutata, ideoq̃ moratur in Galilęa, quæ transmigratio dicitur, nam cor eius non erat de hoc mundo, vt rectius esset hospita Helizei, qui in altis habitat. Helizeus interpretatur Deus saluans, & est filius altissimi, qui antea non saluabat salutẽ æterna. Hic morabatur in monte Carmelo, qui interpretatur coccinꝰ & nimiã charitatẽ significat, qua deereuerat filius Dei venire, sed non venerat, donec hospita sua Maria magna deprecaretur eum. O beata virgo magna Dei hospita, quoniã & anima & corpore eũ recepisti, quod nec angelus nec hominũ quispiam huc usq̃ fecit. Consueuerat quippe Maria virgo Dei filium in spiritu suo & in anima sua hospitare, quia te

4. Re. 4 b figura īcarnationis exacta.

ste Augu

ste Augustino, fœlicior fuit Maria Deum cõcipiendo mente, q̃ ventre. Ille autẽ velut in spelũca duplici siue in aula superiori & inferiori voluit vtrobiq; recipi ab ea, quæ sancta erat corpore & spiritu. Sed quod sequitur ad nos attinet, nam hęc mulier magna filium habuit mortuũ. s. totum populũ Israel, cuius anxia expectabat consolationẽ & vitam meliorem dicens. Nisi venerit qui est via, veritas, & vita mors depascet eos, quia non est homo qui non videbit mortem, nec est qui eruat animã suam de manu inferi. Gemens ergo semper ascendebat ad charitatem mediatoris ad montẽ Carmelum, vt veniret propter nos homines & propter nostrã salutẽ. Noluit eum dimittere, sed perseuerabat pulsans, donec tenuit pedes eius Deũ faciens viatorẽ, vt pedes nostros dirigat in viã pacis. Propter hanc (vt ita dicã) Mariæ [illegible]ẽ, dicunt nostri theologi Mariã virginẽ meruisse accelerationẽ incarnationis. Descendit ergo ad eã Deus saluans & in cubiculo clauso vteri virginalis, se puero aptauit, vt eum faceret virũ. Aptat se filius Dei homini Christo, & paruæ humanitati nostræ, cui primo applicuit os ori, dãs ei osculum oris sui, spirans ei spiraculum vitę diuinę maximæ in anima. Secundo applicuit oculos oculis dans beatificam visionẽ, quæ duplicẽ oculũ habet, in Christo solo, quoniã solus videt in verbo necessaria & contingentia, & tertio applicuit manus manibus dans ei omnipotentiã. In his tribus possunt notari vel attributa Dei, cõmunicata homini Christo vel partes beatitudinis eius animæ collatas. In manibus omnipotentia, in oculis sapientia, in ore bonitas, quo ad partes aũt beatitudinis in oculis est visio in manibus tentio, in ore fruitio. In eo autẽ q̃ oscitauit septies notantur septem dona spiritus sancti, quibus teste Esaia repletꝰ fuit Chrus etiã ex vtero matris suæ. ¶ Nunc restat, vt incarnationi spiritus sancti

afferat

quę dedit hoi verbũ

Exod. 13. d.

afferat in teſtimoniũ figurã ſuam, quæ quidẽ eſt columna nubis & ignis ducens filios Iſrael per deſertum quæ fuit in die velut vmbraculũ obiectum ardori ſolis & in nocte velut facula maxima demonſtrans viam. Magnũ myſterium hic & maximum latet ſacramentũ. Columna iſta nouiter creata eſt, & hodie nouum faciens Dñs ſuper terrã meliorem columnã creat in deſerto vtero Marię, ibi opere ſpiritusſancti fit anima Chriſti, quæ eſt columna ignis etiã angelis lucentis, & in ſimul facta eſt Chriſti caro, corpuſq; organizatum, velut colũna nubis aliquantulum obſcure & ſine gloria. Et hoc totũ aníã & corpus (mirabile quidem in oculis noſtris) vna ſola columna fuit, vna humanitas caro & aníã vtrãq; ſimul duobus participans. ſ. clarum in anima, & obſcurum in corpore, quia quãuis anima eſſet ſine peccato, corpus non erat ſine pœna. Ecce clarum & obſcurum. Et fortaſſe hoc intellexerat angelus, dũ ait Mariæ. Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Ecce ignem lucidum. Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ecce nubis obſcurum. Sed vt ex his aliquid morale vobis ingeram fratres aduertite, q; in die columna nubis obſcure deſeruiebat fllĩs Iſrael, quia dies proſperitatis obſcuritas quædã eſt ſanctis viris, ideoq; dicit Apoſtol⁹. Omne gaudium exiſtimate fratres chariſſimi cũ in uarias temptationes incederitis. Ecce quomõ diem proſperitatis habent pro obſcuro, & gaudio dicunt q; fruſtra venit. Nox autẽ aduerſitatis eſt ſanctis viris læta & clara quia vtuntur colũna ignis lętiſſimi, tunc em̃ feruentiores ſunt, nec nocet eis nox aduerſitatis, quãuis nox dicatur a nocendo. Sciebant quæ dico, illi de quib⁹ dicitur Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contrariumpati. Gratias igitur agamus columnę noſtrę Chriſto, qui nocte aduerſitatis ignẽ ſpiritusſancti mittet ſuper ſuos

colũna eſt Chriſtus.

atq; die prosperitatis ostendit eis obscurū passionis suæ, quo peruenitur ad terrā promissionis, de hac tā dem columna ex ania & corpore Iesu opere spiritus sancti constituta dicit filius Dei, ego in altissimis habitaui & thronus meus in colūna nubis. Altissima, sunt anima & corpus Christi Iesu, quæ duo simul altissimam atq; diuersam faciunt columnā. s. igneā & nubeā, claram & obscurā. Columna ista est thron⁹ filij Dei, qua libētius sedet q̄ in angelicis thronis: et Salomō in omni gloria sua, & in throno suo nō tantum fulsit: q̄uis de throno illo dicatur, q̄ non sit factum tale opus in vniuersis regnis. Hoc etiā mirabile attāde, q̄ creatio totius columnæ, & sessio filij Dei simul & instanter facta est: nā vltra hoc, q̄ nescit tarda molimina spūs sanctus, ipse filius Dei tātū optauit sedere huc, q̄ noluit postquā inceptū est opus, expectare tēpus: sed statim sedit in throno suo Et aliud mirabile, quia postquā in ista colūna sedit, nunq̄ surrexit ab ea, nec eam deseruit: quia teste Damasceno: q̄ semel assumpsit nunquā dimisit: Nam etiā tēpore passionis quādo scissus est thron⁹ & columna diuisa, adhuc sedebat in vtraq; parte: quoniā ꝑ tunc anima & corpus & si nō inter se, in vno tercio. s. in ypbo erant vnita. Resume igitur & cōclude sermonē cum illo, tres sunt qui testimoniū dant in cœlo. & c̄. Pro scd'a parte morali similiter dic, q̄ dom⁹ tria quæ fecit in aduētu, facit in recessu ab anima peccatoris. Primo cōminatur. scd'o iurat se recessurum. tercio dat figurā sui recessus. Propter primum ait. Erudire Hierusalē, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponā te desertā terrā inhabitabilē Pater ait, recedet anima mea. i. volūtas mea a te. Filius addit, ponā te desertā, Spiritussanct⁹ adiecit terram inhabitabilē, quod est vltimū malū, quando. s. nullū donum spūs sancti habitat in anima. De secūdo. s. de iuramēto dicit in libro Regū. Viuit Dñs,

Eccl 24. a

Scda pars. lis.

Hiere. 6. b

1, Reg. 26 c

quoniam

quoniã filij mortis estis vos, q nõ custodistis Dñm vestrũ christum Dñi. Viuit Dñs iuramentũ est, & aptum Chro, cui mors vltra nõ dominatur, qui filios mortis facit eos, qui nõ custodiunt iliũ velut incarnatũ in carne sua: nã caro nostra, & frater noster est, quẽ custodimus, cũ eum imitamur, & matrẽ suam purissimã. Quod si facere noluerim⁹, dat nobis figurã mortis æternę, vbi peccatores sunt esca ignis propterea q noluerunt erudiri, nec attẽdere qualiter ipse Deus incarnat⁹ se fecit escã amoris nostri, vt ignis charitatis in altari cordis christiani semp arderet. Væ autẽ peccatorib⁹ quãdo Dei filius ab eis recesserit, quia tũc tertio & finaliter implebit figura illa qua dicitur. Ecce ãni tres sunt ex quo venio quę rens fructũ in ficulnea hac, & nõ inuenio. Succidite ergo illã, vt quid etiã terrã occupat? Primus annus est legis naturæ: secũdus legis scriptæ: tertius legis nouæ: si hoc anno placabili nõ facis fruct⁹ hortulano filio Dei, nil tibi restat, nisi vt succisus per mortẽ mittaris in ignem æternũ: interea tamẽ cõfuge ad ỹginem sicut Loth ad Segor ciuitatẽ paruam: quia modica est. i. humilis ad te audiẽdũ: & viuet anima tua nunc per gratiã & in futuro per gloriã, quã mihi & vobis pręstet Iesus Amen. Lucæ.13.b.

¶ Feria quarta primæ dominicæ aduentus De tempore aduentus Messiæ.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio, vbi ostenditur q Maria cõuiuium exhibet angelis.

AD inuocãdã beatam ỹginem in sermonib⁹ istis, decreui ões angelor⁹ apparitiones inducere, vt in cõceptione pariter sicut in natiuitate facta sit cũ angelo Gabriele multitudo cœlestis exercitus: quia ões angeli ante ipsum olim destinati, ad eius legationẽ ordinabant, & velut præcursores extitere. Post primã ergo apparitionẽ angelicam legationes angelorũ Gabrieli seruiunt.

Gen.18.a. gelicam in priori ſermone viſam, legitur in Geneſi, ꝙ tres angeli apparuerũt Abrahæ, qui venerãt nunciare cõceptũ Saræ. Vbi aduerte, ꝙ ões tres angeli queſierũt Saram, dicentes patriarchæ. Vbi eſt Sara vxor tua? tamen cũ de eius cõceptu ageret, vnus tantũ eor̃ loquebatur: ex quo recte colligitur, ꝙ & Gabriel nõ venit ſolus ad ỽginẽ, & ꝙ ſolus nouit myſteriũ eius: ideo ꝙ aſſerit euãgeliũ, ꝙ ingreſſus eſt angelus ad eam ſingularis, vt alĩs videlicet lateret archanũ: quia tunc oportuit, ꝙ in ore duor̃ ſolũ modo ſtaret õne verbũ. Sed mirũ quidem ꝙ fugiat angelos ỽbum, ꝙ amicis ſuis, ꝑphetis reuelarat ipſe Deus, & ipſe angelus Gabriel: quod & nõ latuit Elyzabeth iuper mõtana illud myſteriũ prędicãtẽ. Differẽtius quippe, ac præ cæteris abũdãtius ſciuit hoc myſteriũ Cabriel, cui ſignanter creditũ eſt: ideo ꝙ merito vocatur magni cõſilĩ angelus. Sed nec alĩ totaliter ſunt alieni ab archano ỽginis, nec ab eius colloquio ſunt õnino extranei: Nam & ſi vnus angelus in Geneſi loq̃retur de cõceptu Saræ, õnib⁹ ipſa cõuiuiũ exhibuit, pro õnibus tria miſcuit fata ſimile, vnicuiq; menſurã ſuã, tria tribus. Tamẽ & ſi cæteris angelis dedit notitiã ſui per partes, totũ contulit Gabrieli, quãdo dixit. Fiat mihi ſcd̃m verbũ tuũ. O igitur beata ỽgo, ſi conuiuiũ gratiarũ angelis exhibes, apponens eis tres ſubſtantias filĩ tui. ſ. diuinalem, & ſpiritualẽ & carneã, quæ per te velut in maſſam eandẽ ſub cineres noſtræ mortalitatis igne ſpũs ſancti decoctã conuenerunt, ſaltẽ obtine nobis tria fata, tres ỽtutes theologicas, vt panẽ hunc ſubcinericiũ quem feciſti, valeamus per gratiã comedere: quã vt aſſequi valeam⁹, tibi offerim⁹ Aue Maria.

Gabriel p̃ cęteris nouit incarnationem.

Maria cũctis preſtat etiã ãgelis.

¶ Argumentũ dicendorum, vbi oſtenditur vtiliras prænunciationis.

prenuntiatio valet ad tria.

IN priori ſermone charitas veſtra percepit huiꝰ miſſionis preſagiũ & promiſſionẽ, quã Deus

feciꝫ

fecit trinus, vt totus homo se prepararet ad tanti regis aduentū. Nam prēnūciatio Dei facit ad fidem: quia propter prēnūciationē testimonia & opera eiꝰ credibilia facta sunt nimis. Facitq; ad spem: quoniā scriptū est. Dabo eis vallē Achor ad aperiendā spē. Vallis Achor est humilitas prophetarū, in quibꝰ aperitur spes. Facit & ad charitatē: quoniā scriptum est. Ignis a facie. i. a prophetia eius exarsit: carbones .s. peccatores succēsi sunt ab eo. Visa igitur p̄nunciatione missionis huius. nūc videamus tēpus eiusdē, quia nō minus vtilis erit scd'a consyderatio q̄ prima. In toto igitur sermone agam de tēpore aduētus exponens quadrupliciter sextū mensem quo Dominus venit. Dinisio.

¶ De tēpore aduētus plures loquunt plura, & iste met Gabriel Danieli tēpus assignauit, quo Christꝰ erat vēturus, alij q; prophetæ illud tēpus determinant. Vide Nicolaū & Burgensem super Danielē, capite nono, vbi cōputationes doctoꝝ inuenies affluenter: nunc aūt beatū Lucam insequar, qui dicit sexto mēse hanc missionē de qua loquimur factam. Ait em̄, In mense aūt sexto missus est angelus Gabriel. &c. tēpus ergo reperitur in sexto mēse a conceptione p̄cursoris: fuitq; .25. dies Martij, quo (vt ait Bonauētura super Lucā) conceptus fuit Dñs in sexta feria & sexto mēse: & (vt ait Hieronymꝰ) sexto millenario, & sexta mūdi ętate. In hoc mense & in hoc die cōditus est homo, ad cuius reparationem mittitur Chrūs. Homo sexta feria & mēse martij peccauit, & eodē die ac mense cōceptus Christꝰ venit, qui & eodē die ac mense passus est: vt habet in Glosa ordinaria, qui est & sexta hora in cruce suspē sus. Martius apd' Hebręos est primꝰ mensis, a quo septēber vocatur quasi septimus: vnde Strabꝰ ait super illud Exodi: mensis iste vobis principiū mensiū primꝰ erit in mēsibus anni. Hic est Nisan scd'm Hebręos,

Danie. 9. f.

Lucæ. 1. c.

Martius apud hebræos ē primꝰ Exod. 12. a

breos, in quo factus est mūdus, cuius plenilunium post equinoctiū vernale semp est attēdendū: in quo populus Israel a seruitute Aegypti liberatur, & genus humanū sanguine Chri a potestate diaboli eripitur. Hæc Strabus in Glosa ordinaria. Et Nicolaus dicit, q nisan est apud Hebreos martiꝰ. Nisan vero interptatur miraculū, vel tētatio, aut fuga, seu vexillum: & ad ista quatuor nos hortatur incarnatiōis tēpus. ¶ Primo ad miraculū huius mysterij, vbi aduerte, q cū omne tēpus sit mēsura motꝰ, ille qui pter æternitatē suā mensurabiles fecit dies suos, voluit vt a Ioannis cōceptione cōputaretur tempꝰ eius, qui legē & prophetas in eo terminare cepit a cuiꝰ etiā diebus regnū cœlorꝝ vim patitur. Ecce igit quomodo regnū cœlorꝝ & rex eius Christꝰ incepit a Ioanne baptista. Fœlix vir a quo incepit cōputare vitā suā, ille qui (teste Esaia) dat flatū populo terræ: & etiā angelis vitā administrat, quin & ipsi Ioanni cōtulit vitā gratiæ in eodē mense. Parū putas dici, q missus est filius Dei sexto mēse post Ioannē. Terminus a quo fit cōputatio, in maximo habet precio Nam ideo Romani cōputabāt a fundatione Romæ & Iudæi a liberatiōe de Aegypto: sed Lucas numerat tēpus incarnati ẏbi a sancto Ioāne. Quin & prophetæ vidētur ab illo cōputasse aduentū Messiæ: nam aliquādo dicebant in persona Dñi. Ecce venio cito. Et alius de aduētu dixit. Modicū ibi, modicum ibi. s. expectabis. Et alius propheta dixit, Prope est vt veniat tēpus eius, & dies eius nō elongabūtur. Et alius dixit, Adhuc vnū modicū est, & ego mouebo cœlū & terrā, & veniet desideratus cūctis gentibus. Ista tēporis modicitas stare nō poterit, nisi cō putando a cōceptione pręcursoris, vt sanctꝰ Lucas cōputauit. Vnde cū in scripturis sacris legeris respectu aduentus, cito, vel modicū, vel statim, illud poteris referre ad tēpus quod inter cōceptionē Ioannis &

incarnatio festina est post Ioannem.

nis & Christi fluxit: quia post sexto mense mouere dignatus est Dñs cœlum, angelū mittendo: & terram .s. sanctā virginē ad prębendū assensum, & tūc venit desideratus cūctis gentibus. Vel cœlum dixit propter diuinitatē, & terrā propter humanitatem: primū tempore incarnatiōis motū est deorsum quādo exinaniuit semetipsum: & alterū motum est sursum, quādo accessit homo ad cor altū, quo eructatū est ỽbum Dei: tunc sane desideratꝰ cunctis gentibꝰ venit: vnde optime dixit Aggęus. Hæc dicit Dñs Agg. 2. b. Adhuc vnū modicū est, & ego cōmouebo cœlū et terrā, & veniet desideratus cūctis gentibus, & implebo domū istam gloria. Domus hæc beata virgo est, repleta gloria ỽbi, ad quā tota trinitas descendit & repleta est a maiestate eius. Dū ergo audis adhuc vnū modicū est, recurre ad tępus cōceptionis Ioannis, a quo Saluatoris cōceptus mēsuratur, & merito: quia si Ioannes interp̄tatur gratia, & Chrūs est gloria nostra, nō qualiscunq, sed quasi vnigeniti a patre. Optime cōstat ꝙ gloria nō ab alio q̄ a gratia debet incipere, quia gratia est seminariū gloriæ: ideoq Ioānes est pręcursor Christi, quia gloriā gratia pręcurrit: Sed nōne gratia & veritas per Iesum Christū facta est in Ioanne, quādo in mēse sexto visitauit eum? sane quidē: quoniā hactenus mēses lunares. i. defectuosos habuit, vt Iudæi qui lunaribus mēsibus vtūtur. Minores quidē sunt mēses lunares q̄ solares: istos habet Chrūs, illos vero Ioannes, q cum beato Iob dicere poterit. Sicut ceruus desiderat vmbrā, & sicut mercenariꝰ præstolatur finē operis Iob. 7. a. sui, sic & ego habui mēses vacuos. Ceruus erat Ioānes super mōtana Iudęæ in ardore peccati adustus, donec illo spiritu quo Maria obumbrata est, & ipse obumbraretur, qua vmbra peccatū originale quo ęstuant homines, extinctū est in eo. Erat & mercenarius cōductus summo mane, ad opus vineæ Dñi

gratia præuenit gr̄iā.

sabaoth,

Ioānes plꝰ fecit ī vtero q̄ extra.

sabaoth: qui antequā inciperet opus p̄cursionis suæ desiderasse dicitur huius operis finē, quoniā ita feruide incepit preęursoris officiū, ac si tunc perfeciſſet illud. Nam exultās in vtero plus fecit q̄ꝫ prędicās in iordane: quia hic Dominū occultū ostēdit, ac lingua materna p̄dicauit, illic autē Dñm manifestū ac digito patris. i. spiritu sancto ei ostensum. Donec igitur Christꝰ veniret ad Ioannē, habuit menses vacuos, tamē Christo adueniēte adimpleti sūt supra modū ita vt diceres vmbrā Dei eum inueniſſe, & cōpleuisse officiū preęursoris. Ad hoc facit, qꝫ (vt notat Beda) cōceptus est Dñs eo tempore quo dies iam crescit, Ioannes aūt quādo crescit nox, quia decuit vt tali tēpore cōciperetur ille, qui illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum, quoꝝ primus fuit Ioānes, qui nō lunares iam sed solares mēses habet quia nō sacramētis vtitur synagogæ, sed mēses possidet solares, Christi clemētia imbutos, qui eum velut lucernā ardentem ac lucentē effecit. In sexto igitur mense missio peragitur, quo mirabilia operatus est sol iusticiæ super mōtana Iudęæ erga Ioannem baptistā. Nisan ergo interpretatur miraculū, vt eleues animū non tantū ad conceptū Ioannis, quantū ad miraculū quod mense illo Dñs in Ioanne operatus est. Literaliter intelligēdo sex mēsibus ante, Gabriel fuerat missus ad Zachariā, vt ei cōceptū Ioannis nūciaret: postea vero missus est ad ꝟginem, vt ei nunciet saluatoris conceptū. Prima missio fit inicio hyemis, sc̄da vero inicio veris. Prima fære tristis fuit, quia mutus permansit Zacharias, secunda vero lętissima fuit, quia illico Maria virgo festina præ gaudio ingenti, in montana perrexit. ¶ Sextus etiā mensis quo incarnatus est Dominus, scilicet nisan interpretatur tētatio, nā verno tempore mittitur Christus, vt innuatur incarnatiōis causā fuisse peccatū, quod eo tēpore cōmissum est, vt dum nos

Luc. 1. b.

videmꝰ

videmus vulnerū ligaturam ipsa sub pannis vulnera cogitemus. Nā deinceps non dicetur illud Esaię. Vulnus liuor & plaga tumens, non circūligata nec fota oleo, quia incarnatio verbi est vulnerū ligatio, & medela quæ eo tēpore fit, quo vulnus est contractum, solent em̄ & debent remedia adhiberi, eo tēpore potissimū quo vulnera sunt inflicta, vnde prio Machabeorum dicitur. Obtulerunt sacrificiū super altare nouū, quod fecerunt. Secundū tempus & secundū diem in qua contaminauerunt illud gētes & in ipsa renouatū est in Canticis. Altare vetus a dæmonibus & gentibus peccatricibus. i. peccatis cōtaminatū vetus homo est, altare autē nouum est nou⁹ homo Christ⁹ sub quo dicūtur clamare animę martyrum, quia propter Christū passi sunt, vnde ait Ioānes. Vidi sub altari Dei animas interfectorū propter verbum Dei &c̄. Istud altare. s. nouū hominem Ch(m fecerūt pater & filius & spūssanct⁹, & statī ipsa hora seipsum obtulit Christus imaculatū Deo pro maculato genere humano, qđ prius fuerat per dæmones contaminatū. Altare nouū factum est in templo dn̄æ nostræ canticis iubilationū & vnctiōe diuina consecratū. De altari autē cōtaminato nō ex toto perdito sequitur in assumpta figura. Reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusq; veniret propheta, & responderet de eis. Propheta iste fratres mei est Ioannes Baptista, eius responsum istud est. Potens est autē Deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahę. Potens inquit est, nam Gabriel qui tenet figurā Christi interpretatur fortitudo Dei, ne quis propter carnis fragilitatē contaminatā deficiat, quia si quis propter infirmitatē carnis diffidit, propter nostrum Gabrielē confidat nā ideo dixit Zachariæ. Ego sum Gabriel angelus, qui asto ante Deū. q. d. Si de te diffidis, in me confide. Ante patrē Deum astat noster Gabriel, orans vt lapides

1. Mac. 4 g altare nouū ē Chr̄s.

Apoca.

Lucæ. 1. b.

altaris

altaris contaminati filios Adā Deus admittat, & ex eis faciat etiam filios Dei, ad hoc ēm fit ipse homis filiꝰ, vt nos efficiamur filij Dei. Ipse est altare nouū quod ad sui honorem lapides altaris contaminati debet restituere, vt applicētur sibi filij Adam, de quibꝰ
Esa. 54. c. pater cœlestis per prophetā respondit ei dicens. Ecce ego sternam per ordinē lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponā iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos & omnes terminos tuos in lapides desyderabiles, & vniuersos filios tuos doctos a Dño. Ecce quom õ ad gloriā noui altaris faciunt lapides altaris contaminati, quia in altari nouo pro eis offertur sacrificium, & Christus pro filijs Adam se offert adhuc ex vtero matris Mariæ, qui est templum Dei, & domus orationis, quo Christus orauit primo & exauditus est pro sua reuerentia. Si nos ergo fratres sumus lapides repositi in monte domus Dñi, & in contẽplatione Marię matris eius statuti, cui cura est de nobis caueamꝰ ab immundicia, ne aliquis nostrum fit lapis luteus per luxuriam, aut lapis scandali per malum exemplū quia tales nõ aptat sibi Chrs, sed quos videt sibi consentaneos. ¶ Tertio nisan qui est mensis incarnationis interpretatur fuga, quia docet fugere luxū sœculi, & a tẽporalibus declinare, vt spiritualibus delicijs, vacare possimus. Nā qui natus est quando terræ nascentia renouantur, nec dubiū quin velit animas renouare nostras, sicut erat in prīcipio, vt dicere possit Ecce noua facio õnia. Qui autẽ diabolū fugere voluerint, & reatum peccati, quo velut carcere tenebantur, aduertant, ꝙ verno & alacri tempore Dñs concipi voluit, quoniā per Esaiam dicit Christus se
Esa. 1. missum, vt annū Dñi placabilem prędicet. Annus
annꝰ Chri habet. 4. tẽpora. iste benignitatis ab incarnatione Christi sumpsit exordium quatuor habens tempora, sicut habet annꝰ literalis & cõmunis Vbi nota ꝙ sicut apud Iudęos

annus

annus incipiebat in vere, sic ver huius anni fuit initium vitæ Christi, quod ab incarnatione vsq; ad ascentionē durauit, & ex tunc statim feruor incaluit, cōferuente sanctorū spiritu, & accēsa rabie tyrānorum, collecta est messis martyrū copiosa. Postmodum successit autūnus, cum sub vite & ficu in pace ecclesiæ requiescentes quasi autumnali vbertate lætati sunt homīes vendemiantes botros scripturæ & ab arbore poma carpentes. Hyems autē erit tempore nouissimo, cum erit tribulatio qualis nunquā fuit ab inicio, vnde Matthęus ait. Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. In hyeme annus, in sabbato finē accepit septimana, in vtroq; tempus vltimum designatur, in quo surgent pseudo apostoli & pseudo prophetæ & seducēt multos, & sicut. 1. Machabeorum. 2. legitur, Iudęi donec persuasum habeant hostibus resistere moriētur. Forsitan propter illius tēporis maliciā sapiens de hyeme non fecit mētionem, quāuis de alijs tribus temporibus loquitur tanq; affluentibus gratia Dei cū ait. Sicut Tygris in die nouorum, & iordanis in tempore messis, & quasi Gyon in die vēdemie. Ex prædictis ergo quatuor temporibus cōstat annꝰ placabilis, in quo ver inserit, & plantat, æstas metit, & triturat, vendemiat autumnus, & seminat. Hyems imagine quadā senis tardioris abbreuiatis, ꝓpter electos diebꝰ vniuersa consumit, in hyeme em̄ labores aliorū temporum consumūtur. Arbitror equidē, ꝙ nunc in hyeme sumꝰ, quo fuga & si periculosa tamen proficua est quia Dñs iubet. Qui in Iudæa sunt fugiāt ad mōtes, ad sanctos viros ad alta exercitia, ad altiorē statum ad virtutes. Si fugā sæculi volueris inire, tēpꝰ incarnationis respice, quoniā martius est tempꝰ nouorum, quia propter hoc mysteriū dñicę incarnationis multi nouiter cōuertuntur ad Chr̄m a sæculari conuersatione. Tempore quidē verno, quo noua pullulant

Matt. 24.

Ecc. 24. d. fuga bona.

Matt. 24.

pullulant germina, voluit filius Dei cõcipi, quoniã scriptũ erat. Nouũ faciet Dñs super terrã. Vnde &
Hiere. 31. Sapiens de Dauid in persona Dei patris dicit. Qui
Eccl. 24. d implet quasi Physon sapiẽtiã & sicut Tygris in die-
tẽpus nouorũ est incarnatio. bus nouorum. Physon interpretatur oris mutatio, & est pater æternus de quo dicitur. Deus olim loquens patribus in ꝓphetis, nouissime diebus istis, locutus est nobis in filio. Hic pater sapientiam quasi Physon adimpleuit, quoniã abundare fecit sapientiam pater, cum filiũ misit in carnẽ. Os quoq; patris est ipse filius, quẽ mutauit, eum hũanando. Tygris & fluuius velox fuit in diebus nouorũ cũ subito & instanti sicut ros, & sicut pluuia in vellus filius Dei descendit in virginẽ. Hoc tempore, s. Martij assuetũ erat in lege spicas manibus confricatas offerri, vnde et mense illo Dñs conceptus est, quo debebãt homines excussis paleis tẽporaliũ Dño consecrari. In veteri em̃ testamẽto quasi granũ erat cum palea, cum nondum homines nouerãt, nec poterant tẽporalia penitus abdicare, postq; autẽ Christus venit, relictis omnibus quasi paleis excussis, secuti sunt eũ. Quod significatur Lucæ. 6. vbi apostoli spicas mãducabãt manibus cõfricãtes. Ecce igitur fratres quõ tempore isto a sœculo debetis fugere, vt valeatis decenti?
tẽpus messie cõpletũ est. offeri deo velut fructus nouelli Dño consecrandi.

℣ Quarto nisan interpretatur vexillũ, vbi primo notare est, ꝙ hæc interpretatio nimis facit ad tẽpus incarnationis, nã Gabriel Angelus volens Danieli exhibere signaculũ certũ incarnationis dixit ei. Ci-
Dani. 9. g. uitatẽ & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce venturo & finis eius vastitas, & post finẽ belli statuta desolatio. Confirmauit aũt pactũ multis hebdomada vna & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in tẽplo abominatio desolatiõis vsq; in finẽ. Hic ostendit Gabriel quomõ postquã populus iudeorũ occidit Christũ, venturꝰ erat populus ro

pulsus Romanꝰ. vt tẽplum destruat, ne iam sit Iudęis hostia vel sacrificiũ, quia in dimidio hebdomadis .s. sanctę defecit, quando Christus pactũ passionis, multis promissum consummauit, vsq; dũ diceret, consummatũ est. In medio illius hebdomadis sanctę Christus instituit eucharistiã, & tunc defecerũt Iudęorũ sacrificia, ideoq; tanq; inutile Romani destruxerunt templũ eorum, & fecerunt in eo abominationẽ, quam prędixit Gabriel. Quam & exposuit Christus in Euang. dum dixit. Cũ videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est a Daniele ꝓpheta stantẽ in loco sancto, qui legit intelligat. Quidam dicunt abominationẽ desolationis esse imaginẽ Cęsaris quã Pylatus posuit in tẽplo. Verius autẽ quid sit abominatio desolatiõis Lucas Euangelista interpretatur, nã in loco quo Marcꝰ & Mattheus ponũt cũ videritis abominationẽ desolationis, in ipso loco Lucas sic ait. Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalẽ, tunc scitote, quia propinquauit desolatio eius. Hic Dñs exponit Danielẽ ostendens q; per desolationẽ intelligitur captio ciuitatis Hierusalem ac desolatio, quę quotidie multiplicatur, & plus alienatur a cultu veri Dei, quoniã in tẽplo mahumetus colitur. Qui ergo illas hebdomadas cõputant debẽt tempus earũ extendere, vsq; ad destructionẽ Hierusalem, quoniã sic vult Dauiel & Christꝰ vbi supra. Iudæi autẽ, quia vt ait Hieronimus in prologo, nõ habent Danielẽ tanq; prophetam, parũ curant de hebdomadibus suis. Cũ ergo post occisionẽ Christi desolatio atq; destructio esset ventura super Hierusalem & super templũ atq; sacrificia eotũ, & ista desolatio & abominatio iamdiu sępissime atq; diutius venit, & in finẽ vsq; perdurat vexillũ alienarũ gentiũ super eã, quid vltra expectat synagoga? desolata est, & i abominationẽ posita, & sub vexillo extraneo humiliata, quia non cognouit tẽpus visitationis suæ

Matth. 24

Mar. 13. Luc. 21. d.

nis suæ, quo Christus rogabat, quæ ad pacem sunt
Psal.121.d. Ierusalē. Nā sub generali pace nascens Christus ōnes videbatur ad pacē inuitare, quā quia non potuit obtinere, misit super Hierusalē vexillū inimicorū suorū, vt dominentur ei nationes, & postq̄ viderit se tot ānis affligi, nec succursum habere discat verū ducē Christū sequi, & vexillū crucis eius arripere, vt vincat. Tempore quo solent reges ad bella pro-
2.Reg.11.a cedere incarnatꝰ est Dñs, qui aereas potestates vincere festinabat non alijs armis q̄ crucis vexillo munitus, quod vos fratres constanter assumite, quoniā Constantinus imperator, & quilibet fidelis in hoc solum mō signo poterit vincere, quia nullū aliud timet aduersarius noster diabolus, ex quo Dñm gl'iæ vidit in eo militasse, quod & ab inicio vitę sumpsit, dum eodē die ac eodē mense conceptus & passꝰ est a die crucis incipit dies Dñi, a cruce incipit vita eius & in cruce dicet consummatū est. ¶ Vidimꝰ ergo tempus incarnationis per solā expositionē suam, intrinsice aspiciētes vim vocabuli, si autē secundū extensionē & secundū respectus placet tēpus idem cō templari, reperies q̄ attīgit a fine vsq̄ ad finē, a tota trinitate vsq̄ ad minimā creaturam. Non q̄ istud tempus sit extentū aut pertractū, quia breue est, immo & non est tēpus sed instans, quo incarnatus est Dñs, tamen vocatur tēpus, & dicitur magnū propterea q̄ magna respicit, & magna sunt ibi peracta mysteria. Igitur tēpus incarnationis respectū habet ad patrē, quia ei dicitur. Non retineas verbū in tem-

incarnatio trinitatem respicit.

Eccl.4.c. pore salutis. s. operandę. Et ad filiū quia ei gemibū-
Eccl.10.d. di etiā ingerunt prophetæ. Noli cunctari in tempo-
Eccl.38.c. re angustiæ. Et ad spiritū sanctū, quia ei quoq̄ dicit. Sapientiā scribe in tempore vacuitatis quādo. s. Maria humiliauerit se dicēs, Ecce ancilla Dñi. Vt autē possis mādare memorię plures respectus ac nomia huius tēporis aduerte, q̄ tempꝰ incarnatiōis dicitur

Annorū

Annorũ mediũ iuxta id. Dñe opus tuũ in medio annorũ viuifica illud, in medio annoꝝ notũ facies. Dicitur mediũ quia ſicut media ætas hoīs .ſ. iuuentus ſolet eſſe melior, ſic tẽpus incarnationis eſt meliꝰ Abac.3.a.

Beneplaciti Dei etiã dicitur iuxta id, Pſal. Ego vero orationẽ meã ad te Dñe, tempꝰ beneplaciti Deus. Pſal.68.c.

De quo beneplacito & in alio Pſalmo dixit. In bñplacito tuo exaltabitur cornu noſtrũ. Pſal.88.c.

Corona totius vitę Chriſti iuxta id. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Pſal.64.d

Dei tempus & dies boni nuncij iuxta id. Prope eſt vt veniat tẽpus eius & dies eius nõ elongabunt. Eſa.14.a.

Edendi tempus iuxta id. Beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcũtur tẽpore ſuo. Terra eccleſia, rex Chriſtus, principes apoſtoli, pabulũ verbum. Eccl.10.d.

Fructuũ tempus iuxta id. Cum autẽ tẽpus fructuũ aduenisſet miſit eis filium ſuum. Matt.21.d.

Gratũ tempus, gratiæ aptũ iuxta id. Hæc dicit Dñs In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Eſa.49.c.

Habundãtiæ tempꝰ iuxta id. Memẽto paupertatis in tẽpore habundantiæ. Paupertas gratiæ fuit in Synagoga, in eccl'ia vero habundantia, quia & Sapiẽs ibidem dixit. Tempus retributionis in conuerſiõe faciei. Hic nota ꝙ ante incarnationẽ Deus habebat ad nos dorſum & non faciẽ, ſed iam in conuerſione faciei ſuæ ad nos, datur habundantia gratiæ. Eccl.18.d. tẽpus icarnatiõis dicitur.

Iubilei annus iuxta id. Numerabis tibi ſeptẽ hebdomadas annorũ propitiationis tẽpore ſanctificabiſq; annũ quinquageſimũ, & vocabis remiſſionẽ cũctis habitatoribus terræ veſtræ, ipſe eſt em̃ iubileꝰ. Reuertetur homo ad poſſeſſionẽ ſuam. Hæc ibi, cũ ergo incarnatio facta ſit vltima hebdomada prophetiæ Danielis optime conſtat, tunc iubileꝰ prædictus Leui.25.b. Dan.9.d.

Largiendi tẽpus iuxta id. Vt des illis in tẽpore tritici men Marc.12.c.

cimenſuram.

Pſal.101.d. Miſericordiæ tẽpus iuxta id. Quia venit tẽpus miſerendi eius.

2.Para.11.e. Niuis tempus iuxta id. Ipſe deſcendit, & interfecit leonẽ in media cyſterna tẽpore niuis. Deſcendẽs eſt filiꝰ Dei, leo eſt ſuperbia noſtra, cyſterna vterꝰ Mariæ, tempus niuis incarnatio mundiſſima vt nix.

Eccl.39.d. Orationis tempus iuxta id. In tempore conſummationis effundent virtutẽ. Conſummatio eſt incarnatio, vt virtus noſtra eſt oratio, qua & cor effundimus coram illo.

Cantic.2.c Putandi tẽpus iuxta id. Tempus putatiõis aduenit. In opere incarnationis ãputatur opprobriũ noſtrũ.

Ezec.16.a. Querendi ouẽ perditã tempꝰ iuxta id. Ttanſiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuũ, tempus amantiũ & expandi amictũ meum ſuper te, & operui ignominiam tuam.

Recordationis tẽpus iuxta id. Conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei. Ioh.14.c.

Leui.25.a. Sabbatũ generale iuxta id. Sabbatũ erit terræ requietionis Dñi. Nam hoc tẽpore ſabbatizauit ſub vite ſua Maria filius Dei.

Temporis plenitudo iuxta id. Cũ venit plenitudo

Galla.4.a tẽporis, miſit Deus filiũ ſuum. Incarnatio impleuit tempus vſq; ad cõſummationem vitæ.

Num.13.b. Vuarum tẽpus iuxta id. Afferte nobis de fructibus terræ, erat aũt tempꝰ quãdo iam prẽcoque vuę veſci poſſunt. Hĩ attulerunt racemũ de terra promiſſionis, id eſt Chriſtũ de Maria.

Heſt.2.b. Xpõ adducendi ỽgines tempus iuxta id. Cũq; veniſſet tempus ſingularũ per ordinem puellarũ. Aduerte q harum princeps fuit Heſter .ſ. Maria.

Ezec.34.f Ymbriũ tempꝰ iuxta id. Ponam eos in circuitu collis mei benedictionẽ, & deducã ymbrem in tẽpore ſuo, pluuiæ benedictionis erunt. Ob iſtam abundãtioris gratiæ pluuiã tempore incarnati ỽbi canim⁹.

Rorate

Rorate cœli desuper. Ne vos grauare ampliora huiꝰ tẽporis epitheta non adduxi. Væ aũt synagogæ, cui cum aduenerit tẽpus Messię, non credit, imo de illa dici potest illud Sapientis. In tẽpore redditionis postulabit tẽpus, & loquetur ỹba accidię, & murmurationũ, & tempus causabitur. Nunc deberet quidẽ reddere ac retribuere gratias ỹbo icarnato, quia est tẽpus redditiõis, vt homo seipsum reddat ei, qui se ipsum donauit nobis, sed væ illis qui cũ tempꝰ faciẽdi aduenerit, dissipauerũt legẽ tuã Dñe, postulãtes tempus aliud aduentus tui, cũ istud sit prędinitũ tempus a patre, Nec tantũ. 70. hebdomadę sunt finitæ, ac iamdudũ trãsactę, sed quater. 70. elapsę sunt hebdomadę & semper adhuc desolatio Hierusalẽ perseuerat, ne Iudęi dicant signa nostra nõ vidimus, qm̃ prę oculis habent abominationẽ desolationis. i. abominabilẽ desolationẽ, quia vbi Deus in tẽplo antiquitus colebatur, iã non colitur nisi Mahumetꝰ, nec ipse Christus vult in illo tẽplo coli, vt euidẽter cernant abominabilẽ desolationẽ ac dissipationẽ, quã Daniel prædixit. Tamẽ Iudęi verba tedij loquũtur murmurant, & sic tẽpus causatur, quia putãt eneruare illud argumẽtis suis ac si non esset completum cũ angelus ipse Gabriel, qui & Danieli de hoc locutus fuerat, iurauit per viuentẽ in sœcula sœculorũ, quia tẽpus. s. incarnationis non erit amplius: sed in diebus vocis septimi angeli eũ cœperit tuba canere cõsummabit̃ mysteriũ Dei: sicut euãgelizauit per suos prophetas. Septẽ angeli præcipui dicũtur astare ante Deũ, quorũ vnus erat Raphael, sed Gabriel vltimũ ac septimũ locum tenet, cuius vox est, Aue gratia plena. In diebꝰ istius vocis cõsummabit̃ mysterium Dei, quãdo. s. in iudicio vniuersali cœperit tuba canere. Sed nũc suauius ad Mariã loquens voce sua vsus est, quæ vox habet quidẽ dies. s. totum tẽpus gratiæ, quo peruenire possimꝰ ad æternitatẽ glori-

tẽpus messie completum est.

Eccl. 29. a

Psalm. 118.

Galla. 4. a

Dani. 12. d

Tho. 12. c.

gloriæ, quã mihi & vobis præstet Iesus Amẽ.

¶ Feria quinta Dñicæ primæ aduentus. De mittente angelum. Et valet pro sancto Gabriele.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio qua ostenditur, ꝙ mundus abijcit pauperes, quos Maria fouet.

Gene. 21. c.

mundus proijcit. Deus subuenit.

LEgitur in historia Genesis, ꝙ Abrahã proiecit Agar a domo sua, cui tamẽ plures ãnos seruierat, qua & vsus fuerat, quæ & filiũ genuerat ei, & tandẽ abiecit eam, ita pauperẽ ac desolatã, vt putaret se fame & siti periturã in solitudine Bersabee, vbi nõ defuit ei angelus Dñi, quẽ habuit cõsolatorẽ in solitudine: quoniã ideo dicitur. Vocauitq; angelus Dñi Agar de cœlo dicens. Quid agis Agar? noli timere. Non solũ verbis cõsolatus est eam sed factis, quia oculos eius aperuit, & ostẽdit ei puteum aquæ, quo refocillata est ad vitã. Si ergo patriarcha iste reppulit a domo sua tam prędilectã ancillam, quid faciet mũdus vobiscũ fratres? arbitramini ꝙ non repellet vos aliquãdo? Nonne aliquãdo fastidiet vos? nõne despiciet? Dalida fouit Sãpsonem dum capillos habuit, & eum dormire fecit in gremio suo, quẽ illico attonsum abiecit a se. Qui habet capillos, honorat̃ quidem ab hominib⁹, & fouetur si tamẽ amittis tẽporalia, despectui haberis, cõtemneris, atq; proieceris: vnde & mũdo dic. Ne proijcias me in tẽpore senectutis, cũ defecerit ꝟtus mea, ne derelinquas me. Si tamẽ dereliquerit te mundus atq; proiecerit, nõ deerit tibi angelus Dñi, qui tẽpore necessitatis de cœlo dicit̃ locutus: quia si terrena deficiunt cœlestia subueniunt, pro quib⁹ obtinendis ostendit puteũ aqua plenũ. Quis puteus est iste fratres mei, tẽpori necessitatis parat⁹, nisi beata Maria quæ nobiscũ est in tribulatione? Hãc siquidẽ omnibus penuriã patiẽtibus ostẽdit angelus, quãdo eã vocauit gratia plenã: quoniã ipso facto dixit. Omnes si

Iudic. 16. c

Maria õnibus patet.

nes ſitientes venite ad aquas. Plena eſt Maria, negare nō poterit ſolatiū, quia nō eſt minus repleta clementia q̄ gratia. Ne quis putet q̄ puteus eius altus ſit, neq̄ in quo hauriat habebit: Proclamat angelus gratia plenā, vt ſolo ore oſtendat hauriendā aquam gratiæ: ideo cuilibet animæ dicit. Quid agis Agar? noli timere. Quid agis, cur nō properas ad puteum miſericordiæ noli timere q̄ tibi deficiet, quia gratia plena eſt Maria, maxime eis qui ore pleno eam laudant, ſi genibus flexis offerant ei Aue Maria.

¶ Argumentū dicendorū, quo oſtenditur quomō de lege ordinata ſoli primæ Ierarchiæ mittuntur.

TAnta eſt angelorū maieſtas, q̄ quicunq̄ primæ ierarchiæ ſufficeret maxima legatiōe fungi: nam vt aſſerit Dionyſius, ſolūmodo mittuntur in mundū, qui primā occupant Ierarchiā, de quibus dixit Apoſtolus, q̄ ōnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, miſſi propter eos qui hæreditatē capiunt ſalutis. ſ. incarnationē verbi, quā fide amore q̄ apprehendere oportet: alioquin nō mittent angeli ad nos in ſinū Chriſti deportandū. Aſſerit ergo Dionyſius, q̄ ſolius ierarchiæ primæ ad mundū angeli deſtinātur, qui & ſi vocent tempore miſſionis ſuæ Cherubin aut Seraphin, non propterea ſunt niſi primæ ierarchiæ: nam illo nomine diſpēſatiue ad tēpus vtuntur, ad exprimendū magis legationē ſuam, tantū, & nō ad inſinuandā perſonæ dignitatē. Quāuis hæc beati Dionyſij doctrina vera ſit, generaliter q̄ Deus inferiora nō per ſupręma reducat ad ſe, ſed per media: tamē incarnationis tempore, quādo ipſe qui eſt ſuper ōnia benedict⁹, per ſeipſum voluit nos redimere, nō ſeruauit ordinatā legem, qua inferiora per media reducere ſolebat: ideo vt pie creditur Gabriel nō eſt miſſus ab alio angelo, vt cæteri qui mittunt, ſed ab ipſo Deo immediate, q̄d in toto ſermone ſuadebo, Primo ratiōe ſecreti: ſecūdo ratione difficultatis Diuiſio.

Diuisio. Pria pars.

cultatis in ope: tertio rõne generalitatis in legatiõe. ¶ Sublimitas huiꝰ mysterij fugit me, neceſt vis alt cuius intellectꝰ, quæ de hac feſtiuitate nõ dicat. Cõ fortata eſt, & nõ potero ad eam, niſi Deus prius de ea nobis aliquid propinaret, nemo indagatione na turali poterat vel cogitare de ea. Si Deꝰ nõ feciſſet fauũ mellis, nemo quidẽ eum optaret, aut loqueret

incarnatio naturaliter ſciri non poteſt.

necaliquid de eo ſcire poſſet: nã ſi vt ait Philoſophꝰ Ad ea quæ ſunt maifeſta naturaliter ex ſe, oculus no ſter ſe habet ſicut oculus noctuę ad lumẽ ſolis, liqui de cõſtat, ꝙ ſi fauũ mellis Deus non creaſſet, nulla eſſet, nec eſſe poſſet mentio de eo. Immo iam ꝙcre atus eſt, & experiẽtia notus, nihil ſcimꝰ de artificio eius, nec attingimꝰ qualiter fiat, ſed quadã admirati one vtimur eo, quia eſt mirabilis in oculis noſtris: & eo mirabilior, quo eiꝰ factura remotior a noticia noſtra. Iam ergo ſi fauus humanus nõ eſt nobis ſci bilis, niſi eum prius Deus aliquo modo manifeſtet neceſt qui ſcire poſſit vias eiꝰ, aut qualiter fiat, quã uis ante oculos noſtros ſit, quom õ poterat quiuis in tellectus etiã apprime eruditus, inueſtigare illũ diui num fauũ mellis, quẽ hodie ſpiritꝰ ſanctus, immo & tota trinitas operata eſt cõſilio altiſſimo. in mun diſſimo vaſe vteri ỽginalis? ¶ Vas puriſſimum, vas mellis diuini eſt vterꝰ Mariæ, vbi operatus eſt

Fauus eſt Chriſtus. Eccl. 24. c

Deus illũ diuinũ fauũ, de quo ait mater eccleſia, Spi ritus eẽ meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauũ. Scitis fratres ꝙ ſpũs oris noſtri Chriſtꝰ eſt, teſte propheta, & ꝙ hęreditas noſtra ip ſe erit in cœlo. Fœlix qui per gratiãrẽpore iſto attra hit in oris cõfeſſione Chriſtũ, qui dulcẽ reddit pœ nitentiã: ideoꝙ dicit, ſuper mel dulcis. In cœlo autẽ per gloriã erit ipſe noſtra hæreditas, in quo ſicut in fauo, inuenies cerã deitatis & mel humanitatis, du plicẽ refectionẽ intus & extra. Eritꝙ Chrus cera intellectui noſtro, eũ illuminãs per viſionẽ, & mel

volunta

volũtati, eam afficiẽs per fruitionẽ. In viscerib⁹ Mariæ factus est hic fauus operatione diuina, quæ vtrũq; fecit vnũ, diuinitatẽ & humanitatẽ, in viridario & ex viridario ỹginis nazarenæ, quæ florida interpretatur. Denicq; iã posito corã nobis fauo isto, & corã toto mundo, nemo scit quomodo fact⁹ fuerit, aut formatus in ventre matris Dei, sicut nec scimus de fauo melleo. ¶ Si ergo Christũ exhibitũ ignorat omnis sapientũ caterua quomodo factũ sit, quomodo eũ humana sapiẽtia poterat postulare, ignorãdo modũ quo fieri posset? Tota theologorũ schola tenet, q̃ opera trinitatis ad extra sunt indiuisa: & cũ dicim⁹ theologis, q̃ incarnatio est opus ad extra, tamẽ non cõuenit nisi filio, q̃ solus incarnatus est. Ad hoc respõdent, q̃ incarnatio inquãtũ est opus ad extra, toti cõueuit trinitati: inquantũ vero est terminatio quædã & vnio, cõuenit soli filio, terminãti vnionem ad solã personã suã. Dei filius nil patitur, dum incarnatur: & si hoc verbũ incarnari sonat passionẽ hæc refertur ad hũanitatẽ. Et filius Dei solitari⁹ per se nil agit in incarnatione, quia õnis actio huius mysterij, toti cõuenit trinitati: sed solũ terminat vnionẽ assumptæ humanitatis: & terminare nõ est agere. Hæc solutio pauper videt, sed quia mysteriũ non capimus, dicimus cũ Ioanne, q̃ non sum⁹ digni solue re corrigiã, nec enodare vnionẽ diuinitatis ad humanitatẽ, aut ecõtra. Ecce ergo quomodo etiã exhibitum beneficiũ capere non valem⁹: vnde aperte cõstat, q̃ ante exhibitionẽ illud nõ optaremus primo nisi pri⁹ Deus ipse huic exhibẽdo beneficio testimonium daret: nam angeli ex se minime hoc mysteriũ poterãt indagare, nisi per reuelationẽ, quoniã Paul⁹ dicit. Magnũ pietatis sacramẽtũ quod manifestatũ est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit ãgelis. In carne beatæ Mariæ ostẽditur hodie secretũ pietatis Dei, qui ex pia muliere induit filiũ, & eum carnẽ 1. Tim. 3. d.

sumere vult, & spūs sanctus descendēs super eam, hoc opus incarnatiōis iustificat: vñ recte dixit Apostolus, hoc sacramentū pietatis manifestatū in carne, & iustificatū in spiritu. Nec solū est sacramentū sed magnū sacramentū, quod interp̄tatur sacræ rei signū: nam vnio triū substantiarū quæ est in Chro, signat vnionē quæ est in Deo, qua tres personæ sūt vnitæ. Sed pro secreto Dei quod dicit Paulus manifestatū, aduerte: q̄ vt ait beatus Thomas, exponēs hunc locū, si secretū dicitur quod est in corde hominis, maius secretū erit quod est in corde Dei. s. illud Eructauit cor meū verbū bonū. Inter secreta quæ sunt in corde Dei, vnū est maius alio. In corde Dei necessaria & cōtingentia sunt, ista sunt secretiora q̄ illa, quia ideo necessaria necessario relucēt in eo, taliter q̄ viso Deo statim vident. Secretiora ergo sunt cōtingentia, quia dep̄dent a secretiori principio. s. a voluntate Dei. Inter hæc adhuc sunt aliqua secretiora reliquis, tamē omniū secretissimū est opus incarnationis prout factū est: & de hoc mysterio secretissimo, a quo & cætera secreta cōtingētia dependent, dixit Apostolus, q̄ apparuit angelis. Vbi notat sanctus Thomas, q̄ nō dicitur apparere mihi illud, q̄ naturaliter video, quia nō recte dicerē, apparuit mihi sol: sed illud apparet, q̄ ex sua libera volūtate, & præter cursum naturæ se ostēdit. Iam igitur hoc sacramentū incarnationis apparuit angelis, vt notat Beda in natiuitate, vbi spūs angelici canētes gloriā in altissimis Deo ignorabāt illud sacramentū. Tūc ergo apparuit angelis, & nō antea nisi Gabrieli, cū quo tunc tēporis facta est multitudo cœlestis exercitus, cui dicebat. Venite, & ostendā vobis archana Dei, quę mihi nota fecit. Venite ad Betleemiticū diuersoriū, & videbitis Deū absconditū. Cum ergo super hoc secretū magister Hugo de sancto Victore beatū Bernardū interrogasset, querēs vnde hoc haberet,

secretū incarnatiōis est maximum.

beret, ꝙ Deus nulli beatoꝝ ſpirituū præter Gabrie lem conſiliū incarnationis reuelaret, anteꝙ virgini reſpōdit. Ibi quiſq; in ſuo ſenſu ſecurꝰ abundat, vbi vel certæ ratiōi, vel manifeſtæ auctoritati, quod ſen titur nō obuiat. Hæc ille, vt oſtēderet, ꝙ a Deo & nō ab alio angelo miſſus ſit Gabriel. Vidiſti nam ꝙ qualiter non ab angelis, ſed ab ipſo Deo emanauit hoc myſteriū, de quo nullus hominū nec angelorū ãte eius reuelationē potuit cogitare, ita abditū & ſe cretū erat, quod voluit notare Apls, dum illud vo cauit magnū ſacramentū, quod ſonat magnū ſecre tum, & dum illud dixit manifeſtatū, & dū aſſeruit apparuiſſe: nã in ſingulis iſtis ỽbis. ſ. magnū ſacra mentū manifeſtatū eſt, & apparuit angelis, notatur ſecretū. Ergo ſi inter cōtingētia hoc erat primum ſe cretum Dei, ab ipſo immediate venit edoctus nūci us, ſaliens in mōtibus. i. ierarchijs, trāſiliēs colles. i. choros ōnes, vt nemo vſq; ad tēpus ſciret ſecretū hoc. Si autē quis dicat, ꝙ cum & āgelus Michael di catur princeps ſynagogæ, quæ plura eam cōcernen tia prophetis reuelauit myſteria, inter quæ mirū eſt ꝙ non loquat̄ de incarnatione ỽbi. Ad hanc rationē adhuc poſſet eſſe reſpōſum, nam videtur mihi, ꝙ ſe habēt Gabriel & Michael, ſicut Ioānes & Petrꝰ Petro eccleſia traditur, Ioāni mater eccleſiæ Maria, Quis iſtoꝝ fœlicioꝛ ſit, non facile poterit iudicari. Habet eccleſiā Petrus, habet matrē Dei Ioannes. ha bet Michael ſynagogā, habet Gabriel Mariā. Ga brieli ſigillatim & manifeſte reuelauit Deus Mariā cōcernentia, & digito eam ſibi oſtēdit. Ergo primo dicitur a Deo miſſus ratione ſecreti,

¶ Secundo dicitur miſſus a Deo ratione difficulta tis in opere, vbi aduerte ꝙ opus incarnationis diffici lius eſt opere creationis, nã creatio (vt ita dicã) non eſt opus ſed verbū Dei, quia ipſe dixit, & facta ſunt incarnatio autē opus eſt, quia ỽbum caro factū eſt.

Secda pars

quando

quando Maria dixit fiat, & non antea. Olim incarnatio solū verbū erat. s. in veteri testamento, in nouo autē opus est, & nimis arduū, quod notat Gabriel ipse dū ait. Non est impossibile apud Deū omne verbū. Vt hāc difficultatē operis designaret Apl'us in auctoritate prēallegata paucis verbis totā trinitatem expressit, Dicens em̄ sacramentū pietatis significauit patrē, de cuius pietate nunc exhibita dicitur. Sic Deus dilexit mundū, vsq; vitā æternā. Dum dixit, manifestatū est in carne, designauit verbū patris qđ manifestatur, & exprimit in carne nostra, sicut nos verbū nostrum signo sensibili manifestare solemus Dū dixit, Iustificatū est in spiritu, designauit spiritū sanctū, qui opus incarnationis ita abūde per gratiā iustificat, vt in plenitudine eius omnes nos iustificemur. In hoc ergo incarnationis sacramento est pietas quę refertur ad patrē, & manifestatio quę referē ad filiū, & iustificatio quæ refertur ad spiritū sanctū & totū in gradu supremo, quia hæc pietas ad omnia valet, & hæc manifestatio tāta est, vt videat omnis caro, quod os Dñi. s. patris locutū est. s. verbū, quod semel locutus est Deus. Iustificatio autē ad toti⁹ iustitiæ adimpletionē extēditur, quoniā dicitur. Et iusticia orietur simul, ego Dñs creaui eū. Maximū opus patris & maxime conueniēs ei est pietas, maximum opus verbi, & maxime conueniēs ei est manifestatio, maximū opus spiritussancti, & maxime conueniēs ei est iustificatio, ex quo infero q̄ tota trinitas ad vltimum potentię sublimioris operata est, hoc diuinū incarnationis opus. Vbi attende q̄ ordinata sunt opera dei in hoc sacramēto, qm̄ ad pietatē paternā sequit manifestatio filialis, & a manifestatione sequit iustificatio. Paternalis pietas vix se poterat continere, quin se prestaret, ideo filius v̄bū patris ostendit toti mūdo, quō pater amat nos, & ostēdit archana Dei, ac manifestauit nobis credenda, & cōsequen

op⁹ incarnatiōis est maximū.

consequenter spiritus sanctꝰ in eis nos iustificat. Pietas patris quæ in hoc sacramento incarnationis relucet, erigit spem nostrã, manifestatio, quæ ad verbũ Dei pertinet illuminat, & adauget nobis fidem, & quia maiora credẽtes ac maiora sperãtes magis iustificamur, ideo spiritus sancti iustificatio accumulat charitatẽ nobis. Ecce igitur q̃ optime ac profunde locutꝰ est Paulus de opere incarnationis manibꝰ totius trinitatis pie ac sapiẽter & iuste operato. Propter ista tria quæ relucent in opere incarnati ỹbi dicimus q̃ incarnatio est creatione sublimior, nã in mũdi creatione pater non suam pietatẽ sed suã potentiã ostendit, filius autẽ ibi ostendit suã sapientiã, sed dũ incarnatꝰ est seipsũ ostendit mundo, spũs sanctꝰ in creatione ostendit bonitatẽ suã, sed tempore incarnationis non solum eã ostendit quin etiã effudit illam super omnẽ carnẽ. Ecce igiẽ quomõ tota trinitas meliora & maiora fecit, ac ostendit in ipso incarnationis opere q̃ tẽpore creationis, & etiã a parte rei sublimior est incarnatio q̃ creatio, nã in primo fecit Deus creaturas, in opere autẽ incarnationis ipse creator fit creatura mirabilior angelis. Nec tantũ gloriat Deus trinus in opere creationis, quãtum in opere incarnationis, quoniã ipse dixit. In gloriã meã creaui eũ, formaui eũ, & feci eũ. De homine Christo dicũtur ista, quẽ creat pater, format filius, facit spũs sanctus in gloriã totius trinitatis, quoniã Ioãnes dixit. Vidimus gloriã eius. s. Christi, gloriã quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis quo ad spũm sãctum. Hunc ergo in vtero virginis creauit pater ex nullis meritis pręcedentibus, & sic ex nihilo meritorũ creatus est Christus intuitu paternæ pietatis. Filius autẽ Dei hominẽ Christũ formauit seipso, vt in forma Dei esset, & figura substantię ỹbi, quod (vt dixit Paulus) manifestatũ est in carne. s. Christi. Spiritus autẽ sanctus fecit eũ ita magnificũ

sublimior est icarnatio q̃ creatio.

Esa. 43. b.

Ioannis. 1.

sanctita

sanctitate, vt possit peccatores iustificare. Ecce igit quã admirabile est opus incarnatiõis, de quo mirat⁹ ꝓpheta dixit gratias referẽs. Delectasti me Dñe in factura tua, & in operibus manuũ tuarũ exultabo. Q̃ magnificata sunt opera tua Dñe, nimis profunde facte sunt cogitationes tuæ. Verba sunt Gabrielis Deo gratias referentis pro beneficio legationis, sibi creditę dũ eã contemplaretur virginẽ corpore pariter & spiritu sanctissimã, ille qui semper in Domino delectari solebat, lætat⁹ est, dulce lumẽ videẽs Mariæ ac delectabile fuit oculis suis videre solẽ virgineũ, in quo De⁹ decreuerat habitare, ideoq; dixit, Delectasti me Dñe in factura tua, in virgine quam prępara sti tibi, quia op⁹ manuũ tuarũ & hęreditas tua est, quæ multũ fructũ afferet tibi, in quibus pariter exultabo prosequens legationẽ meam, quemadmodũ eã Mardocheus curã gerebat salutis Hęster sic ego magnifica opera huius ỽginis, quæ in ea facturus es atq; profunda consilia tua, quibus cogitas cogitationes pacis indagabo, atq; rimari non desistã Sepe apparebo ei, sepe apparebo cõsorti suo Ioseph & totis viribus inseruiam puero, qui nasciturus est. Verba etiã prędicta dixit beata ỽgo Deo suo, nã sicut Eua delectata est videns, q̃ bonũ esset lignum ad vescendũ, & pulchrũ oculis, aspectuq; delectabile, sic beata Maria volens Euę delectatiõi noxię subuenire, atq; videẽs in se non lignũ vetitũ sed lignum vitæ plãtatum, dixit. Delectasti me Dñe in factura tua, quoniã tu qui non factus es in te, factus es ĩ me In patre solũ es genitus, in me autẽ genitus & fact⁹ & in hac factura tua delectasti me. Nã si delicię tuę sunt esse mecũ filius hoĩs, cur ego nõ delectabor in Dño? Opus incarnationis est opus dexterę excelsi, in hac dextera dicuntur esse delectationes diuinę, ideo non potuit hęc dextera in virgine operari salutẽ nostrã, sine eo quod ipsa nimis delectaretur, ac dicere-

Pſal. 91. a. Gabriel coram Maria lætatur.

Eccle. 11. a.

Maria delectat Deum cõcipiens.

Gene. 3. a.

lignũ vitę in Maria ẽ Christus.

ret, cum

ret,cũ patre ſuo Dauid. Notas mihi feciſti vias vitę adimpleſti me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſq; in finẽ. Plantato in virgine ligno vitę, ei notas feçit Deus vias & modos, quibus nos per Euã mortuos decreuerat in Maria viuificare, quã adimpleuit lætitia & iubilo, dũ interius præſentia incarnati verbi fruebatur, in cuius dextera nõ finibiles ſed vſq; in finẽ vitę ęternę ſunt delectationes, quę ad ipſum Deũ perducũt. Sicut ergo delectatio qua Eua lignũ aſpectu delectabile concupiuit, duxit nos ad mortẽ ſic delectatio econuerſo qua Maria vidit in ſe lignũ vitę plantatũ ac radicatũ nos ducit ad ęternas delicias. Et ad locũ voluptatis diuinæ quo inebriabuntur beati, ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabuntur, quo nunc oſſa ỽginis irrigantur quia ei dicitur. Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorũ. Honora Deũ de tua ſubſtãtia. Vmbilicus cnocupiſcentiã deſignat carnis, qua nos ęgorotare cępimus in Eua ideo (vt ait propheta) in die ortus noſtri non eſt prę ciſus vmbilicus noſter, quo ei adhęremus etiã hodie ſenſualiter ſapientes, vt illa per languorẽ naturę ad nos vſq; tranſmiſſum, tamen Deiparã virginẽ, nõ attingit ideoq; ſanitas ſemper fuit vmbilico ſuo ỽgineo, quia in opere incarnationis nec antea multi ebria nõ ſenſit, quæ a doctoribus vocantur languor naturę deſtitutę proueniens quippe a fructu vetito qui has carnales febres eduxit & cauſauit, quib⁹ in peccatis concipimur, & ſomni delectamento geniti in factura dæmonis delectamur. Maria quippe pręter carnẽ viuens non in carne ſed in oſſibus dicit delectata, quia irrigatio ſpiritus oſſa eius. i. potentias animæ aridas penetrauit, vt decentius audiret & faceret, quod ſequitur. ſ. Honora Deũ de tua ſubſtãtia. Sicut de ſubſtantia patris in cœlo genitus filius Dei accepit honorẽ diuinũ, ſic etiã in terra genit⁹ ex

Pſalm.

Proue. 3. a.

languore natũrę cãret Maria.

Sapi. 7. a.

ſubſtãtia

substantia matris accepit ab ea honorē plusq̄ humanum, quæ propterea remansit quasi mater honorificata nō qualicunq; sed diuino atq; debito honore: nam scriptū est. Generatio carnis, & sanguinis alia finitur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile deficiet in fine, & qui illud operatur, ibit cū illo. Et ōne opus electū iustificabitur, & qui operatur illud honorabitur in illo. Hęc Sapiens, volens distingue re generationē Christi, quā spiritussanctus operat⁹ est a generatione nostra, quā dicit carnis & sanguis, & per cōsequens finibilē, sed generatio Christi nō vidit corruptionem quia peccato caruit a quo mors prouenit. Ergo generatio Euę per carnē & sanguinem mixtim peragitur, & quotidie iteratur dū alia finitur in morte, & alia nascitur in hoc mundo ad infernū itura, quia omne opus corruptibile in fine deficiet per mortem, & qui illud operatur carnaliter, ibit, ſ. in infernū cū illo, vbi generans & genit⁹ punientur, quia tota posteritas mulieris primę dānata est, vnde iterū Sapiens dixit. A muliere initiū factū est peccati, et per illā omnes morimur. Eōctrario dicere possumus de Maria, quoniā ab ea initiū factum est gratiæ, & per illā omnes viuem⁹ æternaliť, qm̄ de eius generatione pulchra sequitur. Omne op⁹ electū iustificabitur. ſ. per superuenientē spiritū sanctum, qui nos ibi cepit iustificare. Vbi aduerte q̄ incarnatio vocatur omne opus electū, quia cōfert ōnibus electis, ideo em̄ dicitur omne opus electū iustificabitur. Omnes electi in Christo sunt electi, ōnes iust. ī Christo sunt iustificati & pręsertim in ei⁹ incarnatione, quia sicut peccatores damnātur in carne Adę traducta per peccati corruptionē, sic iusti saluantur ī carne Christi, opere spūssancti traducta ex ỽgine, a qua īcepit generatio spūs, qua ex Deo nati sunt oēs electi, vnde Augustin⁹ tractatu. 3. capite. ñ super Ioannē ait. Homo natus est cū traduce peccat⁹ & mor

Eccl⁹. 14. c per Euam dānamur per Mariā saluamur.

Eccl⁹. 25. d.

& mortis, de Adā natus traxit secū, quod ibi cōcep
tū est. Cecidit primus homo, & omnes qui de illo
nati sunt, de illo traxerūt cōcupiscētiā carnis. Opor in nobis
tebat vt nasceretur alius homo, qui nullā traxit cō- Adā sum⁹
cupiscētiā, homo & homo, homo ad mortē, homo in Christo
ad vitā, sicut dicit Aplus. Quoniā quidem per ho- iusti.
minē mors, & per hominē resurrectio mortuorū.
Omnes qui per Chrm iustificati, iusti non in se sed
in illo sunt. Nā in se si interroges Adā sunt, in illo si
interroges Christi sunt. Quare? quia ille caput Dns
noster Iesus Christ⁹ nō cum traduce peccati venit,
sed tamē venit cū carne mortali. Mors peccatorum
pœna erat, in Dño munus misericordię erat nō pœ
na peccati. Hęc Augustin⁹ vt ostendat quomō cun-
cti electi iustificantur in carne Chri propterea q̄ si-
ne peccato traducta est, ideoq; Sapiēs dixit. Omne
opus electū iustificatur, ibi in electo incarnationis
opere iusticia & iustificatio nostra simul orta est: nā
concepto Christo electi ōnes concepti sunt ad iusti-
ciā sicut concepto capite consequenter mēbra conci
piūtur ad vitā eius participandā, vnde generalis est
ista cōceptio saluatoris, in qua itm est mater Dei ho
norificata, vt ex tunc dici valeat, non solū cunctorū
viuentiū mater, sed omniū prędestinatorū genitrix.
Ecce igitur op⁹ incarnatiōis quomō ita difficillimū
est, vt non particulariter, sed generaliter consyderā
dum sit, quia quando Dei filius incarnatur, nos par
ter in eius corpus transimus: vt eius efficiamur mē-
bra, ne aliquādo sit caput sine membris. Tertia pt.

℣ Tertio missus est Gabriel a Deo immediate, pp
ter generalitatē operis, a Deo trino qui appendit tri
bus digitis, id est, tribus attributis molem terræ, &
terrā viuentiū, scilicet ecclesiam in Christo pende-
re fecit, & in opere incarnationis eam sibi tradidit. incarnatio
Hic trinus Deus qui omnia regit, in hoc opere om- est genera-
nia quę fecerat restaurauit, paruulis dedit patrē, ele- le bonum.

ctis caput

ctis caput, militib⁹ ducē, discipulis magistrū, ouib⁹ pastorē, infirmis medicū, operarijs conductorē, errantibus viā, & omnibus ecclesijs dedit sponsum, quando filiū suum in carne misit, quod profunde cō templans Esaias dicit. Et apprehendent septē mulieres virū vnum in die illa dicentes. Panē nostrum comedem⁹, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobriū nostrū. In die illa qua sol illuxit orbi terrę, & lumē cœli nobis aduenit, septē ecclesię. i. omnes quę spiritu septiformi reguntur, Christū sponsum apprehenderunt, vt ab eis auferret opprobriū sterilitatis, nā conceperūt ab eo filios Dei, quia propterea nomen eius super se optabant, vt .s. filius Dei faceret filios Dei. Hæ fœminę carnaliter nubere nolunt, ideo em̄ dicunt, panē nostr⁹ comedemus, vestimentis nostris operiemur, non des nobis victū nec vestitum, nec aliquid aliud volumus a te, nisi ꝙ nomen tuum sit maritus noster, inuocetur tantummodo nomē tuum super nos, quia non est aliud nomē sub cœlo datū sub quo deceat nos saluari. Quia igit̄ Christus in thalamo vteri ỽginis omnē ecclesiam sibi vniuit, dicitur processisse a matre tanq̄ sponsus de thalamo suo, & etiā illo die incarnationis fęcundauit terrā, quoniā immediate addidit Esaias. In die illa erit germen Dñi in magnificētia & gloria, & fruct⁹ terrę sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Hęc exultatio fuit in domo Zacharię, quā illico visitauit filius Dei, qui nō fuit ociosus in vtero ỽginis, ibi magnificauit gloriā suā, & ibi exhibuit sibi spōsam ecclesiā, ibi germē Dñi germinauit, ibi fructus terræ nostræ quæ est humanitas, fructum sublimē atq̄ diuinū attulit. Primitiæ fructuū ỽbi incarnati, fuit dom⁹ Zachariæ, cuius exultatio super ōnia mōtana Iudeę extēditur, quādo Ioannes factus est amicus spōsi Iesu tam fœcūdissimi, ꝙ per

Esa. 4. 2.

solam

solam inuocationē nominis sui, animas & totā ec-
clesiam fœcūdat. Hæc missio qua Gabriel destinat, figura chri
filius Dei spōsus fiat toti⁹ ecclesiæ, figuratur in mis- & eccliæ.
sione quā Dauid fecit, vt haberet Bersabee vxorē
Vriæ, de quo sic mirifice loquitur Crisostom⁹ in o-
pere imp̄fecto, homelia prima. Iesu Christi imago 2. Reg. xi. &
fuit Dauid: nam interpretat sufficiens manu, vel di-
lectus, sicut & Chrūs fuit, & in bello fortis, & po
tens, & patri dilect⁹, & actibus suis, & in misericor
dia, & in mānsuetudine sua prophetatio fuit Christi.
Et quid dicā in actibus suis iustis? aut in persecutio-
nibus suis iniustis? In ipso etiā peccato suo pessimo,
Christi & ecclesiæ mysteriū fuit. Sicut ēm Dauid
cum esset in solario suo excelso lęt⁹, vidit speciosam
Bersabee, cum lauaretur, & cōcupiuit eam, & ha-
buit, cū adhuc esset in cōiugio viri alterius ethei: sic
& Christus cū esset in cœlo suo altissimo, adhuc læ
tus in sua diuinitate, vidit ecclesiā gentiū speciosam
sc̄t'm cor displicentē sibi in sordibus errorū suorum
& bonis operib⁹ se diluentē, cum adhuc diaboli es-
set cōiunx, vidit eam, & cōcupiuit, & habuit eā pri
us. Post hæc autē descendēs in mundū, sicut Dauid
postea interfecto Vria, vxorē eius sibi in cōiugem
sumpsit, sic & Christus destructo diabolo, subdi-
tas ei gentes traxit in coniugium suum. Nam sicut
Dauid primo Bersabee habuit, cum adhuc esset sub
proprio viro suo, postea eam legittimā vxorē acce-
pit, sic & Christus & tunc fecit, & modo facit om
ni animę rectę. Nisi ēm Deus prius habuit aut Iudæ
ūm, aut gentilē, impossibile est, vt adducat eum ad
fidem suā, vt puta Corneliū duxit ad fidē suam per
ministeriū Petri, sed ante habuit animā eius operās
in ea orationes assiduas & eleęmosinas multas, si-
cut & actus apostolorū testantur. Cēturionē voca- Actu. 10.
uit ad fidē suā, sed prius cū adhuc esset sub diabolo,
habuit animam eius operās in ea dilectionē gentis
Dei, &

Dei, & ędificans synagogas. Sic diabolū facere vi-
demus, nā impossibile est, ꝙ aliquē christianorum
ad perfidiā trahat, nisi prius cū adhuc sub Chro esset
habuerit animam eius & operatus fuerit in ea pro
priū opus, & probauerit cōsensum ipsius. Ecce Iu-
dā priusꝙ distingueret eū a Chro, & sibi cōiunge-
ret, prius habuit eū, operās in eo cupiditatē pecuni
arū, & furta, postꝙ vero delectatus in cōscięntia sua
sibi cōuenięti, tunc cōpulit eū tradere Chrm, & trā
sire ad sua. Bersabee aūt interpretatur filia potentis
qđ nomen scđm mysteriū ecclesiæ habet idoneā
rationē. Ecclesia em̄ nupta Chro Dauid nostro filia
facta est Dei ōnipotentis, quæ prius filia diaboli vi-
debatur fuisse. Adhuc interpretatur Bersabee, elite
ra duplicata in fine puteus septimus, quod corpora
liter & spiritualiter habet interpretationē conuenię
1. Para. 3. tem. Quoniā sicut dat nobis intelligere scriptura pa
ralipomenō, vxores septē habuit Dauid, ex quib⁹
filios genęrauit. Sex quidē quas accepit in Ebron,
septimā autē in Hierosolymis Bersabee. Putei autē
Proue. 5. in prouerbia Salomonis, quāuis & alterū interiorē
habeant intellectū, tamē in prima facie vxores sig-
nificantur, vbi docet cū vxoribus proprijs virū de-
bere permanere dicens. Bibe aquā de tuis vasis, &
de puteor⁹ tuor⁹ fontibus. Si ergo putei vxores in-
telligūtur, cōuenięter Bersabee septimus puteus in
terpretat, quia & septima extitit vxor. Sed & Chri
stus septē ecclesiarū sponsus habetur. Nam quāuis
innumerabiles sint ecclesiæ scđm diuersitatē loco-
rum, tamē omnes septē dicuntur propter spirit⁹ sep
tem, quibus sustētatur ōnis ecclesia. Vnde & Ioan-
nes & Paulus apostolus ad septē ecclesias scribunt,
quasi ad ōnes. Hæc Crysostom⁹, ostendēs quomo
do Chrus per incarnationē fit spōsus omniū eccleśi
arum: Vnde sacramentū incarnationis nō tantū est
magnū in Maria, sed in Chro & ecclesia, quia oēm

ecclesiā

omnẽ ecclesiã concernit, ideo tã generale opus ab ipso Deo cuncta cernente debuit per Gabrielẽ dispo-
ni, quoniã & si superiores angeli possint inferiores mittere, non tamẽ ad vniuersale omnes concernens mysteriũ, sed ab illo missus est de quo dicitur. Om- Sapie. 7. c.
nẽ habens virtutẽ omnia prospiciens. Beatus Ber-
nardus ab interpretatione huiꝰ nunciꝰ probat, ꝙ im-
mediate sit missus a Deo, dũ ait. Non arbitror hunc
angelũ de minoribus esse, qui qualibet ex causa cre-
bra soleant ad terras fungi legatione. Quod & ex
eius nomine palã intelligi datur, quod interpretat
fortitudo Dei. Et quia nõ ab alio aliquo forte excel
lentiore se vt assolet spiritu, sed ab ipso Deo mitti
perhibetur. Decebat quidẽ, vt magis electus ad ma
gis electã ỽginẽ mitteretur, & qui nunciabat illud
opus amoris de quo dicitur sic Deꝰ dilexit mundũ,
esset de ordine seraphico qui amore pollet, vt & a-
mori Dei tribuatur negociũ incarnationis, & amo
ri etiã angelico, quoniã & ãgelos restaurat Christꝰ
in quẽ ideo desyderant prospicere. Vltra prętactas Gabriel
rationes alias possem afferre, vtpote quia veniebat cur missus
adimplere in bonis desyderiũ sanctorũ, quod ange ab ipo deo
lus quãtumcunꝙ superior nõ potest facere. Itẽ de-
ferebat negociũ quod õnes angelos mittendos cõ-
cernebat, tũ quia patrũ desyderia Deũ immediate
petebant. tum quia Lucas a Deo eũ dicit missum.
Tum quia & alia scriptura refert. A summo cœlo
egressio eius Tũ etiã quia generale defert negociũ
omniũ ecclesiarũ. Tum quia si eũ virgo sciret ab a-
lio angelo mitti, forte appellaret ad ipsum Deum.
Tũ quia cõnubia debent immediate agi viu ęvo-
cis oraculo. Tum quia nunc nõ est seruanda lex, de
nunciis mittendis, cũ ipse legis lator nuncius ime-
diate fiet. Tum etiã propter magnitudinẽ tũ, prop-
ter nouitatẽ operis nunciati, tũ propter imediatam
personã Dei quã nunciabat, tum denicꝙ quoniã an-

gelus, vt ait Crysostomus erat vehiculũ verbi ad virginem per gratiam Amen.

¶ Feria 6 dñicæ primæ aduẽtus. De timore Mariæ Missus est angelus Gabriel dicẽs Ne timeas Maria

¶ Inuocatio vbi ostenditur, ꝙ adhuc in cœlo forsitan timet Maria, immo timet nobis.

SI quis vobis diceret, ꝙ beata ꝟgo adhuc timet & adhuc in cœlo existẽs formidat, vix crederetis ei. Nam & de cœlesti curia dicitur. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta, & nõ erit qui exterreat. Alioquĩ qua ratione vocaret cœlestis patria ecclesia triumphans si adhuc timeret? qui timet gladio indiget, quia triũpho caret. Quomõ poterit in cœlo beata ꝟgo timere, cũ interdicatur ei timor adhuc viuẽti? nam angelus dixit ei, Ne timeas Maria. Pro enodatione huiꝰ aduerte, ꝙ ad impetrandũ non solũ facit probitas orantis, sed etiã illius ꝓ quo quis orat: nam qui pro peruersis rogat, timere debet: quoniã Dñs dixit. Si

Hier. 15. c. steterint Moyses & Samuel corã me, nõ est anima mea ad populũ istum. Nõne post hanc sententiã timebũt isti sancti orare pro populo duro, eo ꝙ non est ei Deus, nec inclinatur ad eum? Cotidie stat Maria coram Dño pro nobis orans. sed timebit domui suæ a frigoribꝰ niuis? timebit nobis? timebit orare ꝓ ecclesia sua, vbi refrigescit charitas multoꝝ? Timebat Hester patrocinari populo corã rege, tandẽ ingressa ad regẽ durius timuit, quia mutauit colorẽ & vultũ: quod cũ vidisset rex, anxiꝰ exiluit e solio,

Hęste. 15. c. & eã in vlnis recipiens, cõsolabat eam dicẽs. Quid habes Hester eleuata in populis, ego sum frater tuꝰ, noli timere. In populis est eleuata super nos Maria: oportet vt oret pro nobis, qui & si mali sumꝰ, ne timeat, quia nõ ex operibus iusticiæ nostræ exaudit, sed quia iudex est frater suus, qui ꝓpterea dixit Ego sum frater tuꝰ noli metuere. Immo etiã dicet ei. Pe

te mat

se mater mea, quia ego sum filius tuus, quē non tā-
tum dēpcari, sed spoliari poteris, & ōnia bona mea
capere. Quoniā ita est fratres, ad Mariā pro gratia
impetrāda properātes, ei offeramus Aue.

¶ Argumentum dicendorum.

INter alia huic angelo cōmissa, hoc ei fuit iniun-
ctum, videlicet ꝙ a beata ⁊ginē timorē exclude
ret, quoniā propterea dixit ei. Ne timeas Maria.
Verba sunt hæc quib⁹ sępe indiget anima sancta, dū
agit in exilio vitā erumnis plenā, & propter absen-
tiam dilecti satis tœdiosam, ideo non semel aut bis,
quin etiā sæpissime arbitrandū est, hæc ⁊ba Mariæ
angelū dixisse. Sed quia hoc ōnibus angelis propriū
est, qui cōsolatores oportuni sunt, & quælibet anīa
propter timores nocturnos indigeat sæpe cōfortati
one ãgelica: in priori sermonis parte ostendā, ꝙ for-
tis est Maria, quāꝙ munita, & tamē adhuc sæpe in-
gerebat ei angelus, ne timeas Maria. In posteriori
parte ostēdam quom ō signāter incarnationis tēpo
re hoc sibi dixit, & quare. Dixit ergo ei per totā vi-
tam suā, ne timeas, de hoc in prīori parte. Ac dixit
hoc, dū debuit fieri mater, & de hoc in posteriori.

¶ Cū humilitas vix aut nunꝙ bona sua videat, oc Diuisio.
cupata in cōsyderatione viliū suorꝝ, hinc est ꝙ indi
get viro eā erigente & animāte ne deficiat, vñ Ga
briel humiliū confortator, ignoranti bona sua dixit
Ne timeas Maria, quæ interpretat exaltata. Maior
autē exaltatio, quā Deus egregijs sanctis cōfert, est
cōfirmatio in gratia, vt patet ī apostolis, quos aduē
tus spūs sancti stabiliunt dicēs. Ego cōfirmaui colū-
nas eius. i. ecclesiæ. Cū ergo (vt ait Scotus in 3. d. 3)
quod excellētius est, videtur tribuendū Marię, arbi
tror eā ex vtero matris suæ ī gratia stabilitā: quoniā confirmat
& de Ioanne, quē ipsa erexit dicit, spiritu sancto re- in gratia
plebitur adhuc ex vtero matris suæ. Nec vobis diffi Maria.
cilis videatur cōfirmatio matris Dei, quoniā vt late

ꝓbat Gabriel, in.3.d.3. solū stat in hoc, ꝙ Deus decreuerit nō concurrere, vt aliquod malū vellet, & supplere paratus sit ōnes omissiones eius. Quæ duo sæpe Deus facit misericordiæ in nobis, alioquī sicut cæteri qui spem nō habēt, essemus tam in cōmissis, ꝙ in omissis: tamē quādo volumus omittere id, ad quod tenemur, sæpe Deꝰ supponit manū suā, vt velimus operari bonū. Cum āt operari malū, ipsi quodāmodo velut a longe molimur, tunc Deus subtrahit cōcursum, ne possint implere manus peccatorū quod cœperāt. Tu aūt dices forte, ꝙ si Maria in gratia erat ab vtero stabilita in Dño, minime in operibus bonis merebatur, cū necessario illa faceret. Ex ignorātia procedis, quia radix meriti nō stat in malorum operū potentia, sed in bonorū operū efficacia, quæ nimis vigebat in Maria. Ego etiā arbitror, ꝙ istam cōfirmationē gratię Maria ignorauit vsq; ad incarnationis tēpus, quo clare & plene cōfirmata est. Vnde recte laudatur absq; eo quod intrinsecꝰ latet. Nec mirū quod in sanctis aliqua dona secreta sint, vt patet in beato Frācisco, qui iussu Dei manū misit in sinū, & ibi repperit aureos tres, quos Chro dedit. Potuit ergo Maria in gratia stabiliri, & hoc eam latere, vt circūspectior esset propter timores nocturnos, qui cū eam nimis arctarēt, audiebat sibi fiducialiter dici, ne timeas Maria. Nunc volo adducere vobis mirificā equidē figurā, vbi & impugnatio dæmonū, & ỽginis docta militia, ac Dei oportunū adiutoriū designat, nosq; docemur ad bellū duce Maria procedere. Sic Deus adamauit Hierusalē ciuitatē suā, vt nō solū armato milite cōpleret eam, sed quādo fortior quis in eam veniēs nitebatur euertere, angelicā fortitudinē in auxiliū ei destinabat, vt patet, dum fortissimꝰ rex Sēnacherib in eam misit exercitum suū, de quo dicit. Insuper & clamore magno, lingua iudaica cōtra populū qui sedebat i murisHie

4.Re.19.g
2.Par.32.e

rusalem

rusalē personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. Q, hoc de beata Maria intelligatur, Esaias propheta in eodē capitulo exposuit, qui loquēs Ezechię dixit. Spreuit te, & subsannauit te ℣go filia Syon, post tergū tuū caput mouit filia Hierusalē. Cui exprobrasti, & quē blasphemasti? Si Hierusalē dicit visio pacis, in Maria visibilē pacē fecit nobiscū Deꝰ noster, pro qua securius reformāda, hodie solemnē destinat iei legatū, non quēuis angelū, sed fortitudinem suā Gabrielē, hominis amatorē, paradisi terrestris custodē, qui iam satagit exulē reducere. Nota ergo ꝙ Sēnacherib interpretat destructio, & est dęmon, destruxit em̄ paradisum voluptatis, & parentes ac genus humanū, qui nitebatur Mariā destruere, sicut & alias ciuitates, nemo quippe stare poterat corā eo, quia nō est potestas super terrā, quæ cōparetur ei: totamq; miliciā suā direxerat in Hierusalem, ostendēs suas crebras victorias, nam alioꝝ mala ordinabat ad euersionē Mariæ, quā Deus fecit aliorum malorū reparatricē. Sed videamus, qualit̄ ipsa gessit se, nam dū ille dicitur clamasse, cōtra populum qui sedebat in muris Hierusalē, ostenditur ciuitas plena populo, & secura, quoniā aliter nō sederet populus super muros. Tertio murata ostēditur nō simplici sed vario muro, vnde in muris eius sedebat populus. Munitio ergo Marię stat in tribus. s. in populo. i. numerositate virtutū, & in muroꝝ gyro, & in animositate, quæ notat̄, in eo ꝙ sedebat populus ille. Qui em̄ sedet, nō cito mouet̄ a loco suo: immo sedere regnātis est: vnde & sessio est regimē aut regnum, quoniā Esaias ait. Vidi Dn̄m sedentē super soliū. Et Christo regnaturo pacifice dicitur. Aedificabo in sœculū sœculi sedē tuam. De viris aūt pugnatoribus etiā dicitur. Omnes qui cū eo erant de Israel, reuersi sunt in sedes suas. i. in firmas custodias, & munitas. Sedebat ergo populus ciuitatis nostræ

Maria est munita sicut Hierusalem.

Esa. 6. a. sessio ℣ginęę custodiæ est iugis fortitudo. Psalm. Iudic. 9. g.

ỹgineæ in muris. i. cõstãter muros custodiebat. Maior quippe munitionis pars est animi fortitudo, quoniã arma reliqua muniũt ab extra hominẽ, sola fortitudo munit ab intus animũ, & eum facit sedere in sui quieta custodia, ibiq; permanere. Nam custodia ỹginis diuturna fuit, iuxta illud. Clamauit leo. Super speculam Dñi ego sum stans iugiter per diem, & super custodiã meã ego sum stans totis noctib⁹. Clamauit (inquit) leo, Maria leena de tribu Iuda, nõ caruit leone. i. seueritate spũs: vnde iuxta Gregoriũ, leonis nomine iusti viri seueritas designat, sicut per Salomonẽ dicitur, Iustus quasi leo cõfidẽs absq; terrore erit. In occursum quippe bestiarum idcirco leo non trepidat, quia prẽualere se õnibus nõ ignorat. Vnde iusti viri seueritas recte leoni cõparat, qui cõtra se, cũ quosdã insurgere cõspicit, ad mẽtis suæ cõfidentiã reddit. Et scit, quia cũctos aduersantes superat, quia illũ solum diligit, quẽ inuict⁹ nullo modo amittit. Quisquis em̃ exteriora, quæ nolenti subtrahuntur, appetit: sua se spõte extraneo timori substernit. Infracta aũt virtus est cõcupiscẽtia vitæ æternę terrenis cõtentis: quia & in alto mens ponitur, cũ a rebus infimis spei suæ iudicio subleuatur, atq; a cunctis aduersantib⁹ tanto minus attingit, quanto in supernis sita tutius munitur. Hactenus ille ostendens quom õ leo est super muros, quia ỹginis cõfidentia nimis eleuata erat, & iugis per diem, ac totis noctibus persistebat propter timores nocturnos. Die impugnatur, qui cõcupiscẽtia rerum tẽporaliũ frangit. Nocte vincitur, qui aliqua ignorãtia decipitur. Hæc duplex custodia refertur ad corpus & animã, corp⁹ die, anima vero noctu decipitur, dũ dormirẽt homines negligentia detẽti. Maria ergo super custodiam Dñi & super custodiã suam dicit̃ stare, quia seipsam nõ sibi, sed ipsi Dño venturo custodiebat. ¶ Sed mirum est, q̃ super muros eius populus sedere dicatur

Esa. 21. b.

seueritas spũs est leo

cũ potius

cum potius esset ad bellū procedere, & inimicis aduersantibus obuiare: verūtamē vt & tu discas te ipsum custodire, aduerte, q̄ quādo bellatores ascēdūt super muros, ianuis ciuitatis dirigūt protectionem, quia ibi est tota clauis custodiæ: Vnde si tuos nō custodias sensus, facile mors intrabit per fenestras eorum, & captiua ducetur tota ciuitas. Munitio ergo ianuis aptanda est, quia ibi est locus victoriæ, ib adhibe operā tuam, ibi inuigila, quoniā in chronica victricis Delboræ, ipsamet ait. Loquimini, vbi collisi sunt currus, & hostiū suffocatus est exercit⁹, ibi narrentur iusticiæ Dñi, & clemētiæ fortis Israel. Tunc descendit popoulus ad pottas, & obtinuit principatum. Ac si q̄reret. Enarrate mihi, quo loco poterūt hostes suffocari, vt nō procedant vltra nobis nocere? Ipsamet respōdens ait. Descendit populus. i. exercitus ȳ tutū, ad portas sensuū muniendas, & obtinuit principatū. Sed quom ō prævaluit? quom ō illum potuit obtinere? quia ibi enarrauit iusticias Dñi ibi mādata Dei habuit, ibi (inquit) narrētur iusticiæ Dñi. Nonne beata ȳgo ianuas suas habuit munitas quādo nobilis in portis vir eius sedebat cū senatoribus terræ? Vir eius ille leo fuit, de quo pauloante diximus. Obtinuit ergo in foribus pricipatū, quia Sapiens dixit. Laudēt eam in portis opera eius. Tu ergo si vincere vis, enarra in portis sensuū tuor̄ iusticias Dñi, quibus castigauit insolentes, quibus punit prauos, & vel metu bonus eris. Dum aūt ambulaueris in iustificationib⁹ Dñi, poteris etiā vt Delbora iussit, enarrare clemētias eius, vt sic alliciaris amore fortis Israel. His em̄ duobus Maria iuuēcula vtebatur, quādo sodalibus suis aiebat. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalē, ideo dilexit me rex. Nigra quoniā timuit, pulchra & formosa, quia dilexit.

sensus munidi sunt. Iudic. 5. b.

Prou. 31. vir Mariæ sedit in portis.

Cantico.

¶ De numerositate populi ciuieatis sanctæ quid vobis dicā fratres? timeo, ne irascatur Dominus contra me

timor nobis vtile est Deu. 32. e.

tra me sicut cõtra Dauid, qui numerare præsumpsit populũ Hierusalẽ. Ego aũt solum dicã cum btõ Iob Nõ est numerus militũ eius. Hoc etiã asserо, ꝙ quãuis Maria nõ haberet præter illos duos. s. amorẽ & timorẽ, adhuc esset bene munita, de ipsis nẽpe dicere valebimus. Quomõ si persequatur vn⁹ mille, & duo fugarẽt decem milia. Hĩ duo (vt ait Richard⁹) sunt timor & amor, nobis equidẽ perneccssarĩ ad custodiã & requisiti: vnde alter eorũ est primogenitus Israel, de quo ait ipse Richardus Timor Dñi est prima virtutũ proles, sine quo cæteras habere non poteris. Qui talẽ habere desiderat, mala quæ fecit, nõ solum frequẽter sed diligẽter attẽdat, hinc magnitudinẽ sui sceleris, illinc potentiã iudicantis. Ex tali cõsyderatione timor nascitur. s. filius ille, qui iure Ruben (hoc est) filius visionis vocatur. Quodãmodo etẽm cæcus est, & minime videt, qui peccare nõ timet, qui futura mala nõ præuidet, qui nõ erubescit prauitatẽ suã, qui nõ expauescit potestatẽ diuinã Sed si incipiat ista videre, incipiet pariter & timere & quãto perfectius cognouerit, tanto vehemẽtius timebit. Vides (vt arbitror) ꝙ iuste Rubẽ vocetur qui ex tali visione generat. Recte ergo eo nato mater eius exclamat. Vidit Deus humilitatẽ meam, eo ꝙ tunc veraciter incipiat videre & videri, Deũ cognoscere, & a Deo cognosci, videre Deum per intuitum formidinis, videri a Deo per respectũ pietatis. Hæc Richardus: quæ optime faciunt ad illud quod superius dixit Esaias propheta, Super speculã venturi Domini ego sum stans iugiter per diem. Timor qui (vt vidimus) est filius visionis stat sup speculam Dñi, vt prꝙideat, ac præcaueat futura pericula. Inter populũ. i. numerositatẽ ỹ tutũ, timor speculatoris. officiũ sortitur, qui oculatissim⁹ esse debet post cuius ortũ dixit mater eius. Vidit Deus humilitatẽ meã. Hoc nempe Maria ỹ go ꝙ optime dicere potuit,

potuit, ac dixit, nã ei timenti, quæ & mater timoris est, dixit Angelus. Ne timeas Maria. Et postea ipsa dixit. Quia respexit Dñs humilitatẽ ancillæ suæ .i. timorẽ, quia scd'm Scotum, timor filialis idẽ est qd' humilitas. Sed hoc in posterioris sermonis parte vi dendũ promisimus, nunc autẽ de munitione Hieru salẽ, de munitione Mariæ agimus, quæ quãuis mu nita impugnata etiã fuit. Munitã vidimus Hieruſa lem tribus. ſ. animositate & muris & populo ỹ tu tum, qui sedebat super muros, vt valuas eiꝰ tutaret Populus .i. congregatio virtutũ Mariæ nequit nu merari, verũ quia ordinabatur ad ianuas tutandas, ideo de ianuis aduerte, qꝑ nostra ciuitas ĩ quadro po sita, in quolibet latere habuit tres portas. Scimus e quidẽ quatuor esse cordis passiones, quarum timor respicit plagã aquilonarẽ, amor australẽ, dolor occi dentalẽ, gaudium orientalẽ. Est autẽ inuenire in ani ma triplicẽ timorẽ, amorẽ triplicẽ, gaudiũ triplex, triplicem dolorem, & õnia laudabilia, quæ sunt vti duodecim portæ istiꝰ ciuitatis. Est em̃ triplex timor laudabilis. ſ. inicialis, filialis, ac reuerentię, de prio ait Sapiens. Qui timet Deũ faciet bona. Nã hic non solum omissionẽ odit, sed etiam bona plura efficit, De secundo ipse etiã ait. Qui timent Deũ præpara bunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas vnde prior timor actiuam vitã respicit posterior vero contemplatiuã. De tertio autẽ subiũ xit. Qui timet Deum, nihil negligit. Istę est timor Dñi sanctus, qui permanet in sæculũ sæculi .i. in hoc sæculo & in futuro. Huic triplici timori, quem habuit Maria e regione astat triplex amor. Est enim vt dicit Bernardus, amor fidei, amor spei, amor cha ritatis, de fidei amore Gregorius ait. Amor Dei nũ quã est ociosus. Amor spei quęrit dilectũ per vicos & plateas. Amor autẽ chatitatis appręhendit eum, amplectitur, ac tenet. Vnde Bernardus ait. Fides qꝑ

Apo. 21. d. Ezech. 43

12. portæ Hierusalẽ.

triplex ti mor. Eccl. 15. Eccl. 2.

triplex a mor.

amatur

amatur esse asserit, spes illud promittit, amat ergo qui in fide & spe amat, sicut amari potest, quod creditur & speratur, charitas creditū & speratū iam tenet, & amplectitur. Tres ergo portę ab aquilone in meridiē transeūtes sunt tres meditationes cordis a timoribus dictis ad amores sibi directe oppositos, tanq̄ de porta in portā deducētes, vnde Sapiens ait Eccle. 2. b. Qui timetis Dñm, diligite illū, & illuminabuntur corda vestra. Ex timore triplici ad amorem rriplicē transiuit Maria, quoniā ob id angelus dixit ei. Ne timeas Maria, sed ama quia tempus iam venit amandi, maiores maiora petant. Ex transuerso quoq; habuit tres portas deducentes ab occasu in orientē quę sunt tres dolores animę eius ad tria gaudia deducentes iuxta illud Secundū multitudinē dolorū meorum in corde meo, consolationes tuę lætificauerūt animā meā. Est ēm in nobis & fuit proprie in Maria dolor pro cōmissione culpæ, & si non suæ, tamē totius humani generis. Est etiā dolor pro amissione gloriæ, dolorq; pro afflictione pœnæ, hij omnes dolores inueniunta nobis collecti in Maria, quę propterea dicitur mare amarū totiꝰ amaritudinis nostræ plenū. Sed etiam est mare dulce, nā fuit ī ea triplex gaudiū postea huic triplici dolori respondens. Gaudium ex generis humani recōciliatione, gaudiū ex amissę glorię recuperatione mirifica, gaudiū tandē perfectū erit ex omnimoda exterminatione miseriæ secundū illa tria. Iam nō erit āplius neq; luctus pro commisso, neq; clamor pro amisso, neq; dolor pro supplicio. Omnes ciues huius ciuitatis ỽginęq; ad has portas cōueniebāt, qui sunt omnes virtutes eius, quot autē fuerint ignoramus, quoniā nos nescimus, nisi quom̄ō iussit ancillas suas vocari ad arcē & ad mœnia ciuitatis, vt eius portas munirent. Vidimus ergo circa ỽginē quom̄ō populꝰ sedebat super muros ad portas custodiendas, vos aūt per eas

triplex dolor & gaudium.

intrate

intrate vt saluemini, quoniã in Psal. dicitur. Populꝰ eius & oues pascuę eius introite portas eius in confessione, atria eiꝰ in hymnis, & cõfitemini illi. Has portas ad cœlũ vsq; pertingentes angeli eleuabant ideoq; dicũtur ęternales, quia non nisi cœlestia, & regẽ æternũ admittebant. Verumtamen fortissime Hierusalẽ nõ pepercit ille, qui omne sublime videt ille qui õni altitudini semꝑ inuidit. Vnde propterea dictũ est. Insuper & clamore magno lingua Iudaica cõtra populũ qui sedebat in muris personabat. q. d. super omnia mala quæ Sẽnacherib intulit ciuitati Hierusalẽ, adhuc lingua Iudaica personabat cõtra eius populũ. Paruo clamore ac lingua propria clamarat cõtra exercitũ Hierusalẽ, sed quia nihil profecerat, vocẽ mutat, & clamorẽ eleuat, pro quo aduerte, qꝺ lingua Iudaica dicitur illa, quæ ad laudẽ pertinet. Duabus linguis vtitur dæmon contra Mariã, lingua propria detrahendo ei, ac maledicendo, & cõminando, & hæc est lingua maledica, quæ mala ꝓfert cõtra bonos. Et sic Mariã vocabat maledictã, quia sterilis erat in Israel, & stultã, ac si ãbularet in mirabilibus super se, cũ scriptũ sit. Altiora te ne q̃sieris &c. nã & filia Iepte melior te flebat virginitatẽ suam, & pater tuus quia sterilis erat, proiicitur a tẽplo. Nunquid melior es tu q̃ mater tua Anna? sic ergo & temerariã eã vocabat quia legẽ exponebat, cũ Sapiens dicat. Non addas quicq; ꝟbis illiꝰ. Postq̃ clamore maledictionis non potuit præualere clamauit voce maiori. i. deteriori quæ Iudaica dicit & adulatione plena, & aliena vtens loquela cœpit virginẽ laudare, quę fuit q; rationes prurientes auribus vt ad earũ fabulas conuerteretur, ac terreretur .i. terrenis laudibus prostraretur. Multi ergo ex parte dæmonis, & ipsemet lingua Iudaica suggerebat ei dicens. O felicẽ puellã, quæ angelis equatur puritate, quæ habens virum, tanq; si minime nupsisset

os biliguæ diaboli.

lingua Iudaica est adulatio.

est, quę dicēda, tacendaq; callet, qua inferiores sunt Delbora, Iudith, & Iael, nec est vlla prę ferēda sibi. His Iudaicis clamoribus arbitratꝰ est dęmon terre-
Esa. 3. b. re virginē. i. terrę equare, nā mollitī sunt sermones eius super oleū, & ipsi sunt iacula. Vnde Maria dixit ciuibus suis. Populę meus qui te beatū dicunt, ipsi te decipiūt, & viā gressuū tuorum dissipant. Terrere ac dissipare te volunt, ne gressus operum possis peragere ad illā vitā, in qua fœliciter cōsummatus poterit quispiā laudari, non tamē dum viuit, quoniā adhuc videt sibi superesse, quod timeat. In maiori conflictu se vidit Maria laudata q; dū audiebat vitu peratione multorū, ad quā ore bilingui perçussam, sic locutus est Esaias. Spreuit te, & subsānauit te ỽgo filia Syon. Post tergū tuū caput monit filia Hierusalē. Spreuit virginē dæmon, quando impropera bat ei ỽutes, ac si essent temeritates. Subsānabat eā, dū falso laudabat, vt eā deiçeret, ideoq; post tergū dicitur stetisse, ac si ỽginē laterent insidię, quas non callebat, nā delicta (inquit ille qui super senes intellexit) quis intelliget? aggrauans autē Esaias peccatum istiꝰ Sennacherib dixit. Cui exprobrasti, & quē
imunitas Mariæ. blasphemasti? q. d. non tantū ỽgini nocumentū intulisti, sed Deo, cui de ipsa sollicita cura est. Nā quic
2. Par. 32. e quid contra virginē dicitur in blasphemiā Dei vertitur. Vnde in textu dicitur. Locutusq; est contra Deū & Hierusalē. Contra Deū & Mariā, dæmon loquitur, quia semper est bilinguis ac detestandꝰ, & propterea in textu additur. Orauerūt igit Ezechias rex, & Esaias filius Amos ꝓphetes aduersum hāc blasphemiā: & vociferati sunt vsq; in cœlū. Ezechias & Esaias diuinitatē & humanitatē designāt, rex vociferatur vsq; ad patrē pro matre sua, ꝓpheta homo Chrs orat pro eadē, vnde propterea sequitur. Et misit Dns angelū, qui percussit oēm virum robustū, & bellatorē, & principem exercitus regis

Assyrio

Assirioꝝ, reuersusq; est cū ignominia in terrā suam
Ecce quomō etiā ante incarnationē mittitur angel⁹
Gabriel fortitudo Dei, vt virgini dicat. Ne timeas
Maria. Timuerat quippe Maria diaboli artes, cui
sepe dicebat, ac suggerebat ei Angelus. Ne timeas
Maria, quia ego tecū sum, & hostes tuos prosternā,
nec appropinquabunt tibi, Ne timeas. Tres dicitur
angelus percussisse, ne Marię nocerent. s. robustum
& bellatorē, & principē exercitus regis destructo-
ris. Ex illis tribus cōponit exercitū suū. s, ex peccato
originali, & ex peccato veniali, & ex peccato mor-
tali. Scœlus originale dicitur robustū, veniale autē
bellator, mortale princeps. Originale dicit robustū
quia rebur mentis & totius iusticię bonū per illud
fuit adustū, ac destructū. Veniale dicit bellator quia
contra ōnes quotidie septies bella mouet, princeps
dicitur peccatū mortale, quia principaliter hominē
damnat. Hęc tria peccata nō habuerūt in Maria lo-
cum, ideoq; nullū timere debet. Nā ille cū ignomi
nia reuersus est, quia nil potuit contra matrē Dei, q̄
eum nō timere iubetur, quoniā a triplici vę est libe
ta, quæ sursum est mater nostra Hierusalē.

¶ In priori parte vidimus, quomō ante incarnatio
nē dictū est Marię, ne timeas, in hac posteriore vide
amus qualiter & in ipsa incarnatione dicitur ei. V
bi aduerte q; dæmon atq; Deus tēptant, diuersimo
de tamē, alter in malis, alter in bonis. Nunq; De⁹ vt
hominē tempret, offert ei materiā turpē, aut occasio
nē peccato annexā, quia intemptator malorū est, vn
de cū filios Israel tētare vellet, pluit illis manna ad
manducandū, de quo ait ipse Dñs. Ecce ego pluā vo
bis panē de cœlo, egrediatur populus, & colligat,
quæ sufficiunt per singulos Dies, vt tentē eū, vtrū
ambulet in lege mea an non. Ecce quomō tēptatio
Dei habet annexū beneficiū, sicut tēptatio diaboli
habet annexū maleficiū, tamē vtrobiq; timendum
est quia

immunitas Mariæ tri-plex.

Sub sermo tētatio dei bona est.

Exo. 16, a.

est, quia vir sapiēs in ōnib⁹ metuit. Nec min⁹ debet timere qui est vitijs onerat⁹, q̄ qui ꝟtutib⁹ est onustus: vñ beat⁹ Iob dicebat. Quasi tumētes timui fluctus ei⁹ sup me. Impetus fluminis Dei, q̄uis animā lætificet, pariforma debet timeri, vt maris tumens fluctus, quoniā post dona recepta cogitabund⁹ Dauid inquirit. Quid retribuā Dño. pro ōnibus quę retribuit mihi? sic ergo Maria dū tētaretur a Deo tentatione optīa, rationabiliter timuit sed angel⁹ eā colloquio familiari confortans ait. Ne timeas Maria. Irrationabilē forte vocabis timorē istū, alioqui ab angelo minime dissuaderetur. Fateor equidē tamē iniquitas eius melior est benefacto nostro. Pro gloria virginis est irrationabilitas timoris eius. Maior quidē virtus est timere tentationē Dei q̄ dæmonis alterū em̄ ab hūilitate, alterū vero a pusillanimitate spūs ꝓuenit a qua. s. Dauid optabat liberari. Plurīa quidē se nūc offerūt enodāda, nā diximꝰ optīe ꝟginē timuisse, angel⁹ aūt ecōtra respōdit, ac iubet. Ne timeas Maria. Vt nos vtrumq; videam⁹. s. quom ō bene timuit Maria, quia piæ mentis est (vt ait Gregorius) ibi culpā timere vbi culpa non est, oportet negociū timoris radicitus cū Richardo videre, qui in suo de pręparatione animi ad contemplationem plura & optima de timore affert, de quibus aliū sermonem conficiā vobis cras, nūc autē sat est videre q̄ bene timuit Maria, cuius timorē non homo sed solus āgelus reprimere debet. Sunt em̄ aliqua sanctorū offendicula, quæ respectu nostri virtutes dici merent̄, ideoeq; hroico indigēt correctore, nec em̄ homo quāuis iustus, quāuis illuminatus poterat deprehendere, quom ō timor Mariæ nimius fuit. Nō ne canit ecclesia q; in conspectu Dei tremunt potestates? etiā colūnę cœli cōtremiscunt ad nutū eius? Cur ergo inermis puella timere non debuit? secūdo quia pię mētis est, ibi culpā timere, vbi culpa nō est. Ter

Iob. 31. d.

Maria bene timet ob septem.

est. Tertio quia non sine timore probantur spūs an Dei sint. Quarto quia in aliqua dignitate stans, videre debet, ne cadat teste Apło. Videre inqꝫ. i. timere. Itē quinto quia Gregorius ait. Sollicite consydera re monemur, ne nos qui plus cęteris in hoc mūdo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mūdi grauius inde iudicemur, cūēm augentur dona, rationes etiā crescunt donorū. Itidē sexto quia si regia saba in stupore vertitur visa maiestate Salomonis, & regina Hester corruit prę gloria regis Assueri, & beatus Ioannes in apocalipsi cecidit tanqꝫ mortuus coram filio Dei iam carne induto, quid faceret ātea? Propterea septimo quia in chronica viduę sāctę Elizabeth legitur, qꝺ cū pauperculę mulieri donū permagnificum exhibuisset, illa tantū lætata est, vt præ gaudio deficeret, qꝺ cū altera vidisset, abstulit munus ab ea timens obitū eius. Ecce quom ō lętitia nimia, dona qꝫ plurima pericli afferunt detrimentū, non parum timendū. Propter hanc nēpe rationē arbitror Salomonē anxiū, quando dixit. Mulierē fortē quis inueniet? pręterea cū Deus ipse dixisset, non videbit me homo, & viuet, rōnabiliter Maria timuit, quando ei nunciatū est, qꝺ ipsū habitura esset in filiū. Hęc rationes aliquid faciūt ad. 7. dona spūssancti, quoniā repleuit Mariā spūs timoris Dñi. Et nullū horū stat sine timore. Ecce igitur quom ō humana ratio non attingit rationē angelicā, quia nemo præter angelū diceret. Ne timeas Maria. Illa optime timuit, & rationabilius qꝫ Christus in horto. Timeas, o Maria respectu Dei, quē viuēs nec videre poterit in hac vita. Timeas respectu angelorꝫ, quia hūc archangelū debes probare, an Dei est. Timeas respectu etiā tui, quia mulier vas infirmū a quocunqꝫ poterit decipi timeas respectu diaboli, qui transfigurat se quandoqꝫ in lucis angelū, vt filios lucis decipiat. Timeas exēplo antiquorū timentiū, quoniā vnus dixit. Dñe

in visio

in visione tua dissolutę sunt cõpages meę, nec remã sit in me quicq̃ viriũ. Timeas quoq; ꝟginitati tuę, quia portas thasaurũ in vasis fictilib⁹, quę cito frãgi possunt. Tamẽ archangel⁹ secretorũ indagator scit, ꝙ nec mater, nec filius debẽt timere. Sed quia sentẽtiæ angelicę nõ est petenda ratio ad eandẽ ꝟginẽ redeamus. Quid timebas, o virgo? Hieronym⁹ pro Maria respondit, dũ ait. Quod natura nõ habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlũ, stupet terra, creatura õnis etiã cœlestis miratur. Hoc totũ est, quod per Gabrielẽ Marię diuinit⁹ nũciatur. Ecce fratres iste sanctus dixit, cur virgo timebat. Ego timorẽ eius explicare rennuo, nec em̃ totus mũdus capere posset libros ꝟgini dedicatos, si eius mysteria, vel iuxta cor meũ describerẽ. Vt verũ fatear, cũ ei⁹ consũmare me puto sermonẽ, tũc denuo vellẽ incipere, nisi ꝙ timeo & ego prolixitatẽ meã, ideoq; potius epilogãdo q̃ enarrãdo ꝑcurro. Duob⁹ ergo timuit Maria. s. hũilitati & ꝟginitati suę. Sicut Hieronymo auctore, parua ingenia sublimes materias ferre nequeunt, sic parua hũilitas ingẽtes nõ valet honores pati, hos equidẽ super õnia timet, vnde liquide cõperies, ꝙ humilis Moyses nõ semel aut bis, sed quinquies fugit ducatũ populi, nec acquieuit, donec Deũ intellexit iratum. Et postea cũ vellet Israelitas destruere, promitit ei, ꝙ eum faceret caput melioris populi: noluit tamen acquiescere, & sæpe nitebatur a se proijcere ducatus dignitatẽ, dum Deo dicebat. Nunquid ego peperi hanc multitudinẽ, ꝙ dicis mihi, porta eam in sinu tuo? Gedeon etiã cum per archangelũ Michaelẽ institueretur dux, ac liberator totius Israel, humilit se ineptũ ad hoc ostendens respõdit. Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minim⁹ sum in domo patris mei. Quasi diceret. Nullus ab honore isto magis distat q̃ ego. Beata ꝟgo, cuius humilitatis non

Heroica hũilitas timet.

Ex. 3. & 4.

Iudicũ. 6.

tis nõ est finis, timebat nimis humilitati suæ, ideoq; angelus vix potuit persuadere ei, vt fieret mater Dei, nec potuisset, nisi ei enarrasset omnia bona quæ ventura nouerat vniuerso regno Israel per eã ex ordinatione diuina, quæ hoc decreuerat per gratiã suã, quã Mariã dixit inuenisse, nõ sibi soli, sed õnib⁹ qui hacten⁹ eã quęsierãt immo & pręteritis & pręsentibus, & futuris, & inęternũ victuris. Vnde propterea dixit. Et regnabit in domo Iacob vsq; non erit finis. Ac si dicat. Obsecro vt respõdeas, fiat, saltem propter domũ Iacob captiuã, in qua semper regnabit iste magnus Dñs, & laudabilis nimis, quẽ paritura es. Facili⁹ quippe fierent õnes superbi libẽter humiles, q̃ virgo assensum pręberet electioni maternitatis, nec em̃ superbissim⁹ quisq; tantũ adamat suã pręsumptionẽ, quãtum virgo humillima suam humiliationẽ cui magis timuit q̃ ꝟginitati & ideo prius angelus voluit hunc timorẽ ab ea expellere, q̃ alterũ. Omnia nimirũ quę post primã salutationem locut⁹ est angelus Mariæ, solũmodo dirigunt ad hoc, vt eã reddat certiorẽ, ꝙ nec humilitatẽ, nec virginitatẽ amittet. Prius tamẽ loquitur de humilitate q̃ de virginitate non amittendis, quoniã domina nostra magis humilitati q̃ ꝟginitati timebat, & vt ait Bernardus, potius ob humilitatẽ, q̃ ob virginitatẽ cõcepit filiũ Dei. Fateor ꝙ ambas ꝟtutes zelabat, fateor ꝙ ob eas in matrẽ eligitur, tamẽ humilitas præfertur & in electione Dei, & in amore Mariæ, & in angelica exhortatione, quæ prius ad humilitatẽ facit, dũ dicit. Ne timeas Maria. q.d. semper eris Maria sicut antea. Honor iste nõ te mutabit ab illo ꝙ antea eras. Et si altissimũ tibi videt illud, Dominus tecũ vt filius, nõ tribuitur meritis tuis, verũ diuinæ gratiæ, ideoq; humilia te in õnibus, & totũ tribue gratiæ eius, quia inuenisti gratiã apud Dñm. Dei gratia te dirigẽte inuenisti, quod õnes perdide-

duæ ꝟtutes Marię.

Maria pl⁹ timet hũilitati suæ.

runt: nec ex hoc in ſuperbiã deuenies, quoniã reſtitutioni teneberis ex lege tua, quæ fortuitu inuẽta vult reſtitutioni mãdari, Deus etiã hanc ſane gratiã non tibi ſoli ſed õnibus alĳs ſeruauit, vt dicerent. Paruulus datus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Ergo ex gratia & nõ ex meritis inueniſti filiũ apud patrem quẽ ecce cõcipies in vtero humiliter: nõ in corde vt Deus pater, nec in ſpiritu nouo vt ãgeli: quẽ & paries filiũ pari humilitate. Quẽ & vocabis Ieſum. De cætero nõ cures. Dimitte illũ creſcere ad gloriã patris ſui æterni, quia hic ſine te magn⁹ erit per ſe: & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dñs. &c. tu aũt ſemper eris Maria, tuaq; humilitas ſalua erit tibi. De hoc poſtea gloriabat Maria dicẽs: quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. Et ſubſcribẽs in epiſtolis ſuis dicebat. Maria humilis ancilla Chriſti. Hic nota q; Maria vix annuit maternitati, ſed adhuc fatetur ſe ancillã non matrẽ: nec dicit, fiat mihi verbũ tuum, ſed ſcd'm ỹbum tuũ: quod ad rei modũ refertur & nõ ad ipſam rem. Dum ergo certior de humilitate ſeruãda fit, timet ỹginitati dicens. Quom õ fiet iſtud, quoniã virum nõ cognoſco? De hoc etiã timore cõſolatur eam, dum reſpõdit, Spũs ſanctus ſuperueniet in te. Nõ ſuperueniet tibi vir vt cæteris fœcũdandis incũbere ſolet, ſed ſpũſſanctus, quia quãtis corporaliter ſis mater Dei, opere ſpirituali ac diuino cõcipies, vt cõcipit terra in viſcerib⁹ ſuis aurum, ỹtute ſolis ſuperueniẽtis, quã ſine corruptione fœcundat. Ecce quom õ in duobus redditur certior Maria, quæ etiã iuxta duo hæc angelo cõcludẽs reſpõdit. Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſcd'm ỹbum tuũ. Ecce ãcilla Dñi quo ad humilitatẽ. Fiat mihi ſcd'm ỹbum tuũ, quo ad ỹginitatẽ. Nã ſecũda monitio angeli ſolũ de ỹginitate differebat, ſemp Mariæ ſeruãda q; propterea in duob⁹ ſignanter laudat a ſponſo, imo a filio ſuo dicẽte. vulneraſti cor meũ ſoror mea

Canti. 4.c

ſponſa

spōsa vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorꝝ, & i vno crine colli tui, q̄ pulchræ sunt māmę tuæ. Verba sūt prīs æterni loquētis ad ỽginē de filio suo, quē cor suū vocat: qui bis vulneratū se dicit ob illa duo, q̄ sunt iuxta cor Dei, & scd'm eius voluntatē. Eam vocat sororē propter ỽginitatē, & spōsam propter humilitatē, Nūc aduerte q̄ Maria ī vno oculorꝝ, & in vno crine placuit Deo. Duos oculos habet bona mulier. s. integritatē vel fœcunditatē, eligat quē maluerit: vtrūq; simul habere nō poterit nisi Maria q̄ in vno dū iuuencula erat placuit. s. in sua ītegritate; vñ adolescētula meruit audire. Vulnerasti cor meū soror mea in vno oculorū tuorū. Crines mulier sancta plures habere debet, qui sunt ỽtutes, nam oculi quos dixi, respiciūt sexum eius, crines aūt dirigunt ad personā suam ỽtutibus cōmunibus ornandam, quia crines viris & fœminis insunt, quibus ōnes ornamur: nam & Sāpson & quiuis alius nazaręus nutrit cæsariē & comā. Omnibusq; indiscrete dicitur. Capillus de capite vestro nō peribit Nec sanct⁹ ille ac senex propheta æquanimiter pertulit, vt caluus diceretur, dū pro improperio audiuit sibi dici. Ascē de calue, ascende calue. Crines ergo sunt cōmunes virtutes, quas nutriebat nazaræa virgo, cui dicitur, Vulnerasti cor meū sponsa in vno crine colli tui. Mirū videtur q̄ Maria crines habeat ī collo: sed attendite fratres eius humilitatē quæ tanta est, vt eam capitę carere faciat. Maria nō habet caput, quia noluit acceptare dignitatē: tota est collū, quod nō ad se sed ad corpus ordinatur. Capillus ergo colli effluit & descēdit, quia Marię humiliatio terrā versus protenditur, semperq; descēdere vult. Lōgus quidem erat crinis, quo Deus ligatur, quo caput mēbris annectit. Vnde Alan⁹ hunc locū exponēs ait. Hoc etiam vuln⁹ meū, vn⁹ crinis colli tui egit. i. ingēs inter innumerabiles ỽtutes tuas humilitas. Istum crinē,

humilitas & ỽginitas Mariæ.

capilli sūt ỽtutes.

humilitas Mariæ est capillus.

præ alijs euexit spōsus, quoniā cæteris pulchrior alios exornabat: vnde ait Alanus sup Cātica. Hic vnꝰ tuus crinis pro collo micās, & diuina & archana ratione nectens capiti mēbra, reliquos ōnes mire exornat, singulas vires virtutesq; Deo formiter illustrans. Tam em̄ efficax humilitas illa tua, vt descendere me coegerit olympo in amplissimos & vberrimos omniū prouentus. Innumerabiles ꝟtutes tibi pro ornamēto sunt: in vna humilitate ōnes eminent, quæ tantæ fuit efficacię, vt me olim immensū trahere potuerit, & immobilē descendere coegerit Cū virgo plures crines habeat, laudatur in vno, qa humilitatē adipiscens ōnes virtutes eminent' habet nam est earū fœcundamentū. Vel præ cæteris laudatur humilitas, quia ōnes eam reddūt magnificā. Ne timeas igitur o Maria hūc tibi deesse crinē, quia tuus capillus nō peribit: quoniā si Abacuc in crine capitis sublatū legimꝰ, tu ipsa deinceps personabis. Apprehendit me in cincino capitis mei, & eleuauit me spūs inter cœlū & terrā, & adduxit me in Hierusalē, in visiōe Dei, iuxta ostiū interius. Creuit, & fortior effectus est crinis Mariæ, quo tota pēdet, qa humilitate subleuatur vsq; dum ascēdat inter cœlū & terrā: sitq; media inter diuinitatē & humanitatē vt faciat vtraq; vnū, iungatq; infinitæ distantia maternali actione. Bene quidē crine humilitatis eleuat' qa qui se humiliat exaltabitur, maxime Maria quæ sicut præ cæteris descēdit, præ cæteris ascēdit, maxime tēpore incarnatiōis, quo rapta est ad supernam Hierusalē in visione Dei, quē nō per enigma vidit: vnde iuxta ostiū interius dicit se introductā. Ostiū est filius Dei: duplex tamē, exteriꝰ. s. quo ad humanitatē, & interius quo ad diuinitatē: cui admissa fuit beata virgo vt facialiter cognosceret in tertio cœlo .i. in sinu patris, eum quē conceptura erat in vtero suo. Nō ergo ab homīe, nec ab angelo, nec ab aliqua

Ezec. 8. a.

creatura

creatura filium accepit beata ỹgo, sed a sinu patris quo eum nascentē inuenit apud Deū, & capillo humilitatis suæ ligauit eum secū & nobiscū, fœdere sempiterno: immo ligauit eū vt victimā, quæ ligari solet, vt ligata portetur ad sacrificiū. Nec ēm vinciētes Iesum poterāt eum deducere vsq; ad crucis arā, quin velut Sāpson rūperet vincula, nisi prius beata ỹgo eum crine humilitatis ligasset, vt formā serui acciperet obsequētissimi. Vnde marię humilitas ita vulnerauit cor Chri, vt ipsa iam dicat Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Ex hac scd'a parte feci sermonē integrū, ostendens prius cur timere debet: posterius q̄ nō timeat. Dic ergo prius q̄ timeat respectu sui, & Dei, & angelorū, & sanctorū & dæmonū probandorū, & totius mūdi, qui ferre nō potest visibilē solem, & respectu aliarū mulierum timentiū. Postea vero dic q̄ tēpus amādi est, & non timēdi: qm̄ amoris legatio amorē exigit.

¶ Sabbato primæ dominicæ aduentus. De timore ad animam.

Missus est Gabriel angelus. Lucæ. i. c

¶ Inuocatio de humilitate Mariæ

DVm sederet Helias in vertice mōtis carmeli ascēdit ad eum quidā Ochoziæ regis nūcius vt eum vocaret ad regē. Propheta regē timebat, dux vero timebat prophetā, & vtriq; humilitas cōtulit remediū. Nam dū ad Heliā peruenisset, curuauit genua, & precatus est eum, ne ignē a cœlo ceponeret cōtra se & suos, sicut fecerat cōtra quinquagenarios alios. Dū ergo dux ille genu flexo deprecaretur Heliā, vt ad regē Israel dignaretur accedere, locut⁹ est angelus Dñi ad Heliā dicens. Descēde cū eo, ne timeas. Optima ỹba: quoniā qui descēdit per humilitatē, securus erit per charitatē, ideoq; timere nō debet sed amare. Descēde (inquit) cū eo. q. d. quia humilis est: nam Heliæ genua flectebat. Cū

4. Reg. 1. c

humili descẽdere nõ timeas, quia & ipse descẽdit? Hæc eadẽ verba videtur archãgelus dixisse Mariæ dum postquã ei nũciauerat humilitatẽ Dei, addidit Ne timeas Maria. In mõte virginitatis cũ 144000 signatorũ erat Maria, sicut & ỹgo Helias: tamẽ ille timebat vitæ suæ, Maria vero virginitati suæ, nam ꝓ ea locuta est dicens, Quomõ fiet istud, quoniã virum nõ cognosco? Ne timeas Maria, sed humilia te Deoq; totum cõmitte: dic, Ecce ancilla Dñi: & videbis eum venientẽ super te: Descende cũ eo ne timeas. Fœlix qui cũ Deo descẽdit, nam ad hoc e cœlo descẽdit ipse, vt nos a nobisipsis descẽdamus. Exẽplum habemꝰ in Rebecca, quæ prospecto Isaac descendit de camelo, vt eam in suã acciperet. Nisi quis a tortuositate vitæ prẽteritæ descẽdat, in Christum transire nõ poterit: nam in planicie humilitatis nos ópportet ãbulare, & nõ in mirabilibus super nos, si ei placere volumꝰ, qui dixit. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. i. affectione. Ille est humilis corde, qui ex corde humiles diligit quasi ei similiores: vnde filiꝰ Dei cũ ex cœlo suæ celsitudinis humilia terræ nostræ respiceret ad requiẽ suam, qui super humilẽ quiescit, Mariã vidit humilẽ corde, & ideo eam prẽ cæteris accepit in matrẽ tanquã cæteris humiliorẽ: quoniã scriptũ est. Humilẽ spiritu suscipiet gloria. In scripturis sacris filius Dei vocatur gloria iuxta id. Gloria qatris est filius sapiẽs. Gloria ergo .i. filius Dei, suscepit humilẽ spiritu Mariã, quæ velut altera Iudith de humilitate sua lętabunda dixit. Respexit Dñs humilitatẽ ancillæ suæ. Respexit .i. acceptauit, ac suscepit sicut sacrificiũ Abel, quẽ cum muneribꝰ suis, propter agnũ humilitatis suis manibus oblatũ, respexit Dñs. Vt ergo nos Maria respiciat, humiliemꝰ ei animas nostras, & pro gratia impetranda ei offeramus Aue.

humilitas secũte descẽdit.

Gen. 24. g

Pro. 29. d.

Iudith. 8. b

Diuisio.

¶ In prima parte dicam tibi ꝙ timeas: in secũda vero di-

to dicam tibi q̃ nō timeas. Vtrum q̃ ergo exponā

VT fœliciter concipiat, & pariat Maria, dicit ei per angelū, ne timeat: animæ vero peccatrici ecōuerso dicatur, quia vt non cōcipiat, nec a dæmone impregnetur, nec pariat, ei dicamus q̃ timeat, & forte nō concipiet dolorē, nec pariet iniquitatē: quoniā sanctus Iob dicebat. Quia nō concluſit oſtia vētris, qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis meis. Quare nō in vulua mortuꝰ ſum? egreſſus ex vtero nō ſtatim perij? cur exceptus genibus? cur lactatꝰ vberibus? His ỹbis cōqueſtus eſt Iob, ac tœdebat eum aduētus ſui: nolebat p̃ peccatum in hūc mundū veniſſe. Quo & omnia opera mala veniūt, a quibus in præaſſumptis ỹbis nos admoneri per timorē cupit: nam timor Dei oſtia ventris claudit, ſed ea culpa aperit: vnde Gregorius ait Culpa oſtia vētris aperuit, quia cōcepto ad peccatū homini deſyderia concupiſcētiæ carnalis reſerauit. Oſtia quippe ventris ſunt deſyderia cōcupiſcentiæ carnalis, de quibus per prophetā dicitur. Intra in cubicula tua, & claude oſtia tua. Cubicula quippe ingredimur, cū ſecreta mētis noſtræ intramus. Oſtia vero claudimus, cū deſyderia illicita coercemꝰ. Hęc itaq̃ cōcupiſcētiæ oſtia dum cōſenſus noſter aperuit ad innumera nos mala corruptionis ꝓtraxit. Timore Dei ſublato, qui oſtiarius eſſe debuit ad coercēdū ianuas mortis. Vnde Cryſoſtomꝰ ait. Facile deuiat a iuſticia, qui in cauſis hō Deū, ſed homines p̃timeſcit: hic timor peccādi facultatē differre poteſt, volūtatem auferre nō poteſt. Solus eſt dei timor qui mētes corrigit, fugat crimina, innocentiā ſeruat, & omnis boni tribuit facultatē. Hæc ille, oſtēdens q̃ neceſſarius ſit nobis hic ianitor de quo ait Chrūs. Ianitori præcepit vt vigilet. Tribus ianitor opus habet, vigilia, & claue, & baculo. Per vigiliā dep̃hendit qui debeant intrare aut exire, Per clauē aperit eis ianuā, per bacu

Iob.3.b.

oſtiū eſt cō cupiſcētia.

Eſa.26.d.

timor eſt ianitor.

Marc.13.d.

per baculū arcet quos admittere nō licet. Vigilātia timoris est legis Dei meditatio, clauis eius est humilitas: quia ei dicitur in Apocalipsi. Ecce dedi corā te ostiū apertum, quia modicā habes virtutē: id est humilitatē, quæ est clauis modica. Baculus eius est infernus, quo arcet indignos, quia propterea dicit. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Nunc aūt huius ianitoris ostia videam⁹, quæ quatuor sunt iuxta quatuor portas tēpli: nam erāt in atrio templi quatuor introit⁹ scd'm quatuor partes orbis .s. porta oriētalis, ex qua parte erat aditus p̄cipu⁹ templi: & porta occidentalis, ex qua parte erat portio templi posterior, quæ dicebatur sanctū sanctor⁹ & porta aquilonaris, & australis, quæ erant ex lateribus templi. Has quatuor ianuas habet custodire timor Dei: vnde aduerte, q̄ vt ait glosa, oriētalis porta est hominis ortus: occidētalis aūt eius obit⁹: aquilonaris vero aduersitatis temp⁹: australis prosperitatis status. Portam igit orientalē custodit timor, quādo vilitatē originis tuæ perpēdit, vt inde humiliet humana superbia. Portam aūt occidentalē munit timor, quādo certitudinē mortis futuræ, & incertitudinem horæ iugiter meditat, ne improuisus ad mortis iudiciū homo euocetur. Vnde Bernardus. O homo certum est q̄ morieris, sed vbi, quādo, vel quomodo, incertū est. Mors vbiq; te expectat, sed si sapiens fueris, vbiq; mortē expectabis. Portam vero aquilonarē custodit timor, quādo in aduersis patientiæ armis cōtinuo se munit, ne per iram frangatur. Ostium aūt australe obseruat timor, dū semper sollicitus est, ne in prosperis per arrogantiā eleuet. Per vigilē custodiam istorū quatuor homo resilit a peccato, & incipit operari bonū: & sic per ista quasi p quatuor portas habet introitū ad atriū interius vbi securus lętabitur. Vnde in primis dicendū est homini q̄ timeat: alioquī egressus a seipso effluet immuniter.

t. Para. 26.

quatuor portæ.

niter. Cum aũt angelus malus inuenit hominẽ vagantẽ sine custodia timoris, libere intrat in cor eius vt cõcipiat peccatũ, quod pariẽ quatuor modis perpetratur in corde. s. suggestione, delectatione, cõsensu, ac defensionis audacia. Fit em̃ suggestio per ãgelum malũ, delectatio per carnẽ, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Ista quatuor inuenies in visitatione pessimi angeli, qui primam Euã allocutꝰ est, vt auferret ab ea timorẽ dei. Nam ideo dixit ei. Nequaq̃ moriemini. Neglecto aũt bono timore processit dæmõ ad ista quatuor, de quibus Gregorius ait. Illam primi hominis rectitudinem hostis antiquꝰ quatuor ictibus fregit. Nam & serpens suasit, Eua delectata est, Adam cõsensit, qui & etiam requisitus cõfiteri culpã per audaciam noluit. Isto quadruplici casu, siue actu nos quotidie procedimus ad culpam, reiecto timore. Primo angelus malus suadet, quia occultus hostis mala cordibus hominũ latenter suggerit. Eua delectata est, quia carnalis sensus ad verba dulcia serpentis mox se delectationi substernit. Assensum vero Adam mulieri prępositus præbuit, quia dum caro in delectationẽ rapitur, etiã a sua rectitudie spiritꝰ infirmatus inclinatur. Et requisitꝰ Adã confiteri culpam noluit, quia spiritꝰ quo peccando a veritate disiungit̃, eo in ruinæ suæ audacia nequius obduratur. Isto ergo modo peccatũ concipitur, vbi est mala quędam annũciatio, nã prius accedit angelus malꝰ ad animã & semoto ab ea timore Dei, suggerit opus prauũ, caro velut mala Maria incũctanter, & sine turbatione, immo petulãs consentit, & tunc spiritꝰ malus superuenit in eã per õnimodum consensũ, & velut quarto actu ꝟtus peccati perdurãtis. i. vigor iniquitatis assuete obũbrat animã peccatricẽ, quãdo protegunt vmbrę vmbrã, & sanguis sanguinẽ tangit. Dęmon sub vmbra dicitur obdormire, quę quidem

peccatum cordis ql̃iter fiat.

est con

40. c.

est continuatio peccati secreti, & ideo addidit Iob. Et in secreto calami. Secretũ calami est latens peccatum. Ecce igitur qualiter propter defectũ timoris, Dei cõcipitur peccatũ, quod nõ poterit cõcipi, nisi prius anĩa patiat̃ aborsum, & Chr̃m emittat e visceribus suis, vnde Abrahã dixit ad Abimelech. Cogitaui mecũ dicens, forsan non est timor Dei in loco isto, & interficiẽt me. Ecce quomõ defectus timoris est causa mortis. Sed conceptũ peccatũ retinere quis poterit? nã & animæ peccatrici poterim⁹ dicere. Ecce cõcipies & paries filiũ. Ex altero sequit̃ alterũ. Conceptus & part⁹ nimiũ similes sunt, vnde Gregorius in eodem loco ait. Eisdem etiã quatuor modis peccatũ consummat̃ in opere. Prius nãq; latens culpa agitur, postmodũ vero etiã ante oculos hominũ sine cõfusione reat⁹ aperitur, de hinc & in cõsuetudinẽ ducitur, ad extremũ vero vel falsę spei seductionib⁹, vel obstinatione desperationis enutritur. Hos itaq; peccati modos, qui vel in corde latẽter fiunt, vel patenter opere perpetrant̃, beatus Iob consyderat, & humanũ gen⁹ in quot peccatorũ gradibus lapsum sit deplorat dicẽs. Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij cur exceptus genibus? cur lactat⁹ vberibus? ecce in quot pręcipitia defectus timoris induxit. Vulua ergo peccãtis est culpa latẽs, quæ occulte peccatorem cõcipit, & reatũ suum adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero non statim perij? a vulua de vtero exitur, cũ peccator quę in occulto cõmiserit, hæc etiam in aperto cõmittere non erubescit. Quasi em̃ ab occultationis suæ vulua processerant, de quib⁹ propheta dicebat. Et peccatũ suũ quasi Sodoma prędicauerũt, nec absconderũt. Quare except⁹ genibus? quia nimirũ peccator, cũ iam de iniquitate sua nõ cõfunditur in eadẽ iniquitate etiã adminiculis pessimę consuetudinis roboratur. Quasi genib⁹ fouetur vt

Gen. 20. d.

peccatũ operis qualiter fiat.

Esa. 3. b.

crescat

creſcat. dū culpa cōſuetudinibus formaſ, vt vigeat Cur lactatus vberibus? quia dū prodire culpa in vſum cęperit, nimirū ſe vel falſa ſpe diuinæ miſericordię, vel aperta miſeria deſperationis paſcitur, vt eo nequaq; ad correctionē redeat, quo vel factorē ſuū piū ſibi īordinate ſimulat vel hoc quod fecit inordinate formidat. Beatus igitur vir hūani generis lapſus aſpiciat, & quibus p̄cipitijs merſum ſit in foueam iniquitatis intendat dicens. Quare nō in vulua mortuus ſum? i. in ipſa occulta perpetratione peccati, cur a carnis vita mortificare me nolui? egreſſ9 ex vtero nō ſtatim perij? i. poſtq; ad apertā iniquitatē exij, cur me tunc ſaltē perditū non agnoui? periſſet quippe i ſuo iudicio, ſi ſe perditū cognouiſſet. Quare exceptus genib9? id eſt etiā poſt apertā culpā cur me adhuc in illa etiā conſuetudo ſuſcepit, vt valentiorem ad nequitias redderet, & prauis me vſibus ſuſtinens foueret? cur lactatus vberibus? id eſt poſtq; in culpę cōſuetudinē veni, cur me ad atrociorē nequitiā, vel falſę ſpei fiducia, vel lacte diſparatiōis enutriui? cū em culpa in vſum venerit, ei iā anim9 etiam ſibi appetat, debili9 reſiſtit, quia q̄t vicib9 praue frequētationis aſtringit, quaſi tot vinculis ad mentē ligatur. Per quatuor igitur pręcipitia quę deflevit Iob, oſtēdit mala in quę timoris amiſſio īducit, quę quatuor ſunt. Nec pauca tibi videant, quia ſicut datur quartus gradus frigiditatis, & nō plus, qnia nō poſſumus cognoſcere quintū, nec eum poſſum9 attingere, ſic dantur quatuor præcipitia amiſſionis timoris, primū quia in vulua cōceptus, ſcd'm quia egreſſus ex vtero, tertio quia exceptus genibus, deterius aūt quia lactatus vberibus. Die iſto quarto præcipitio dicitur. Peccator cū in profundū malorū deuenerit, contēpnet. Contemptus opponitur timori Dei. Contēptus lactatur ideoq; incurabilis eſt vnde Gregorius ait. Curari autē vuln9 negligitur qđ

dignum

Pro.1.b. dignū prēmio laudis videtur. Vnde per Salomonē dicitur. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Peccatores etēm lactant, cū vel ad perpetrāda mala blandimētis hortantur, vel perpetrata laudibus extollūt. An nō lactatur, de quo per Psalmū dicitur. Quoniā laudatur peccator in desyderijs animę suæ, & iniquus benedicitur. Sciendū quoq; est, q; tres illi modi peccantiū primi, facilius quarto corriguntur, immo & contētus nunq;, vnde Christ⁹ puellā in domo, iuuenē iuxta portā, in sepulchro Lazarū suscitauit. Mortuus iacet in domo, qui latet in peccato, & de hoc dixit, Quare non in vulua mortuus sum. i. mortificat⁹. Quasi extra portā educitur cui⁹ iniquitas vsq; ad iuerecundiā publice perpetrationis aperitur. Et de hoc dixit. Egressus e vulua nō statim perij: sepulturę vero aggere prēmitur, q; perpetratiōe nequitię etiā vsu cōsuetudinis pressus grauatur. Ad hunc pertinet, cur exceptus genibus. Sed hos ad vitā miserator Dñs reuocat, quia plęrum q; diuina gratia non solū in occultis, sed etiā in apertis malis mortuos, & cōsuetudine mala oppręssos illustrat. Quartū mortuū Christ⁹ nouit, non tñ suscitauit, sed ait. Sine mortuos sepelire mortuos suos .i. peccatores lactare peccatorē. Erat quidē Lazarus mortuus, non tamen a mortuis sepultus. Fœminæ fideles illū sepeliūt, quē vitę largitori nunciāt, vnde protin⁹ ad vitā redijt, quia cū in peccato animus moritur, citius ad vitā reducit, si super hunc sollicite cogitationes viuūt. Ne igitur peccator ad contēptum Dei perueniat, oportet q; timeat, & nimis timeat. Et ad hunc timorē excitandū conducētes meditationes assumat, quia tunc anima Deo fœcundabit, vnde oues Iacob in aspectu virgarū concipiūt, quia si aspicis correctionē & iudiciū Dei, ac iusticiā ei⁹ punitiuā, cōcipies Deū, concipies Iesum. Quia ꝓpheta dixit. A timore tuo Dñe concepim⁹, & quasi parturiuimus

quattuor mortui. Psal.9.d.

Luc.8.g.

Esa.26.d.

turluimus ſpm̃ ſalutis Spiritus ſalutis eſt ſpūs Ieſu, qui interpretatur ſalus. O igitur pręclarā virtutē, ac nobis perneceſſariā, quia timor Dei eſt.

Auxiliū noſtrum cōtra aduerſariū armatū, vt patet in lapide q̄ Goliath cecidit, qui eſt timor Dei.

Baculus cōſolationis, quia ῥ̄ga tua, o Deus & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

Comes totiꝰ vitę noſtrę, quia (vt ait Sapiēs) timor Dei cū fidelibꝰ in vulua concreatꝰ eſt, & timor Dñi ſanctus p̄manet in ſœculū ſœculi. In vulua. i. in baptiſmo vbi gignimur, ex quo in cœlū vſq; perdurat.

Dux virtutū omniū, ideoq; figuratur in Maria ſorore Moyſi, quę prima tympanū habet.

Euaſio mortis ęternę, quia Sapiens ait. Timor Dñi fons vitę, vt declinet a ruina mortis. Pro. 14. d.

Fortaliciū debiliū, quia firmamentū eſt Dñs timentibus eum. Pſal. 30.

Glorię corona, quia ideo dicit. Timor Dñi gloria & gloriatio, & lætitia & corona exultatiōis. Eccl. 1. b

Humiliū virtꝰ, quia propterea dicitur. Beati pauperes ſpiritu. i. timorati.

Ianua paradiſi quia in Euang. per hanc anguſtā peratā iubemur intrare ad beatitudinē.

Lignū vitæ ex quo ſi prius comediſſet Adā ſaluꝰ fieret, in quo & abſcondit ſe.

Menſę ęternę conuiuarum vocator, quia Thobias ſolū timentes Deū inuitat.

Nulla re pauper quia nō eſt inopia timentibus eum quoniā ſcriptū eſt. Multa bona habebimus, ſi timuerimus Deū. Thob. 4. d.

Operū decor, q̄m Iob dixit. Verebar omnia opera mea, ſciens q̄ non parcis delinquenti. Iob. 9. d

Primogenitus Iacob. ſ. Rubē prior in donis maior in imperio. Prior in donis quę propheta Eſaias dicit a ſpiritu ſancto dari.

Quietudo ſcientię, quia quō miſeretur pater filiorū miſertus

pręconia timoris ſancti ad alphabetum.

timor Dei eſt.

misertus est Dñs timẽtibus se. Psal. 102. & timenti Deum non occurrent mala &c̃. Eccl. 23.

Regula omniũ agibiliũ quoniã qui timet Deũ nihil negligit. Eccl. 7. c.

Sapientiæ initiũ, immo & finis, quoniã Iob postq̃ quęsierat vbiq̃ sapientiã, conclusit. Ecce timor Dñi ipsa est sapientia. Iob. 28. d.

Thesaurus animæ, quoniã Esaias dixit. Timor dñi ipse est thesaurus eius. 33. b.

Virga Dei & sceptrũ regni, quã petebat dicẽs. Virgam ✠ tutis tuæ emittet Dñs ex Syon &c̃.

Xp̃i exauditio, quia voluntatẽ timentiũ se faciet, ac depręcationẽ eorum exaudiet.

Ylaritas laborantiũ, de quib⁹ dicitur. Dedisti hęreditatẽ timẽtibus nomẽ tuũ, quoniã mansueti hæreditabũt terrã viuentiũ, vbi gaudiũ super capita eorũ.

Zelus maximus Abrahæ, qui offerens filiũ, tanq̃ de maxima ✠ tute laudat⁹ audiuit.

Nunc cognoui q̃ timeas Deũ (Gene. 22. d.) nec mirum quia nihil melius q̃ timor Dei, Eccl esiast. 23. d

Quid ergo de te referã, o sancte timor? cũ de te dicat timor Dñi sicut paradisus benedictionis? (Eccl. 40. d) quis ergo deinceps Deũ nõ timebit? quis hãc virtutẽ non apponet sibi? quid ergo tu, o Gabriel dicis ne timeas, cũ & ipse sol iusticiæ, quẽ tu annuncias,

Mala. 4. b nõ sit promissus nisi timentibus nomẽ eius? nam & Micheas ꝓpheta dixit. Salus erit timentibus nomẽ eius. Salus. i. Iesus, nec matri ergo nec sanctis dat Iesus, nisi quia timorati erãt. Quid ergo dicis, ne timeas, cũ & ipsa mater Dei dicat, misericordia ei⁹ a ꝓgenie in progenies timentibus eũ? dicam⁹ ergo cũ

Hier. 10. a. propheta, Non est similis tui Dñe, magnus es, & magnũ nomen tuũ in fortitudine. Quis nõ timebit

Apo. 15. b. te, o rex gentiũ? Ioannes in Apocal. ponit simile dicens. Vidi habentes cytharas Dei, & cantãtes canticũ Moysi, & canticũ Annę dicẽtes. Magna & mirabilia

rabilia sunt opera tua Dñe Deus ōnipotēs, iustę & verę sunt vię tuę rex sæculorū. Quis nō timebit te Dñe, & magnificabit nomen tuū? cū ad maiorē redarguti ōis metā videamur angelū cogere profūdius pro eo respōdere tenemur, pro q̄ sermonis posteriorē partē attenti⁹ captate, auidiusq; audite quā ego radicitus enodabo. ¶ Altera sermonis pars, vbi ostēditur q̄ timor nō debet excrescere nimis.

RIchardus, qui profunde rimatur proprietatē timoris, asserit illū figurari per Ruben prīogenitū Iacob, qui interpretatur visionis filiꝰ propterea q̄ timor Dei debet esse oculatissimus, nā & vt probauit Richardꝰ, timor per visionē generatur, quando anima scrutatur, quæ videnda & fugiēda sunt, quæ quidē tot & tanta reperiunt, vt anima lia sancta plena oculis referant, quia fere in finitis respectibus egemus, vt ōnia pleniſſime deprehendamus. Tamē qui nimiā addit scientiā cognitionis suæ, addit & laborē & timorē. Nam versus cum q̄ dirigas visionē cordis tui, tot miranda, stupēda horrenda, & metuenda reperies, q̄ ōnino deficies quia Ruben. i. timor Deū per intimā consyderationē videns dicebat. Tumētes super me fluctus Dñi timui. Nec mirū quia scrutator maiestatis opprimit̄ a gl̄ia. Dū autē iste filius visionis ad se oculos reduxit ait. Ad nihilū redactus sum, & nesciui. Dū aūt infra se respexit, & ad iudiciū Dei oculos ꝟtit pertimescēs aiebat. Quis mihi det, vt in inferno ꝓtegas me, donec transeat furor tuus? dū autē ad prædestinationē inspexit exclamauit. O altitudo diuitiarū sapientiæ, & scientiæ Dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Dū aūt consyderabat & legis rigorē, ac dēmonis calliditatē (velut desperans) dicebat. Quis potest salu⁹ fieri? vix denicq; est aliqua cōsyderatio spūalis ex qua si timor plusq; oportet sapit, nō expuat sanguinē, ideoq; indiget habenis ac

Scda pars.

ex consideratione timor oriē.

Iob. 31. c.

benis, ac terminis quibusdã, ne metas rationis excedat, quia timor (vt notat Richardus) tunc veraciter creditur bonꝰ, quando est non solũ ordinatus, sed etiam moderatꝰ. Cum ẽm discretionis moderamen excedit, nomẽ virtutis amittit. Sed hoc melius patebit, si de ipso Ruben exẽpla sumamꝰ. Certe si timor imoderatus periculosus nõ esset, Iacob ad Rubẽ loGen. 49, a quẽs minime dixisset. Effusus es sicut aqua, nõ crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Si per Rubẽ debemus ordinatũ timorem intelligere, cur queso iubet eũ Iacob nõ crescere, nisi quia malũ est in quolibet ordinato timore modũ equitatis excedere? ¶ Tribus modis timor excedit, aut quia non ex bona radice timet, vel quia nimis timet, aut dilatatur passim ad plura. Primus excessus est in Adã, qui audiens vocẽ Dñi Dei venientis ad eũ corrigendũ, abscondit se, super quo ait Gregorius. Cũ ẽm ex peccato isto præsens pœna metuit, & amissa Dei facies nõ amatur, timor ex tumore ẽ nõ ex hũilitate. Hæc ille notans quom õ Adã quãdo se abscondit, faciẽ Dei deseruit, quam in cõfessione preoccupare debuisset ideoq; eius timor ex mala radice processit, videlicet ex tumore, non ex humilitate, sicut timor virginis procedebat. Dæmones, qui contremiscunt omnes Deum timẽt, sed eorũ timor ex mala radice oritur ideoq; vertitur in culpã. Secõ excedit per nimietatẽ. Quis Iudã neget post proditionis scelus timere debuisse? sed illud in eo quis nõ videat supra õnia execrabile fuisse, q; dum in suo timore modum seruare noluit, vel nesciuit, cõtra se malum, quod corrigere noluit, cumulauit? Tertius timoris excessus etiã in viros perfectos cadit, dum passim se ad varia effundit. Quis nam q; prelatorũ quãuis perfectus, dum subiectis suis vitæ necessaria prouidet, ita sollicitudinis suæ curas tẽperet, vt pro aduersis rerum casibus, nunq; plus iusto formidet?

quot modis timor excedit.

prælatus est Maria turbata.

istorum

istorum timor bonus est, quia nō ex amore mundi sed ex dilectione proximi cōsurgit, immoderate tamē, ideoq; indiget tēperamēto, & correctione, quā volens facere angelus dicit. Ne timeas Maria, quæ est cura prælati despōsata viro .i. regimini pro quo turbatur erga plurima. Quis ēm enumerare sufficiat ōnes ancipites incōmodorū casus hinc inde surgentiū, pro quibus prelatū trepidare cogit, & si nō sua, suorū saltē infirmitates subditorū? Et quis non videat, q; sit difficile, immo q; pene impossibile, iustę formidinis metas nūquā excedere? inde fit sępe vt quāto quis prudētior, tanto inueniatur & sollicitior: & quāto quisq; nouit perspicacius circūstantiū periculorū casus ancipites prospicere, tanto cogitur timidæ sollicitudinis suæ habenas multiplicius relaxare. De quo etiā illud cōueniēt intelligitur, quod ad Rubē per Iacob dicitur. Effusus es sicut aqua nō crescas. Solet ēm per aquā carnis prudētia, sicut per vinū intelligi potest spiritualis intelligētia. Hæc aqua cuiq; tūc in vinū vertitur, quādo aspirāte Deo per exterioris sciētiæ scalā ad inuisibiliū rerum intelligentiā subleuatur, quādo inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quę facta sunt intellecta cōspiciūtur. Huiusmodi cuiq; aqua eo amplius habūdat, quo eius anim⁹ in exteriorū scientia copiosius se dilatat. Hęc vtiq; aqua, quāto vberius excrescit, dum ōnia caute cōspicit, tanto proculdubio formidolosæ sollicitudinis syluā densiorē gignit, & latius expanditur: vnde recte dicitur. Effusus es sicut aqua nō crescas. Cauendū itaq; summopere est, cū mundanæ scientiæ aqua abūdat, ne variæ sollicitudinis timor vltra mensurā excrescat. ¶ Certe cū Ruben adhuc parvulus esset. & annos pueriles ageret, patris sui cubile incestare non præsumpsit, vel quia nō potuit, vel quia minime ausus fuit. Adultus tamē vt de ipso legitur, in tantā prorupit audaciā, vt patris sui corrū-

scientia est aqua Sapiētia vinū.

peret concubinã Balam, videlicet Rachelis ancillã. Per Balam imaginatio intelligitur, quia interpretatur turbata siue defluens, nam timor quãdo est nimius Balam rachelis ancillã. i. imaginationẽ contẽplationis ancillam turbat atq; distrahit, ne ei possit inseruire. Sed quom õ putamus huiusmodi ancillã corrumpi? quæ aũt est Balæ corruptio, nisi cogitationis vel imaginationis inordinata, & impudẽs euagatio? Intãtum em̃ quandoq; timor superfluus imaginationẽ, non dicam corrũpit, sed prostituit, vt in tẽpore orationis a suis se fornicationib9 temperare vix aut omnino nõ possit. Cum em̃ præ nimia sollicitudine inter orandũ etiã sæpe mundanorũ negociorum fantasias, mẽs per imaginationẽ recipit, quid aliud Bala q̃ ad fornicationes Ruben sinũ suum expandit? Cogita nunc ergo q̃ sit ineptũ, vt eo tẽpore quo debes pro æternis malis remouẽdis Dño supplicare, incipias tẽporalia tantũ pericula præ oculis habere, & illa sola corde reuoluere, illorũ propter quæ veneras obliuisci, illa quorũ obliuisci debueras sola reminisci. Recte igitur improperat atq; timori dicitur. Effusus es &c. vsq; stratum eius. Sed vt totam figurã exponamus aduerte, q̃ affectus timoris maiorẽ præ cæteris siue ad bonũ siue ad malũ efficaciam habere videtur. Si quidẽ per illum frequenter mens a statu rectitudinis deiicitur, sed quolibet modo deiecta sine illo nunquã reparat. Quis em̃ de quouis peccato q̃uis paruo, sine timore liberatur? Sine timore mala nostra nũquã deserim9, sine timore bona operari, nec saltẽ inchoamus: & propterea dixit Iacob. Ruben primogenit9 meus, tu fortitudo mea principiũ doloris mei, prim9 in donis, maior in imperio. Primogenitus est timor, quia vt superius diximus in vulua. i. in principio spiritualis cõceptionis cõcreatur quãdo Deo cõcipimur, quo & operari incipimus, ideoq; primogenitus & fortitudo nostra

timor est Ruben,

est timor

est timor Dei, qui nos fortiores reddit ad bene operandū, vt manum mittam⁹ ad fortia. Estq; principium doloris, quia pœnitentiā timore incipimus: vñ Richardus ait. Quis in illo vnquā prelio victor extitit, vbi spūs aduersus carnē, & caro aduersus spiritum cōcupiscit, quādo sine timore pugnauit? Recte ergo primogenit⁹, quonīā a timore ōne bonum inchoatur: rectē fortitudo dicitur, quia per timorem Dñi cor aduersus concupiscentias roboratur: recte principiū doloris, quia timorem Dñi vtilis dolor comitatur, dolorem q; pœnitētiæ precedit. ¶ Videamus nunc qualiter est prior in donis. Inter ōnia dona Dei salutaria, primū & principale est bona volūtas, per quā in anima nostra Dei reparatur imago. Quicquid homo agat, bonū esse nō potest, nisi ex bona voluntate procedat. Quod ex bona voluntate fit, malū esse nō potest. Sine bona voluntate homo nullo modo saluari potest, cū bona voluntate perire nō potest. O donum mirabile, o donū singulare. Hoc est illud primū & principale donum, quod primogenito Ruben tribuitur: quia absq; dubio per timorem Dñi voluntas mala in bonā commutatur. Cur itaq; prim⁹ in donis nō sit, qui primū & principale donū accepit? Primū quia a bona voluntate bonū omne inchoatur, principale, quia bona volūtate hominibus vtilius nihil datur: vnde primus est timor in donis acceptis. Nunc videamus cur est maior in imperio. Quis hunc Ruben cæteris maiorem esse neget, qui cæteris ōnibus imperat? ante eius cō spectū Leui cedit, quia superueniēte timore spes cadit: ad eius imperiū sępe Iudas secedit, Zabulon accedit, quia cogēte timore sæpe charitas refrigescit, odium exurgit. Ad nutū ipsius Ysachar egredit, & Symeō ingreditur: quia subintrante timore sępe & gaudiū excluditur, & dolor admittitur. Rubē ergo fratribus imperat: nunc videamus quom ō imperiū

timor est prior in donis.

timor est maior in imperio.

ſuũ præ cæteris latius extendit. Certe alia ſunt quæ amamus, alia quæ odio habem⁹, ſed ꝓ vtriſq; time re ſolemus, dum ſæpe iſta amittere, illa formidam⁹ incurrere. Diuidũt itaq; Iudas & Zabulon inter ſe regnũ, ſed Ruben ſe extendit ad totũ, quia verus a mor ad ſola bona, verũ odium ad ſola mala, timor ſe effundit ad hoc & ad illa. Zabulon dat partẽ partis ſuę fratri ſuo Symeoni: pro aduerſis em̃ dolem⁹, ſed nõ pro õnibus, quia nõ omnia ſuſtinem⁹. Iudas in imperio maior eſt q̃ Leui, & mũlto maior q̃ Yſa char, plura em̃ ſunt quæ debemus diligere, q̃ quæ audemus ſperare. Sed cõſtat nihilominus copioſio rem eſſe materiã ſperandi q̃ gaudendi, quia õnia de quibus gaudem⁹ pauca ſunt, ad ea quæ habenda ſpe ramus. Iudas itaq; & Zabulon imperij ſui magni tudine cæteros fratres vincũt: verũ tamen ad men ſuram Ruben extẽdere ſe nõ poſſunt. Omnes itaq; Ruben antecedit, quia cæteros prim⁹ longe poſt ſe reliquit. Omnia em̃ quæ cõſtat homines amare, ſpe rare, odiſſe, pro quib⁹ dolere, vel gaudere ſolẽt, mul tiplicis timoris cauſas ex ſe gignere valẽt. Sæpe nã q; circa vnã rem quã diligimus, plures timẽdi cau ſas inuenim⁹. Quot modis ſiquidẽ perdi poteſt, tot timoris occaſiones dare poteſt. Multũ ergo Ruben dilatat regnũ ſuum, ſed vires ei adminiſtrat non ſo lum occultorũ multiplicitas, ſed etiã mutabilitas ap parentiũ. De quo em̃ ſecurus eſſe poſſum, qui nil ha beo, quid perdere nõ poſſum? quãdo hic ad ſcientiæ certitudinẽ pertingã, qui innumerabiliter plura neſ cio, q̃ ſcio? quia igitur timor cæteris affectib⁹ latius diffundit, recte Ruben fratrũ cõparatione imperio maior eſſe perhibetur. Et ne creſcat a patre ſuo pro hibetur, ſed eo videlicet tẽpore quo ſicut aqua diffu ſus erat, quãdo iam patris cubile aſcẽderat, ſtratũq; eius iam maculauerat. Ruben (inquit) primogenit⁹ & c. vſq; ſtratũ eius. Ecce Ruben quantũ malũ prę

Timor ni mi⁹ nocet.

ſumpſit

sumpsit, quia vltra modū excreuit. Cito malū periculum incurritur, si timor noster nō moderatur: vñ propterea volēs angelus hunc ad moderamē reducere dixit, Ne timeas. s. tantū, vt turberis, ac per cō sequens impediaris a bono, quia nimi⁹ timor retrahit hominē a bono incepto. Egemus ergo timore, sed nō nimio, quia quādo nimius est, sola eius nimietas hominē deiicit, ac vincit: iuxta illud. Fugit impius nemine persequēte, iustus autē quasi leo confidens absq; terrore erit. Non dixit absq; timore, sed absq; terrore erit: quia tantū nocet timor quādo nimius est, quantū prodest dum moderatus est. De timoris moderamine postera die agam, nūc satis est potuisse videri, q̄ necessarius est timor, & quibus modis potest peccare. Orem⁹ nunc Deū vt nos perducat ad cœlestem Hierusalem, vbi timore malor̄ sublato, requiescamus in pace ḡloriæ, quā mihi & vobis præstet Iesus Amen. Pro. 28. a

¶ Dominica scd'a aduentus, in honorē sancti Nicolai pontificis angelici, sermo cōmunis cuilibet sancto pontifici.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio de angelica prouidentia.

ANgeli non dicuntur mitti nisi ad negotia exquisita, & particularia, & ad ea quæ sunt eis superiora, vti fuit incarnatio verbi, ad cætera vero negotia communia suæ authoritatis motu veniunt, peragūtq; non solū ea quæ Deus iubet, sed etiā ea quæ vult, nā plura vult, quę nō iubet Nec solū quæ Deus vult, sed quæ sibi bona vidētur efficiunt, & ea quæ ipsamet negotia exigūt. Nec nō & nostræ parent voluntati, deprecabiles em̄ sunt vnde cū Thobias vellet filiū suum mittere, angelum deprecabatur, vt cū eo iret, quē ita strēnue duxit, ac reduxit, vt fateret̄ Thobias se non esse soluēdo, nec posse tantę pietati ęquā vicē rependere. Vnde nō so angeli nobis parati sunt.

lum angelꝰ efficit, quē viri iusti deprecātur, sed ma iora. Propter hanc igitur angelicā solertiā signanter monet nos Sapiens, dūait. Ne dicas corā angelo nō est prouidētia. Quāuis te videas orbatū ac destitutū quāuis ad votum tibi nulla succedāt, quāuis iudicio tuo videātur angeli dormitare, caue ne dicas coram angelo, non est prouidētia, quia magnā iniuriā irrogabis ei, quoniā sicut nil fugit prouidētiam Dei circa intelligibilia, sic nil fugit prouidentiā angeli circa factibilia, ideoq; vt notat Hugo quæ putatur desidia medicina est, & pœna. Praui homines desides putant angelos: cū eorū omissio designet nostrā derelictionē, & eorū incuria nostrā accidiā. Si arbitraris, q; angelus te negligit, crede te neglexisse Deū. Iure quidē angeli derelinquunt Dei sui desertores. Eccl. 5. b.

ãgelꝰ circa pigros est piger.

Eorū tamen prouidentia superior est nostra, quia humana prouidentia (vt notat Augustinꝰ) ex presentibus futura perpendere solet, angelica vero in originali futurorū Deo cuncta velut præsentialiter dinoscit, & præcauēs in futurū, aliqua circa nos agit quę dissona poterūt iudicari: tamē caue ne dicas corā angelo, nō est prouidentia, quia si fuerit inte, erit nēpe in eo, quia magis prouidi sunt circa prouidos. Sit ergo in te prouidentia, & erit in angelo. Prouidentia quę debet esse in te est beata ẏgo Maria dei genitrix angelorū moderatrix, quorum nec dubiū obtinebimus auxiliū ad presentē sermonem, si ei offeramus angelicam salutationē, dicentes Aue Maria.

ãgelorū ꝓuidentia magan est

¶ Argumentū vbi ostenditur, q; per media reducuntur extrema.

TRiuialis apud beatū Dionysium sententia est q; Deus optimꝰ maximus per media reducit ac disponit extrema: vnde tria sunt corpora. s. luminosa, dyafana, & obscura. Corpꝰ luminosum est sol: obscurū est terra, dyafanū est luna. Cū ergo luna medium teneat, per eam sol noctu nos illumi-

nat. Sic

nat. Sic Dñs noſter cū ſit ſupręmus, noſq; nimis ab eo elongati, velut terra a ſole ſeparemur ab eo, per ãgelos ſuos, velut per medium, diſponit nos, iuxta pſalmographū dicentẽ. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiãt te in omnibus vĩs tuis. Cum aũt per angelorū ſolertiam aliqui hominū ad angelicos mores cõſcendant, eiſq; ſimiles fiant, cõgruentius viſum eſt tales iam angelicos homines hominibus minorib⁹ pręficere, vt eis cõiungant in officio, quibus cõiuncti ſunt in minoribus. Et etiã quia homines viſibiles pariter viſibiles cupiũt pręſules, vt per naturæ cõformitatẽ ducantur ad creatoris ſimilitudinẽ ac ſublimitatẽ: Vnde propterea de iſto prelato iam in officio angelico ſtabilito, ait thema. Miſſus eſt angelus Gabriel. Viſo quom ō propter ſublimitatẽ vitæ fuit miſſus, in duabus ſermonis partib⁹ duo alia thematis ẏba ad huius ſancti honorẽ exponam, quia quo ad perſonã ſuã fuit Gabriel, & quo ad officiũ fuit angelus. Diuiſio.

℣. Magnum quid eſt dici Gabriel, et maius eſt eſſe Gabrielẽ, & maximũ, ꝙ quãuis nõ ſit Gabriel, nec dicatur Gabriel, tamẽ ꝙ mereatur dici Gabriel: nã interpretatur fortitudo Dei. Sanctus hic in perſona ſua fuit merito Gabriel, quoniã reiecta omni aliena fortitudine ſola mãſit in eo fortitudo Dei, quæ õnia vincit, & etiã illum in quo eſt, vt victũ faciat victorem. Fortitudo Dei dominata eſt animo huius ſancti, & fugauit inde omnẽ aliam fortitudinẽ, quatenus poſſet ſola in eo regnare: nam ꝓpterea ſcriptũ eſt. Ceſſauerũt fortes Iſrael, & quieuerunt, donec ſurgeret Delbora, ſurgeret mater filiorũ Iſrael. Noua bella elegit Dñs, portas inimicorũ ipſe ſubuertit Delbora interpretat ſubiectio. ſ. actiua, quia ſubiecit omnẽ alienã fortitudinẽ. Hæc bis dicitur ſurrexiſſe, quoniã fortitudo Dei duo facit: prius ſubĩcit exteraneã fortitudinẽ, poſterius ãt accingit ſe ad ipſum regnum

Prĩa pars. Gabriel quid?

Iudicũ. 5. a Delbora ẽ fortitudo quæ duo facit.

regnū cœlorū debellandū. Nam propterea dicitur, Noua bella elegit Dñs, quia dat fortitudinem plebi suæ, vt valeat expugnare regnū ipsius Dei. Prius tamen vult, vt extranea ōnis fortitudo expellatur, ac debelletur, quæ varia est. De prima quæ est insensibilitas, dixit Iob. Neq; em̄ fortitudo lapidū fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Væ autē vulneratis, quādo nō dolent, & flagellatis quādo non sentiunt quoniā fortitudo mala est in eis. Alia fortitudo dicitur presumptio. s. eorū qui de seipsis cōfidūt: de qua Paulus ait. Infirma mūdi elegit Deꝰ, vt fortia quæq; confundat. Tercia fortitudo est eorū, qui beneficijs Dei roborātur, & postea fortes sunt, vt faciant mala abutentes donis Dei, qui cōqueritur dicēs. Irruerunt in me fortes. &c. Quarta fortitudo est audacia superborū, de qua dicitur. Præcepit rex (. s. super ōnes filios superbiæ) fortissimis de exercitu suo, vt ligatis pedibus trium puerorū. s. humiliū, eos mitterent in caminū ignis: quia superbi humiles cruciant. Quadruplex quā dixi est fortitudo diabolica, et hanc debet expellere fortitudo Dei. ℭ Secūda est fortitudo peccatrix, quādo quis fortis est ad miscēdam ebrietatē, & ad carnes deuorandū, & ad luxuriādū vt Sampson, qui amore fœminarū captus multa patiebatur. Est etiā fortitudo mūdialis varia, nam quidam sunt, qui sustinere vel aggredi ardua & periculosa nō dubitant: sed quia hoc faciunt propter honoresacquirendos, & nō propter ỹtutem, nec propt bonum cōmune, ideo mūdani fortes iudicantur, & nō christiani. Altera fortitudo humana est, aggredi aut sustinere ardua propter metū penę, ac propter legum timorē, quæ mulctant eum qui cornua patitur Nam sunt multi castigantes vxores suas, ne adulterent, & fortiter eas subijciūt, ne ipsi postea ob eorū peccata puniant. Tercia fortitudo est aggredi moreis pericula, timore penæ præsentis, aut coactione, velut

fortitudo diabolica.

Psalm.

Danie

fortitudo peccatrix.

fortitudo mūdana ē varia.

velut quãdo milites cõgredi cõpellũtur tẽpore cõgressus belli, q̃s duces cogẽt ad pugnã. Tũc timor excitat fortitudinẽ, & velint, nolint, necesse habeut fortiter agere. Quarta est fortitudo irę, cũ quis propter irã vel furorẽ fortiter agit: nam scd'm stoicos ira est os durũ fortitudinis. Quĩta est fortitudo spei, cum .s. propter multas victorias acquisitas, nõ propter artem, nec propter armorũ experiẽtiã, fiduciã cõcipiunt, & spẽ victoriæ, vt in ebrijs & audacib9 cõtingit, nã tales a philosopho bonæ spei dicuntur. Sexta est fortitudo artis, quæ viget in militibus, qui propter peritiã armorũ, & exercitiũ bellandi nõ reputant grauia pericula belli arti suæ fidentes, vt ait Vegecius de re militari, quia nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit, vti bonus gladiator quiarti gladiatoriæ fidit. Septima fortitudo hũana vocatur a philosopho experiẽtia bellica, quæ est fortitudo militaris. 3. ethicor. Experientia em̃ fortes facit expertos, ita vt nõ timeant aggredi ea quæ sæpe sunt experti. Octaua fortitudo hũana est ignorantia nã & ignari sunt fortes aliquando aggredientes & sustineutes ardua, quia multi nescientes pericula occurrũt grauib9 & arduis, & hij minimũ de fortitudine habent, quia fortitudini necessaria est sapientia Vltima est fortitudo lucri, ac superior cæteris, pluresq; habet sectatores, vñ Horati9 de ipsa dixit. Impiger extremo, curris mercator in Indos, per mare pauperiẽ fugiens per saxa per ignes. Fortitudo Dei est aduersus õnes, quas dixi fortitudines, qua ꝓpter de hoc sancto exponi potest illud Euangelij, Cũ fortis armat9 & c̃. vsq; distribuet. Iste armatus diabolus habet arma, & sũt primę fortitudines, quas dixi diabolicas esse. Et habet spolia & sunt fortitudines humanæ, quas scd'o vidisti. Et vt ait Matthæus habet vasa, & sunt humanæ fortitudines, quas tertio posui. Omnib9 his fortior fuit sanctus iste dũ arma

fortis armatus est dæmon. Lucæ. 11. c. Matt. 12. b.

cõfregit

cõfregit, spolia distraxit, vasa diripuit, Fortitudo diaboli est confringenda, fortitudo peccatrix vincenda, fortitudo humana rectificãda, & in meliora vasa formãda. Fortior autem diabolo fuit sanctus iste, ideoq; dicitur superueniens, quoniã habens fortitudinẽ Dei super ipsum irruit, & strenue vicit, ideoq; palmã victoriæ obtinuit, quoniã scriptũ est. Erat autẽ Delbora prophetis vxor Lapidoth, quę iudicabat populũ in illo tẽpore, & sedebat sub palma quę nomine illi⁹ vocabatur. Hęc est illa Delbora de qua loqui cępimus, quæ debellauit exterã fortitudinem hæc est prophetis, quia fortitudo Dei cõsilio diuinę legis dirigitur. Et est vxor Lapidoth, quia huic sancto indissolubili vinculo adhęrebat. Hęc iudicat populum oppressionis tẽpore, vt mund⁹ minor & sẽsus nostri & mẽbra fiãt arma iusticiæ, & iã desistãt seruire iniquitati. Hæc ergo Delbora quæ est fortitudo Dei sedere dicitur sub palma, vt innuat q; per palmã victorię coronatur. Sed palma nomine illius vocabatur nimis nãq; cõueniũt fortitudo & palma quæ sibi datur, sicut cõuenire solent meritũ & præmiũ, quoniã sec'm mensurã meritorũ est præmiorũ modus. Quãta fuerit tua fortitudo, tanta erit palma victoriæ, tanta erit corona, quoniã altera nomĩe, alterius vocatur. Verũ & etiã aliud profundi⁹ mysterium notat in hoc, q; fortitudo sedet sub palma. Cũ ipsa consummata fortitudo dicatur palma, inutilius repetitio videtur, dũ palma sedet sub palma, tamen hic geminatur mysteriũ, aduerte ergo quia de origine palmę dicitur, q; de osse dactili germen egrediẽs totã substantiã illi⁹ ossis cõuertit in lac, & exĩde surgit, & accipit iniciũ incrementi. Sed est palma masculina, & palma fœminina. Palma quæ masculina dicitur Deus pater est, cui⁹ fructus Christ⁹ filius ei⁹ intus fortis & osseus per diuinitatẽ, extra rube⁹, tener ac dulcis per humanitatẽ. De isto osse sanct⁹. N.

Iudic. 4. a

fortitudo est corona

palma duplex,

egreditur

egreditur ſicut virga de radice Ieſſe. Subſtantiã da-
ctili quę oſſea per diuinitatẽ erat, cõuertit in lac de-
uotionis, quo ab infantia ſua nutriebatur aníã iſtius
ſancti, a quo & gratiã perficiendi accepit, vt quaſi
palma exaltari poſſet in cades, quæ ſanctitas inter-
pretatur. Sed modus quo palma creſcit (non parum Eccl. 24.
doctrinæ habet) nã talis eſt. In imo aſpera eſt, & no
doſa, & gracilis, & quãto aſcendit altius, tanto gro
ſſior latiorq; efficitur cõtra morẽ arborũ aliarũ, vn
de Gregorius ſuper id Iob, ſicut palma multiplica-
bo dies ait. Palma inferius aſpera & anguſta, ſupe-
rius lata & pulchra. Cæteræ arbores inferius vaſtę
roborantur, dũ creſcũt, ſuperiꝰ vero anguſtãtur, ſed
palma econtra, ſic nẽpe mundani ſunt debiles in ſu- profectus
pernis, vel ſi bene incipiũt paulatim rareſcunt, ſãcti iuſtorum
autẽ econtra: vñ Iſaias. Qui ſperãt in Dño, mutabũt Iſaiæ. 40.
fortitudinẽ. Et Pſalmographꝰ ait. Iuſtus vt palma
florebit, ſicut cedrus libani multiplicabit. Et ſponſa
.i. aníã iſtiꝰ ſancti ait. Dixi, aſcendã in palmã Dixi. i. Cantic. 7.
aſceẽſiones ĩ corde meo diſpoſui ĩ valle lachrymarũ,
vt in fortitudinis ỽtute, pficerẽ & vſq; ad perfectũ
aſcenderẽ habet eñ vnaquęq; virtus ſuũ aſcenſum,
& ſuã palmã, & ſuũ profectum, & ſuam beatitudi
nẽ, tunc eñ germẽ Dñi creſcit, & aſcendit in palmã
& eſt in magnificẽtia & gloria, cum virtꝰ proficit,
& perficitur in beatudine: beatitudo nãq; eſt quaſi
perfectio & palma virtutis, vnde iuxta numerũ be
atitudinũ. 70. palmas inuenerunt filij Iſrael in de-
ſerto, cũ inciperent proficiſci de Aegypto in terram
promiſſionis. i. de ſtatu peccati ad perfectionẽ vir- Exodi. 15.
tutũ. Ergo beatus eſt vir ille, o Dñe Ieſu, cuiꝰ auxili
um abs te in iſtis aſcenſionis gradibus, nã niſi aſcen
ſor cœli ſit auxiliator eius, nunq; in palmę altitudi-
nẽ aſcendet, & fructꝰ eius nullatenꝰ apprẽhendet,
ſed tu Dñe adiuuas infirmitatẽ noſtrã, & maxime
iſtiꝰ ſancti qui ait. Fortitudo mea & laus mea Dñs Pſal. 117.

& factus

& factus est mihi in salutē, Sup hoc ait Alexander de Halis. Ab illo habeo fortitudinē, & laudē, nō mihi ascribo sed ei a quo habeo, sine quo nec fortē, nec laudabilē me esse reputo. Et ipse factus est mihi ī salutē qui in se non factus est. Christo factus est Deus pater in salutē, cum ipsum a morte suscitauit. Posuit sanctū istū concernentia, primo quia fortitudo mea est Deꝰ, hoc cōtra auariciā, quę dicit. Fortitudo mea
Prou. 18.b. denariꝰ, vnde substātia diuitis vrbs fortitudinis eiꝰ. Et laus mea Dñs contra superbiam quæ dicit. Laus mea vulgus non Dñs, laudatur em̄ peccator in desyderijs animæ suæ quasi iustorū facta habeat. Factus
tria pcta. est mihi in salutē contra carnē quæ ait. Non est cen-
Eccl. 30.c. sus super censum salutis corporis. Dñs autē Iesus
Eccl. 30.c. factus est mihi in salutē nō carnis quantū ad p̄sens sed animæ, nā carnē pręcipit affligi, vt spūs saluus fiat, vnde Sapiens ait. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Iusticia est vindictā de carne sumere, & ī hoc est salus animę. Ad palmę ascensum redeūdo aduer-
gradꝰ fortitudinis. te, q̄ primus gradus fortitudinis est magnanimitas quæ est (vt ait Philosophus) rōnabilis aggressio terribiliū, quia opus fortitudinis est animū non teneri a corpore, ductu Pholosophię quodāmodo recedēte in altitudinē ad superna. Verū quia multi viam perfectionis fortiter aggrediuntur, & cito pœnitet eos, aut desperant sicut vulgus promiscuū in deserto, & vxor Loth retro respiciēs ideo q̄ secundꝰ gradus huius ỹtutis dicitur fiducia, quæ est certa spes, rem ceptā perducendi ad finē. Hac virtute Iosue & Caleph soli terrā promissionis intrauerūt inter sexa-
Nume. 14. centa milia hominū. Tertius gradꝰ securitas dicit, & est habitus quo non formidantur superueniētes incōmoditates, quę virtuti obuiant. De hac securitate dicitur. Iustꝰ quasi leo cōfidens absq̄ terrore erit
Pro. 28. Quartū gradum vocāt pacientiam, hic est bonꝰ animi habitus, quo ōnes incōmoditates ęquanimiter

supportā

supportātur. Huiꝰ virtutis laudibus tota pœne sacrę scripturę pagina plena redundat. Quintꝰ gradus cōstantia dicitur, quæ est animi stabilitas in proposito non vacillans. Hanc post pacientiā sequi necesse est, ne bonus Christi miles a bestia quam exuperat per elationē opprimatur, vt legit̄ de Eleazaro. De hac Seneca. Bis vincit, qui se vincit in victoria. Et alibi ait. Vnū bonum est virtus, quæ inter vtrāq; fortunam quasi superba incedit cū magno vtriusq; contemptu. De hac Paulus ait. Optimū est gratia stabilire cor. Sextus gradus est magnificentia, quę est p̄clarorū negotiorū fœlix consummatio. Hāc vester Philosophꝰ perseuerantiā vocare, quæ sola accipit brauiū, sola meretur coronā. Hucusq; ascendere docent Philosophi, vltra fœlicē inceptorū negotiorū consummationē esse aliquid altius nescientes, tamē sacra scriptura septimū gradū ponit dicens. Cū consummauerit homo tūc incipiet. Et Psal. Dixi, nunc cæpi. Isto gradu erat Paulus cum dixit. Quæ retro sunt obliuiscens in anteriora me extēdo. Beati ergo qui esuriūt & sitiunt iusticiā fortitudinis amplioris. Palma, vt ait Plinꝰ, quo ānosior eo fructꝰ eius melior est, vnde fortitudinē diuturnitatē requirit, quia Valeriꝰ ait. Magnū fortitudinis exēplum ātiquitas affert. Sed'm Pliniū ad hoc ꝙ palma fructificet tria requirūtur, quibꝰ fortitudo suos fructꝰ affert, in quibus & sanctus iste reperitur. Primo ergo requirit̄, ꝙ palma sit in solo nō fimoso, nec pingui, sed macro & sabuloso. Item quod sit in regione nō frigida sed feruida, & solis radijs repercussa, tertio ꝙ sit in societate alterius, & non sola. Sic vere vt hic sanctꝰ fructificaret per bona opera, illis tribus vtebatur, solū ipsius. i. status nō fuit fimosus per diuitias male acquisitas: nō pinguis per delicias, sed macer & sabulosus per pœnitentias, & abstinentias, & paupertatem, & miseriā, & sic fructificauit, iuxta illud Thobię. Pau

constantia cor firmat.

1. Mach. 6.

Hebræ. 13.

Eccl. 18.

Phili. 3.

tria probāt fortitudinem

Thobi. 4. bię. Pauperē vitam gerim⁹, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deū. Item ſecūdo regio eius. i. actus exercitij in quo fuit nō erat frigid⁹ per indeuotionē, ſed feruidus per dilectionē, peruſtus per pœnitentiæ macerationē, radijs ſolis Chri expoſit⁹ per contemplationē. Tertio habuit proborū hominum ſocietatē, vt impleretur in illo, cū ſancto ſanct⁹ eris Fœlix ergo pręlatus qui in feruore pœnitentię, in

pręlatus qualis eſſe debet. macredine paupertatis, in conſūctione optime ſocietatis velut iſte fuerit, quia cū illo merebitur vocari. Gabriel. i. fortitudo Dei. Vos humana fortitudine vtimini, ideoq; velut homines moriemini, qui autē fortitudine peccatrici vel diabolica vigēt deſcendēt ſicut fortes Pharaonis in mare inferni, vbi potētes potenter cruciātur, & fortes fortiter. Sed qui cū ſancto noſtro diuina fortitudine potiūtur, regno cœlorum vim inferūt, & velut alter Iacob pręualent ad angelū, ita vt vocentur angeli, quod in hac poſteriore ſermonis parte videbimus.

¶ Poſterior pars, vbi eſt & alter ſermo.

VIdimus, quom⁹ ſanct⁹ iſte eſt fortis, in quo propria iuſticia deſignatur qua ſi quis caret angel⁹ fieri nō debet, quia officio fūgere nō poterit, qui em̄ ſibi nequā eſt, cui vnq; bon⁹ erit? & etiā ſi alijs virtutib⁹ quis polleat, carens fortitudine pręeſſe nō pręſumat, quoniā propter hanc

fortitudo neceſſaria prælato. ſignāter dixit Sapiens. Noli fieri iudex niſi virtute valeas irrūpere iniquitates, ỽtute. i. fortitudine nā de ſeptem ſpiritib⁹ qui ſunt in cōſpectu Dei, pręſertim datur apoſtolis ſpūs fortitudinis, qui dicitur vehemens. De quo & Chriſtus eis dixit, ne pręlationem exercerēt, donec induerētur ỽtute ex alto. Anteq; fiat in officio angelus, oportet, q; ſit Gabriel in perſona. Q. autē pręlatus ſit angel⁹ vel per hoc patet, quoniā non per vnū angelū ſed per ōnes figuratur. Vndeaduerte, q; vt notat Dionyſius in fine cœleſtis Ie

lestis Ierarchie, angeli sicut discursu scripturæ patet quandoq; visi sunt aiati atq; pēnati. Ysaię. 6. a. sex alæ vni &c. aliquando vestibus igneis visi sunt induti, Danie. 10. Brachia eius. s. angeli, & quę deorsum erāt vsq; ad pedes quasi species ęris candentis. Aliquando zonis aureis visi sunt accincti, Apo. 1. Precinctū ad mamillas zona aurea. Aliquādo ỽgis & sceptris visi sunt habere sicut Iudicū. 6. legitur q̄ angelus extendit summitatē virgę quā tenebat. Item aliquādo tela & gladios visi sunt gestare, vt patet. 2 Reg. 24. vbi Dauid vidit angelū euaginato gladio Aliquādo trullas & perpendicula visi sunt habere, sicut de Amos legitur, q̄ ipse trullā cemētarij vidit Amos. 7. Aliquādo calamos & mensuras visi sunt tenere, vt Zacharię. 2. vbi de quodā angelo dicitur q̄ habebat calamū mensurę ad mensurandā Hierusalem. Item aliquando visi sunt cum phialis & aromatibus Apo. 4. Aliquādo cū cytharis, ibidē. Aliquando cū tubis dure clangētibus Apo. 9. Aliquādo cū atramentis, & scriptorū instrumentib⁹. Eze. 9. Hęc omnia aptātur prelatis, in quorū figura visi sunt, nā hij sunt ministri sicut angeli, de quibus dicit Accesserūt angeli, & ministrabāt ei. Hij debent habere alas. i. sublimē affectionē & contēplationem. Vestes igneas. i. feruentē amorem Dei & proximi Zonas aureas. i. sapientiā & splendentē discretionē Virgas & sceptra. i. auctoritatē & iurisdictionem. Tela & gladios. i. rigorē, seueritatē & correctionē Trullas & perpendicula quæ sunt instrumēta ędificandi. i. exemplarē ac verbalem ædificationē. Calamos & mēsuras. i. discretā subditorū examinationē ac suorum meritorū distinctionē. Phialas & aromatha. i. suauem deuotionē, & bonæ famæ odorem. Cytharas & cantus. i. benignā tribulatorū consolationē, ac Dei laudē, & gratiarū actionē. Tubas. i. asperā reprehensionē, & fortē exercitationē in bono

prelati sint angeli.

Atramē

Atramentū ſcriptorū. i. diuinæ voluntatis in alīs deſcriptionē, & notificationē, & prædicationē. Talia igitur officia, inſtrumēta, & ornamēta ſpūaliter intellecta habēt boni prælati, quāobrē angeli poſſunt dici, iuxtā illud Pſal. Qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos. Hæc oīa faciliter poſſunt mādari memorię ſi per alphabetū diſponātur ſed quia gñalia ſunt oportet ea huic ſācto aptari narrādo eiꝰ ỽtutes quæ ſi ſanctus eſt, plurimæ ſunt. Ad particularia vero deſcendens eū angelo cuſtodi poteris conferre qui vt dicit magiſter ad bonū excitat nos, in vīs noſtris ne dormiamꝰ. Spūaliter nos reficit ne ſub onere ſuccūbamus. Arcet dæmones, ne leſionē ab eis ſubeamus. Inſtruit in ambiguis, vt certitudinē habeamus. Conducit in via, ne per inuia deuiemus. Item iſte aſſiſtit nobis in triſticia poſitis, vt conſolemur. Cōpatitur delinquētibus vt emēdemur, aſtat prælīantibus, vt adiuuemur. Sanat vulnera ne moriamur. Itē angelus cuſtos peccata noſtra nobis reducit ad memoriā, vt erubeſcamꝰ. Voluntatē Dei annūciat, vt eā impleamus. Impedimēta aufert, vt Deo liberiꝰ ſeruiamꝰ Frequēter nos viſitat & nobis ꝑcauet ne offendamꝰ. Hæc oīa ſunt apta ſancto huic bono prælato ſubditorū cuſtodiæ deputato, qui pro culdubio habet officiū tā angelicū q̄ diuinū. Iſte enim ſubditos prædicando, ne in vicīs dormirēt, excitauit. Figura eſt, Actu. 12. vbi Petrū in carcere poſitū, ac dormientē angelus percuſſo ipſius latere excitauit. Itē iſte cibos exemplorū doctrinæ, ac temporalis eleęmoſinę miniſtrauit, vt figuraliter patet .3. Reg. 19. vbi angelꝰ apportauit panē Helię dicēs. Surge comede, quia grandis tibi reſtat via. Item iſte dæmones. i. hęreticos, & tyrānos, ne ſubditis ſuis nocerēt, coarctauit, ſicut legit de Raphaele Tho. §. q̄ Aſmodeū qui Saræ maritos occiderat religauit. Iſte quoq; ſanctus, ne errarēt ſubditi, ipſos in rebꝰ dubīīs

actus āgeli cuſtodis.

prælatꝰ ſit angelꝰ cuſtos.

dubijs instruxit, vnde angelus ait Danieli.9. nūc egressus sum, vt docerē te. Itē sanctꝰ hic subditos in viā mortū duxit, ne per vitia deuiarēt, nā eis verbis & exēplis viā iustitiæ ostēdit. Meminerat ēm Psal. dicentis, Angelis suis Deus &c. exemplū est Thobię.5. vbi Raphael angelus dixit Thobię. Ego sanum ducā, & reducā filium tuū. Itidē tristes ac tribulatos consolatꝰ est, vt Lucę.23. vbi angeli Christum dū erat in agonia confortauit. Et Genes.19. vbi angelus Agar desperāti, ac fugiēti consolationes & consilia bona dedit. Itē delinquētibus condoluit pręliantes ac certātes contra fortunā & cōtra vitia iuuauit, & languētes & ęgrotātes a vitiorū vulneribus sanauit, exemplo boni angeli, qui prę cōpassione supponitur flere, Iudic.2. Apparuit autē angelus Dñi ad locū flētium & Esaie.33. angeli pacis.i. prælati amare flebūt. Exemplo etiā illiꝰ angeli qui Iacob luctantē, voluit exercitare, & cōtra Esau, pmisit iuuamē. Gene.32. Exemplo insuper illiꝰ angeli, qui tobię cęcitatē voluit sanare, & sibi oportuna remedia adhibere. Itidē iste noster angelus peccata subditorū ad eorū memoriā reducens, voluntatem Dei prędicabat eis, impedimēta & scandala se mouens. Angelus ēm filijs Israel peccata sua improperauit, Iudic.2. Angelus Chri natiuitatē pastoribus nūciauit. Angelꝰ insuper filios Israel prędecedens ipsos ab offendiculis eripuit. Exod.23. prędecedet te angelus meus, & introducet te ad Eneū, Etheum, & Amorręū, quē ego cōteram. Hęc ōnia sanctus iste peregit erga sibi subiectos quos & angelos effecit; nā sicut rex impius ōnes ministros habet detestabiles, sic rector optimus eos angelicos reddit. De malis prędatis omnes effectus quos diximus euertere possemus, & in contrariū ducere, nam de pluribus subditis, dicitur. Angelus crudelis mittetur contra eos. Quia igitur prælati sunt mali, similes eis subdi

ypocrite angeli picti sunt.

ti eorũ, ideoq; non ãgelis viuis sed pictis valẽt cõparari. angeli veri, & ãgeli picti differũt inter se quia .s. angeli picti alas habere videntur, tamẽ nunq; volant. Os aperiunt, ac si cantare debeãt, tamẽ nunq; clamãt. Thuribulũ portant, qui tamẽ odorẽ nunq; emittũt. Cereos deferũt, & tamẽ nunq; illuminãt nec illustrãt. Tales picti & ficti angeli sunt ypocrite de quibus etiam dicitur, q; ipse angelus Sathanę transfigurat se in angelũ lucis. Nã talis angel⁹ videtur habere alas contẽplationis, & tamẽ nunq; exercet vnũ volatũ alicuius bone affectionis. Apparent os aperire, orare. s. ac Deũ laudare, & tamẽ vocẽ eius nunq; consueuit Dñs audire. Thuribulũ deuotionis ypocrita gerere videtur, verum tamen odor aromathũ, nec virtutũ suarũ nunq; percipitur, nec sentit. Cereos etiã bonorũ exemplorũ portat, & tamẽ seipsũ non illuminat, nec illustrat, quamobrem ꝓpheta dixit. Neq; splendebunt vt sol, neq; illuminabũt vt luna. ¶ Angelus in corpore assumpto aliquãdo comedere videt, & tamẽ cibus ille in corpus assumptũ non conuertitur nec mutatur imo potestatiue ab ipso cõsumit, & annihilatur, sic sane faciunt multi, qui videntur cibũ verbi Dei audire, comedere, ac recipere, inde tamẽ nõ se solent reficere, nec nutrire quinimo ipsum sic receptũ solent cõsumere, & annihilare, i. pro nihilo habere, & i nullã sui vtilitatẽ cõuertere, vel mutare, vnde cũ Raphaele dicũt. Videbar quidẽ vobis comedere, ac bibere, tamẽ non ita erat, vt apparebat. Nã ypocrita nõ venit ad lucẽ, ne manifestentur opera eius, sed in secreto calami suæ vanitatis õnia gerit aliter q; appareat. Causa hui⁹ mali est prẽlatus, eiq; debetur tota pœna, vnde propterea dixit Moyses ad Aaron, quãdo fecit populo vitulũ. Quid tibi fecit populus hic vt induceres sup eũ peccatum hoc maximũ? quasi multũ peccaret prælatus in subditos, quando eorũ

2. Cor. 11.

Baruch. 6.

Thobi. 12.

mali prẽlati dãnant se & suos.

Exod. 32.

praue cõ

prauæ cõdescendit volũtati. Vnde Lucifero tanq̃ malo prælato exaltato super astra dicitur. Tu terrã disperdidisti, tu populũ tuum occidisti. Præparate filios eius occisioni in cõspectu patrũ suorum ob iniquitatẽ eorum, nõ consurgent, neq̃ hæreditabunt terrã. Ecce qualiter propter prẽsidis prauitatẽ subditi plectũtur: & ambo. s. prẽlatus & subditis in foueam dãnationis cadunt: Nam hoc Iesus prædixit, dum carperet phariseos dicẽs. Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisei &c. dicunt & nõ faciunt, & sequitur. Clauditis regnũ cœlorũ ante homines; & vos nõ intrabitis. Prælati sicut & angeli nobis presunt, vt in regnũ cœlorũ animas nostras cõducãt, si hoc fecerint ambo intrabimus, alioquĩ ambo dãnabimur. Et sicut quãdo plures simul saluant crescit gaudiũ ob emolumentũ societatis, sic etiam crescit pœna dum prẽlatus & subditus pariter damnãtur. Vtinã quilibet per se damnaretur, quia min⁹ malum singulo adueniret. Elige igitur O prẽlate deponi, & vnum oculũ habens. i. curã tui soli⁹, in cœlum ibis: quia hoc melius est, q̃ si duas curas desides habeas. s. tuam & subditorũ. Fœlix ergo qui mauult oculo vno intrare in gloriã, quam mihi & vobis præstet Iesus Amen. Es. 14. c.

Matth. 23.

℣ Feria secunda dominicæ secnudæ aduentus: In die sancti Ambrosij: vbi agitur de discretione timori necessaria.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

℣ Inuocatio vbi ostẽditur q̃ propter Mariã nobis angelus destinatur.

SEcundũ qualitatẽ personarũ destinantur nũcij. Svñ Dñs noster malos angelos ad ipios mittit & pios ad bonos. Quemadmodũ rex Assuerus in signũ clementię aureã virgam extẽdens insinuabat amorẽ, sed noster Deus in signũ damnationis extẽdit ad prauos virgã ferream. s. angelũ malũ qui percu-

ssit Aegyptũ, & regẽ Sennacherib. Ad probos au-
3. Esdr. 1. f. tẽ viros extendit virgã auream, pręciosum videli-
cet angelũ de quo Neemias ait. Misit Deꝰ patrũ su-
orum per angelũ suũ reuocare eos, propter ꝙ par-
ceret illis & tabernaculo suo. Ecce quomõ bonꝰ an
gelus est signũ clemẽtiæ diuinæ, non solũ singulari
personę sed toti ecclesię, quia propter angelũ missũ
parcere vult tabernaculo suo Deus. Sed hoc nõ eue
nit nobis ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed
ex patrũ nostrorũ meritis, quod senserat Esdras, qñ
dixit. Misit Deus patrũ suorũ &c̃. q. d. propter me
rita patrũ angelus mittitur ad filios. Tanta equidẽ
est virtus iustitię, vt ex patribꝰ in filios trãseat. Si er
go clementiã suã antiquis ostendit Deus, in eo ꝙ an
gelũ eis misit, quid sentiẽdũ est de nobis, quibus nõ
solum Gabrielẽ angelum destinauit sed propriũ fi-
lium? nõ seruum sed omniũ hæredem, vniuersorũ
Dominũ, angelorũ principem. Sed quibus meritis
tanto nũcio meruimus frui? antiqui angelũ merue-
runt propter merita pręcedentiũ patrum suoꝝ, nos
aũt propter humilitatẽ beatæ ꝟginis tantũ obtinui
mus donũ, tanto potiti sumus legato. Nec em̃ erat
Maria nobis Deum meruit. in nobis ratio tanti boni, donec venit illa quæ dixit
Respexit Dñs humilitatẽ ancillæ suæ. Fœlix ꝟtus,
fœlix ꝟgo, fœlix ancilla, quæ oculos allexit Dñi sui
quæ filiũ venire fecit ad se. Quãuis ergo nostra tur
pitudo respectũ Dei nõ mereatur, sed auersionẽ, hu
militati Mariæ regraciemur, quæ oculos maiestatis
ad nos vsq; deiecit. Quis em̃ sicut Dñs deus noster
qui in altis habitat angelis, et humilia respicit in cœ
lo & in terra? In cœlo. i. in ꝟgine, cuius cõuersatio
in cœlis erat. Et etiã in terra, qa nobis terrenis vult
misereri Deus, propter matrẽ nostram Mariã, quæ
hoc meruit: ideo ei pro gratia impetranda orationẽ
angelicam præsentemus. d. Aue.

¶ Argumentum vbi ostenditur q̃ necessaria sit ti-
mori dis

mori discretio.

HEsterna luce. ac nudiustertius exposuim⁹ duplici sermone, illud ỹbum angeli, ne timeas Maria, vbi ostēdimus quāta sunt bona boni timoris, & quot sunt mala timoris mali: nec solū timori timere debemus, sed omnib⁹ virtutibus, quæ si modū ac mediū sibi consentaneū non seruant. virtutis nomē amittunt, cui periculo timor pariter subiacet: vñ Richardus ait. Cito magnū periculum incurritur, si timor noster per discretionē non moderatur. Et sic de alijs affectibus credere debem⁹, periculosos quidē esse, nisi eos intra æquitatis metas coerceamus. Certe q̄ malum sit dolorē & spem modum excedere, ex prædicto Symeonis & Leui facto facile possum⁹ aduertere, de quib⁹ per Iacob dicitur. Maledictus furor eorū quia pertinax, & indignatio eorū, quia dura. Caute igitur circa ōnes debet custodiri, vt nō solum sint ordinati, sed etiā moderati. Timor em̄ nimius sæpe cadit in desperationem, dolor nimi⁹ in amaritudinē, spes immoderata in præsumptionē, amor superfluus in adulationē lætitia superuacua in dissolutionē, ira intēperata in furorē. In huncitaq; modū virtutes in vicia vertūtur, si per discretionē minime moderētur. Hactenꝰ ille ostendēs quomodo virtus ōnis eget discretiōe, & maxime timor, qui citius degenerat, si modū ignorat. Nec em̄ soli sibi nocet nimius timor, sed etiā amicis & cōmilitonibus, nam propterea ejiciūtur a prelio viri timidi, ne (inquit) pauere faciant corda fratrū. Hic aduerte q̄ i militia spirituali cæteras virtutes eneruat inordinat⁹, ac immoderat⁹ timor, ideoq; iubetur ejci a prelio interiori: nam vir timidus ictu duplici, ac duplici morte occūbit, quia ipsa timiditas gladius est cor feriens intus: extra vero ferit gladius inimici: nam de viris timidis dicitur. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor. Ergo perne

medio egent virtutes.

timid⁹ nocet quoq; alijs.

Deu. 20. c.

i iij cessaria

neceſſaria eſt timori diſcretio, ne per quid nimis, aut per quid min⁹ peccet. In priori tandē ſermonis parte agam de diſcretione ſpūs, quę omniū virtutū mater eſt. In poſteriori vero diſcretionē videbimus in beato Ambroſio, cuius hodie feſtū colimus.

Diuiſio. Prīa pars.

¶ Iure merito Gabriel virginē contemplans, dixit ei, ne timeret, quia eā ſpōſam Ioſeph nouerat. Nec alium ſpōſum debuit habere virgo ỹginum, q̄ Ioſeph: quoniā quæ ſapientiā diuinā erat paritura, diſcretioni ſpirituū debuit nupſiſſe. In eo q̄ Maria nupſit ipſi Ioſeph, oſtenditur Mariæ cōſummatio, nam plures virtutes adoleſcētula queſierat: & vt omnis cōſummationis potiretur fine, nupſit Ioſeph. i. diſcretioni, quæ nō in adoleſcentia, ſed in bona ſenectute morū acquiritur. Vnde Richardus loquēs de ſerotina diſcretiōe, ſic ait. Hic eſt ille Ioſeph qui ſero naſcitur, ſed a patre plus cunctis amatur. Quis em̄ neſciat vera bona animæ ſine diſcretiōe nec poſſe acquiri, nec poſſe cōſeruari? Merito ergo illa virtus ſingulariter diligitur, ſine qua nulla cōquiritur, nulla conſummatur, nulla cōſeruatur. Sed vix ſero talē filiū accipere nos meremur, quia ad diſcretionis perfectionem nō ſine magno vſu, nō niſi per magna experimēta erudimur. Prius nos oportet in ſingulis virtutibus exerceri, & quid in vnaquaq; poſſimus experiri, quā poſſimus de ōnibus plenā ſcientiā percipere, ac de ſingulis ſufficiēter iudicare. Multa quidē de diſcretiōe legēdo, multa diſcimus audiēdo, multa ex inſito nobis rationis iudicio, veruntamē nunq̄ de hac plenū erudimur ſine experientiæ magiſterio Poſt ōnes ſequi oportet, quæ de ōnibus iudicare debet. Primū ergo eſt, vt ſatagamus, ſingulis ỹtutib⁹ ſtudium frequēs impēdere, quod dū facimus, neceſſe eſt nos ſæpius cadere, oportet ergo nos ſępe reſurgere, ac per frequentē lapſum addiſcere, qua vigilātia, qua induſtria oportet virtutum bona acquirere,

Maria nup ſit diſcretioni.

diſcretio ſerotina eſt Ioſeph.

per experiētiā diſcretio acquiritur.

vel par

vel parta tueri. Si sic dum lõgo vsu virtutũ disciplina addiscit, quandoq; mens diu exercitata ad plenã morum discretionẽ perducitur. & quasi de nato Ioseph iure lętatur. Ante eius natiuitatẽ eius fratres, dum adhuc õnia sine discretione agunt, quãto vltra vires suas multa præsumũt tanto sępe deterius ac deformius ruunt. Vnde post eos nascit Dina, quia frequẽter deformẽ lapsum pudoris cõfusio comitatur Sed post natam Dinã, & quasi per cõfusionis ignominiam fratres sui perpẽdunt, & per experimentũ addiscũt, nihil melius esse q̃ consilio regi: quia melior est vir prudens viro forti. Vir em̃ prudens loquit victorias, & qui cũ consilio cũcta agit, inæternũ nõ pœnitebit. Cum igitur cõsilij necessaria vtilitas per experimentũ cognoscitur, & per studium attẽtius queritur & inuenitur, Ioseph quodãmodo nascitur per quẽ virtus discretionis ĩtelligitur. Hic nõ ab ancilla, nec ab alia oritur, sed Rachel sola potuit talem filiũ gignere. Siquidẽ non est sensualitatis, non imaginationis, quæ sunt duæ ancillæ: nõ denicq; ipsius affectionis, quæ est Lya, sed solius est ratiõis discernere, sicut & intelligere. De sola ergo ratione quæ est Rachel oritur discretio. Tales proles de tali matre, Ioseph de Rachele, discretio de ratione. ratio est Rachel.

¶ Nũc de vtilitate discretionis & officio Ioseph aliquid videamus. Hic em̃ est ille qui solus inter fratres tunica talari vestitur, quia sola illa actio ad cõsummatiõis talum, debiticq; finis terminũ perducit, quæ per discretionis prudentiã moderatur. Hic est ille Ioseph, qui a patre plus cunctis fratrib⁹ amatur, quia cunctarum virtutũ custos iure præfert. Hic est ille somniator, somniorũq; interpretator, quia vera discretio in ipso tẽptationis articulo, ĩter ipsa suggestionũ fantasmata, ex eorũ qualitate futura pericula deprehendit, & alĳs quibuslibet ad cogitationũ suarq; confessionẽ imminentiũ malorũ insidias detegit, & de futuris officia discretionis

futuris periculis cautos reddit. Hic eſt Ioſeph quem æmulãtur ſui, venerãtur alieni, quẽ vendũt Hebræi emunt Aegyptij, quia citius cõſilio acquieſcũt, facilius alienæ prudentiæ cedunt, erroris ſui tenebras cognoſcẽtes, q̃ de iuſticia ſua vel prudẽtia præſumẽtes. Hic eſt ille Ioſeph ſpõſus virginis, amator non violator caſtitatis, quia diſcretio cuſtos non corruptor eſſe ſolet internæ puritatis. Hic eſt ille puer & nuncius, qui beato Iob in omni perſecutione ſua ſolus remanere potuit, qui ei perpetrata dãna ſtatim renunciare ſtuduit: quia niſi per diſcretionẽ, virtutũ damna animus nec perpẽdit, nec corrigit. Neſcit puer ille cũ pereuntibus perire: neſcit diſcretio per rerum detrimẽta, per temptationũ augmẽta deficere ſed proficere. Quãdo & eẽ acrioribus tẽptationib⁹ vrgemur, quãto crebrioribus periculis exercemor, tanto perfectius ad diſcretionẽ erudimur, & ſæpe aliarum virtutũ damna diſcretionis ſunt lucra. Nouit itaq; Ioſeph nõ ſolum cũ creſcentibus creſcere, nõ ſolum cũ proficiẽtibus proficere, verũ etiam ex fratrũ defectu ad profectũ tendere, & ex aliorũ detrimentis prudẽtiæ lucra acquirere iuxta nomẽ ſuũ accreſcens, cuius augmentũ vſq; in finẽ non finitur. Quãta autẽ huius virtutis ſit excellentia, teſtãtur ipſa Ioſeph ſomnia, teſtãtur patris eius verba, vbi legitur. Nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſuper terrã? Hũc Ioſeph & pater & mater & fratres adorant, quia aut ſpõtanea volũtate, aut coacti neceſſitate quãdoq; diſcretioni obtemperant. Per diſcretionẽ ſiquidẽ ſol ille mũdi intellectualis, interior ille oculus cordis, intẽtio videlicet mẽtis dirigitur, per diſcretionẽ, ipſa de qua oritur ſubtilitas rationis acuitur, per diſcretionẽ illa tota virtutum fraterna germanitas modificatur, & virtutum quælibet quæ ei⁹ cõſilio nõ acquieſcit, quæ ſe diſcretioni nõ ſubdit, citius virtutis nomẽ amittit. Ipſe eſt qui fra

tẽtatio diſcretionem operatur. Iob. 1.

regimẽ diſcretionis. Gene.

qui fratrum ſuorū negligentias nō negligit, ipſe eſt qui eorum exceſſus arguit. Ipſo præſente non licet eis quicquā vltra vires præſumere, ipſo præſente nihil per negligentiā prætermittere. In eius præſentia non eis licet ſiue ad dexterā ſiue ad ſiniſtrā declinare Nihil ſegniter, nil p̄cipitanter agere, nil ante tēpus p̄ſumere, nil vltra tp̄is oportunitatē differre. Hinc illa inter illū & frēs diſcordia grauis et ira pœne implacabilis, de qua ſcriptura nō tacet, dū ait. Quia oderāt eum frēs ſui, nec poterāt ei quicq̄ pacifice loq̄ Monita em̄ Ioſeph eis vidētur valde grauia, dura inſtitutaō, cſilia importabilia. Quid em̄ durio, quid difficilius, q̄ nil faciendū negligere & in ōni facto ſuo nunq̄ modū p̄turbare, nūq̄ ordinē cōfundere, nunq̄ mēſurā excedere? crede mihi, nihil a ſe animo difficilius extorquere, q̄ vt in ōni affectione ſua modū ſeruet. Sepe etem̄ frēs Ioſeph magnū aliquid moliētes, dū eis vndiq̄ acclamat̄, euge, euge ſolēt non ſolū ad inutilia, verū etiā ad ipoſſibilia conato ſuimano extendere. Frequēter ſiquidē animi affecto ex huiuſmodi adulantiū acclamatione ad immoderatā præſumptionū audaciā effrenat̄, immo etiā multotiens mentis intētione deprauata, vſq̄ ad ypocriſis crimē deducitur, atq̄ deſcitur. Hoc eſt illud crimen peſſimum, & pręcęteris abominādū, quia Deo pręomnibus odioſum, de quo Ioſeph fratres ſuos apud patrem ſuū accuſat, vt ſcriptura teſtatur. Viciū quod Deus ſingulariter deteſtatur, nullū aliud q̄ ypocriſis, rectius intelligitur. Auguſtino em̄ atteſtante, ſimulata ęquitas, nō eſt ęquitas ſed duplex iniquitas Hoc vitiū per Ioſeph detegitur, quando inſidians malū per diſcretionē deprehendit̄ & arguitur. Hoc vitiū tunc filios corrūpit, hoc vitiū tunc pater corrigit, quando affectū tangens durius pulſat, durius occupat, diutius inſtat, verūtamen animū vſq̄ ad conſūmationē nō inclinat. Pertinęt itaq̄ ad Ioſeph, nō tantum

ſtimulus cōſcientiæ eſt Ioſeph. Gene.

ypocriſis crimē peſſimum.

tantum hoc vitiũ sed quodlibet insidians malũ, & latens adhuc prouide circũspicere, eaute prẹuidere, callide deprẹhẽdere, citi⁹ detegere, acerbi⁹ arguere

officia discretionis.

Ad officiũ Ioseph spectat cura, & custodia õniũ fratrũ suorum, ad ipsum spectat disciplina singulorum ad ipsum dispositio gerendorũ, ad ipsum prouidentia futurorũ, Ad eius officiũ pertinet, diligenter attendere, frequẽter discutere quantũ anim⁹ quotidie proficiat, vel quantũ forte deficiat, quib⁹ cogitationibus magis incursetur, quib⁹ affectibus frequẽtius tangatur. Ipse Ioseph debet non solũ vitia cordis verum etiã inualitudines corporis perfecte cognoscere, & secũdũ ꝙ vnũquodꝙ exigit, salutis remedia quẹrere, quẹsita adhibere. Ipsum nosse oportet non solum vitia sua, sed & gratiarũ munera & virtutũ merita, sed & ipsa diligenter distinguere & quẹ sint bona naturẹ, vel quæ dona gratiẹ subtiliter pensare. Promptũ habere debet, quibus tentationũ machinis, malign⁹ eũ spiritus impugnet, quantis spiritualium gaudiorũ cõsolationibus abũdet, ꝙ frequent̃ diuin⁹ eũ spiritus visitet, quom õ ab ipso cum sit vn⁹ non tamen vniformiter, nec eodẽ modo semper tãgitur, sed nunc spũ sapientiẹ, nunc spiritu intellect⁹, nunc spiritu cõsilij, vel alijs quibuslibet eius affectibus repletur. Et vt totum breuiter concludã, debet hic noster Ioleph totũ interioris & exterioris hominis statũ & habitum, in quãtum possibile est plenæ cognoscere. Nec solũ qualis sit verꝝ etiam qualis esse debeat, subtilit̃ quẹrere, diligẽter inuestigare. Quoniam propter hoc, vbi nos habem⁹, eo ꝙ in senectute genuisset eũ, Hẹbraica veritas habet, quia fili⁹ senectutis erat ei. s. patri. Nam puer Ioseph spiritũ & prudentiam senectutis habuit, quo fratrũ iudex, ac etiã censor esse potuit. Vnde quãdo legis, eo ꝙ in senectute genuisset eũ, senectutem ad puerꝝ referre oportet, nõ ad patrem qui eiusdẽ ẹtatis habuit alium

Gene.

filium

filiū.ſ. Beniamin vterinū Ioſeph, de quo dicitur. Niſi adducatis fratrē veſtrum minimū, non videbitis faciē meam. Ecce quom̄ Ioſeph non diligebatur a patre ob ſenectutē patris, quia in eadē ſenectute aliū filium habebat, diligebatur aūt propter innatā puero ſenectam diſcretionis, quia iſte puer cū illis viris annumeratur de quibus dicitur. In antiquis eſt ſapiētia. Qui alibi ait. Iuuenis & acut⁹ inueniar in iudicio & in conſpectu potentiū. ſ. fratrū meorū admirabilis ero, & facies principū. ſ. Aegypti mirabunt me Nam ibi oſtendit Ioſeph, quom̄ diſcretio eſſet, ac rector frūm & patris. Hic ergo Ioſeph quē vidiſtis figurā tenet Ioſeph ſponſi Marię, qui talē meruit habere pacifice conſortē, quia dicere poteſt. Nūq̄ repręhēdit me cor meū in ōni vita mea. Nihil em̄ fuit in ea repręhēſibile, quāuis ad gl'iam ſuā habuit talē cenſorē & cuſtodē, de quo Cryſoſtomus ait. O inęſtimabilis Marię laus & Ioſeph, plus credidit caſtitati q̄ vtero intumeſcēti, plus gratię q̄ naturę, conceptionē vidit, ſed fornicationē non exiſtimauit, poſſibili⁹ credebat mulierē ſine viro concipere, q̄ Mariam poſſe peccare. Ecce quāta diſcretionis virt⁹ erat in Ioſeph, qui propterea in abſtracto ipſa diſcretio poterit appellari cui nupſit Maria, ideoq̄ audire meruit, ne timeas, nā & ſi ōnes timuerūt ſancti, Marię atq̄ ſuo Ioſeph Gabriel dixit ne timerent, quia virtus diſcretionis ſecuriſſima eſt, quę ſicut & charitas foras mittit timorē. Gen. 43. a.

diſcretio Ioſeph nō timeat.

¶ Scd'a pars vbi agit̄ de .ſ. Ambroſio diſcretiſſimo

Scda pars.

ET ſi huius doctoris præconia plura ſint de ei⁹ diſcretione vellē nunc vobis aliqua proponere, vt eū ſequeremini, nā dux virtutū eſt, cui & magn⁹ pater Auguſtin⁹ militauit, eius monita ſequens. Eſt aūt diſcretum cui⁹ partes nō copulantur ad aliquē terminū communē, ſcd'm Ariſtot. in prædicamētis. Vt autē cum beato Ambroſio ad

diſcretus quis dici poteſt.

ſpiritum

ſpiritū nos tranſferamus, aduerte q̄ gloſa ordinaria
ſuper illud Pauli, ei qui exiſtimat, quid commune eſt
Rom. 14 d ſe illi commune eſt, ait. Commune ponit pro im-
mundo, tractū a vaſis quæ ante omnibus vſibus e-
rant cōmunia, poſt autē ſacrificijs dedicata iam non
communia ſed ſancta dicebantur. Ambroſius ergo
fuit vas, qui ante ſuā dedicationē cōmunibus ſeruie
bat vſibus populi aduocatus & iudex, Deus tamen
voluit eū dedicari ſibi, ac dicere ei. In pauca fuiſti fi-
delis ſupra multa te cōſtituā, intra in gaudiū Dñi tui
Propter fidelitatē quā mūdo ſeruauit, dedicatus eſt
Deo, qui mundo inuidit talē virum, ideoq̄ ſanctua-
rio eccleſiæ voluit eū aptari, & ab ægyptijs ſegre-
gare, vnde ꝓpterea dicitur in chronica eius. Vt re-
geret Liguriā Emiliāq̄ prouintias, venit Mediola-
num. Per idē tempus mortuo Arrianę perfidię epiſ-
copo, qui Dionyſio beatæ memoriæ confeſſore ad
exiliū deſtinato incūbebat eccleſię, cū populus ad ſe-
ditionē ſurgeret in petendo epiſcopo, eſſetq̄ illi cu-
ra ſedandę ſeditionis, perrexit ad eccleſiam. Ibiq̄ cū
alloqueretur plebē, ſubito vox fertur infantis inſo-
nuiſſe in populo, Ambroſium epiſcopū. Ad cuius
vocis ſonitū totius populi ora cōuerſa ſunt &c. Ec
ce quomō vas iſte Ambroſius cōmunibus vſibus
ſeruiebat, & eo tēpore q̄ eccleſia erat in arcto poſita,
gñ verę doctrinę poculū ſitiebat, quādo hęreſes in-
undabāt, diuinitus eligitur ad fidem, & ad magiſte-
rium epiſcopi Ambroſius, nouerat em̄ Deus quan-
tā in hoc vaſe theſaurizare ſapiētiā decreuerat ideo
ſimul fit chr̄ianus & epiſcopus, cathecuminus atq̄
doctor, quapropter in chronica ei⁹ dicitur. Cū intel
ligeret erga ſe Dei voluntatē, nec ſe diutius poſſe re
ſiſtere, poſtulauit, nō ſe niſi a catholico epiſcopo ba-
ptizari. Quęro a vobis fratres mei quis Ambroſiū
docebat, qui ante baptiſmū hęreſes extirpabat? nō
dum baptiſatus iam verā fidē ab hęreſi nouerat ſe-

parare

parare, & quare hoc nisi quia spiritu discretionis p-
uentus erat: in hoc recenti vase spiritū discretionis
posuerat, qui eū segregauit ab vtero matris suæ, tñ
oportuno tēpore, quādo Arriana perfidia debuit e-
uelli ostendit Deus, quē ad hoc prēelegerat, & a cō
munibus sceleribus separauerat, vt esset vas discre-
tionis, nā figuratur in illo de quo dicitur. Vidit cœ-
lum apertū, & descendens vas quoddā velut linthe
um magnū quatuor inicijs submitti de cœlo in ter-
ram, in quo erant ōnia quadrupedia, & serpētia ter
ræ, & volatilia cœli. Et facta est vox. Surge Petre,
occide & māduca. Ait autē Petrus. Absit Domine
quia nunq̄ māducaui ōne commune, & immundū
Et vox iterū sc̄'o ad eū. Quod De⁹ purificauit, tu
ne cōmune dixeris. Hoc autē factum est per ter, &
statim receptū est vas in cœlū. Vidit ꝓfecto eccle-
sia cœlū apertum, quando diuinitus eligitur ad eam
regendū beatus Ambrosius, qui fuit vas a cœlo des
cendens. i. a secreto prēdestinationis, vbi velut dis-
cretiōis vas ab alijs īmunditijs fuerat separat⁹. Vas
istud lintheo magno cōparatur ob sanctitatis cando
rem, & carnis mortificationē. Fuit em̄ & vas ỽgi
nitatis, vnde ad eū tanq̄ ad patrē ac ducem ỽgines
confluebāt, vt ipse asserit in eo libro quē de virgini
tate propter virgines cōposuit. Cōparatur etiā lin
theo propter fidē incorruptā (vt notat gl'osa ordi.)
nam lintheū tinea nō consumit, quę vestes alias cor
rumpit, ideo fidelis Ambrosius corruptionē a corde
exclusit ne a tinea corroderetur in mēte. Arrius hæ-
reticus tinea fuit, vestem Dñi corrūpere volens sed
non valens. (obstante Ambrosio) quod in illa tunica
Dñi significatū est, quā milites nō diuiserunt. Qua-
tuor inicia huius sancti, sunt quatuor virtutes card
nales, quibus e cœlo dicitur submissus, quia eis cœ-
litus est prēditus fortitusq̄ est animā & corpus bo
num, propter animā lintheo, propter corp⁹ vasi cō

paratur

prelatus, qualis esse debet, Actu. 10. b

tinea hęre sis est.

parat. Vel in sœculari statu fuit vas honoris ꝟtutib⁹ philosophicis plen⁹. In statu āt chr̄ianismi nr̄i fuit lī ntheū magnū cādore sanctitatis albū. Fuit inq̄ lin theū magnū ad inuoluēdū corp⁹ Iesu misticū, de q̄ sequit. Ineo erāt oīa quadrupedia, & serpentia terrę & volatilia cœli. Per quadrupedia ītelligūtur auari, q̄s exēplo pauꝑtatis cōuertit. Nec eī pręsul iste fuit vti sunt episcopi nr̄æ tēpestatis, q ore p̄dicant spūs pauꝑtatē, cū ipsi habeāt prōptuaria plena eructātia hoc in illud. Per serpētia intelligūtur inuidi, ac veneno pleni, quos iste sua simplici charitate Dño copulauit. Nunc aūt prælati nostri sic austeri sunt, vt subditi videntes cornutā faciem, nō audeant prope accedere. Per volatilia intelligūtur superbi, quos īnata humilitate allexit, ac Dñi pedibus attulit. Pręlati nostri non sic, sed pōpatice ambulantes humiles opprimūt, superbos exaltant, quāuis multi sunt vt Saul, qui filius vnius āni erat, cū regnare cępisset. i. humilis & benignus, postea vero effectus est filius diaboli. De illis ergo tribus animaliū generibus dicit pręlato. Surge, occide, & manduca. Surge a quiete propria, surge a lecto contēplationis, surge a te, vt Deū quęras in subditis. Surge a terreno lucro, vt animas lucreris. Occide, & manduca. Super hoc ait glosa interli, occide in gentibus quod fuerāt, & fac quod es. O quot & quantos occidit Ambrosius, o quos manducauit. Satis est, vel vnū ex eis nominasse vobis, nā hic illū magnum Augustinū, de quo canebant in choro, a logica Augustini libera nos Dñe conuertit mortificatū, & agnū fecit ex lupo. Quid amplius audire vultis? nos capimus muscas, quia in sermonibus nostris telas aranearū teximus, iste autē sapientiā ac ōnimodam discretionem loquens inter perfectos, spiritu oris sui interfecit impium insignē & eū piū fecit. Nā propterea sequitur. Nunquā mā ducaui omne cōmune & īmundū. Statim quo eum manduca

tria pctā.

Exo. 34. b

surge ad animas.

cōmunis cibus q sit.

manducabat, mundū ac discretū reddebat, pro quo aduerte, q̄ vt dicitur in glosa, Iudęi cibos cōmunes vocabant, quibus ōnes homines vtebantur, & illa animalia immūda quę vngulā non findunt, nec ruminăt, nec squamosa in piscibus sunt. Immūdi vero cibi dicunt bestiarū, vel reptiliū carnes nulli hominum cōmestibiles. Beatus Ambrosius, vt peccatores iam mundi possent iudicari, docebat eos vngulā diuidere. i. literam a spiritu separare, & personas trinitatis distinguere. Docebat eos ruminare. s. verbū Dei, & in op⁹ digerere, ac virtutū squamis operire se, ac discretos esse, nā omne quod nō fuerit discretū peribit, quia iuxta primā positionē, discretū dicitur quod ad terminos cōmunes non pertinet. Vnde in hac materia cōmune & imundū cōuertuntur, quia glosa sic habet. Cōmune pro immūdo ponit, quia qui varijs seruit illecebris, mūdus non ē secundū illud. Nemo potest duobus dominis seruire. Deo & mămone, qui mundus esse desyderat, mentē non diuidat, sed in sola Dei dilectione cōstringat. Ecce sgit quom ō impossibile est, q̄ saluētur nisi discreti, quia cibus Dei electus est non cōmunis. Sed quia hæc visio ter ostensa fuit beat⁹ Ambrosius sic ait i glosa ordi. Tertio repetita figura operatione trinitatis expressit, & ideo in ministerijs interrogatio trina defertur, & confirmatio trina celebratur, nec aliquis nisi trina confessione purgatur. Ideo & Petrus tertio interrogatus de dilectione Dei, trina correxit responsione, quod ter negādo peccauit. In ministerijs (inquit) interrogatio trina defertur, nā dum Chr̄us vellet primo pontifici oues suas cōmittere, ter eum de amore interrogauit, quoniā amor discretū reddit hominē, si triplex est, quia primo separat hominem a peccato, sc̄do discernit eum ab occasionib⁹ peccatorū, tertio a seipso, sic noster doctor Ambrosius in statu incipientiū separatur a peccato, in statu proficientium

Matth. 6. c

trinus numerus.

entiū ſeparata a peccato in ſtatu ꝓficientiū ſeparatur ab ōni occaſione, in ſtatu ꝓfectorū ſegregata a ſeipſo vt trāſeat in Chrm, vñ ꝓpterea cōcluditur in aſſūpta parabola. Hoc factū eſt ꝑ ter, & ſtati receptū eſt vas in cœlū. In ſanctitatis cœlū recipit doctor Ambroſius ꝑ quatuor funiculos meliores primis. ſ. per fidē, ſpē, charitatē, ac diſcretionē, qua vigebat ab infātia ſua, Habuit em̄ donū diſcretiōis īfuſum etiā ab infātia ſua ei gratis datū, & ꝓpterea velut pręſagiū futurorū adhuc in cunabulis ſuis agens, quadā die, (mirabile dictu) ab ore ſuo emiſit examen apū, quæ in altū extulerunt ſe, quoniā eius diſcretio alta petere debuit. Sunt quidē plurimi exquirentes ſapientiā quę de terra loquitur, qui etiā prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua, nos autē genus Dei cum ſimus diſcretionē Ambroſij perquiram⁹, quæ bene in apibus refertur, quę mella & ſtimulos habent. Prius eū vtuntur aculeis ꝙ̄ mellibus, quia diſcretio prius ſtimulat, q̄ lętificet. Eſt em̄ ōnis virtus in principio amara poſtea vero dulcis. Apes tā ſollertes ſūt in gñandi mellis officio, ꝙ̄ nō ſolū diſcretas dicęres ſed diuinitus edoctas, quoniā aſſignatas incolūt ſedes, domicilia inenarrabili arte cōponunt, & variis floribus fauum cōdunt, textiſq̄ ceris innumera prole caſtra replent, exercitū & reges habēt, ac prelia mouent, quę magna indigent diſcretione. Si apū quis vult ſcire diſcretionē, Ambroſiū legat, qui apibus librum cōpoſuit, in quo ſi ſcirent legere multa poſſent addiſcere. Non ſolū ab infante Ambroſio apes egredīūtur, ſed a ſene Ambroſio, dum ſcribit apum mirabilia, quaſi nō immemor miraculi infantiæ ſuæ, in qua vas apum fuit. Sed forte quiſpiā mirabitur, ſi tantū doctorē api conferā, ideo ſcd'm eū aduertes Prīo, ꝙ̄ apes eſt cōpatiēs, quia & reges earum clemētes ſunt, & mortuo rege mœret plebs, & funerū more exequias imitantur. Sed'o verecū-

da, quia

diſcretio Ambroſij.

apū opera.

da, quia odit fœtores, & echo .i. adulatores. Tertio ferax subito ẽ examen maximũ emittunt. Quarto speciosa, est ẽ amãs species, & aromãtia & flores Quinto pudica, virgines enĩ sunt. Sexto subdita, tãta est apud eas charitatis obediẽtia, vt pro rege etiã mori dulcedicãt. Septio clausa quia sine licentia nulla egredit, ad vesperam õnes ingrediũtur & vna circũuolat quasi cũ buccino quietẽ sumere ĩperans. Octauo timẽs, multos enĩ habet inimicos, ranas, aranneas, hirundines, vespas, papiliões. Nono hũilis, vnde volans ne vento rapiatur, lapide se onerat. Decio pia erga socias, & maxime erga obsequiũ imperatoris. Vndecio sedula, in tantũ vt occisus morte puniat. Duodecio prudens in eligendo imperatorẽ, quia sine prẽside viuere nescit. Itẽ amando cõmunitatẽ, omnia quippe sunt eis cõmunia (vt ait Ambrosius) cõmunis vita, cõmunis labor, cõmunis cib⁹ cõmunis operatio, cõmunis habitatio, cõmunis vsus, cõmunis fruct⁹. Estq; prudẽs in contẽplando aerẽ, in quo õnibus astrologis prẽfert. Et in dĩudicãdo flores, & fugiẽdo fœtores, & colligẽdo rorẽ & crure fecando cerã, in cellulis sexangulatis cõstruendis, in confectione mellis, & victualib⁹ ad futura tempora prouidendis. Vade igitur ad formicã & ad apem o piger, & consydera. Si De⁹ api tot gratias contulit, quot arbitraris Ambrosio dedisse? facile quippe in beato Ambrosio reperies, quas dixim⁹ virtutes apum, nã eius nomẽ deriuatũ dicitur ab Ambrosia dulcissimi saporis herba, qua & deos pasci, quidam arbitrati sunt. Et vt apud Aristotelẽ legitur, Hesiodus eos qui nectar, & ambrosiã gustarunt, ĩmortales factos astruxit, vnde & Ambrosi⁹ recte diuinus & ĩmortalis dicitur. Quod profecto verissime nro Ambrosio cõuenire certũ est, qui spũs oris sui dulcedine, & scripturarũ cibo suauissimo viros diuinos, tamdiu potauit, & adhuc pascere non desinit, deuo- apũ prẽconia.12.

tosq; saluberrimę doctrinæ suæ lectores & auditores diuinos & im ortales efficit. Qui merito doctor doctorū dici potest, cuius doctrinā Hieronym⁹, & Augustinus consecuti sunt, prior enī ait. Ambros⁹ super profundorū pœnitētia rapt⁹, & aeris volucer quādiu de profundo egreditur fructū de alto capere videtur, ōnes eteni eius sententię fidei & ecclię, omniumq; virtutū firmæ sunt colūnæ. Et Augustinus ait. Ambrosij fidē, & puriſſimū in scripturis sensū necinimic⁹ quidē ausus est reprehēdere. Et Richardus asserit, q; cū valens imperator crudelis Arrian⁹ cogeret monachos militare, aut interfici, Ambros⁹ cū suis intra ecclesiā tenebatur inclusus, ieiunijs & orationib⁹ vacās. Qua occasione vigilię, hymni, & antiphonę in ecclesia mediolani primū cœperunt celebrari, cui⁹ celebritatis cōsuetudo inde per omnes prouintias emanauit. Tunc sane Alueolus erat ecclesia clerici apes, Ambrosius rex apū erat, cuius fauis nūc fruimur. s. hymnis & canticis, quos ibi detētus condidit. Faui etiā eius sunt libri, operaq; sua ex quibus & pro quib⁹ mel fruitionis & cera visionis potitur in gl'ia, quā mihi & vobis prę̄stet Domin⁹ noster Iesus Amen.

religio ambrosij.

¶ Feria. 3. sec'ę dominicę aduent⁹. De cōceptione Marię, super missus est ad literam.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio vbi ostendit q; Maria timidos cōsolat

IN libro Iudicū legitur, q; cū pater ac mater Sāpsonis vellent angelū inuitare, qui sub viri formā eis apparuerat, prę̄cepit eis, vt ex cōuiuio sibi dispositō facerēt holocaustū Dño, quod cum cremare tur ascendit angel⁹ ab eis in cœlū, quē cum Manue pater Sampsonis vidisset flāma suffultū ascendere, cognouit angelū, & pertimescens dixit. Morte moriemur, quia vidim⁹ Dñm. Quē vxor protin⁹ consolatur dicens. Si Dñs nos vellet occidere, de manibus nostris

Iudic. 13. d.

cur timet vir & non mulier?

bus nostris holocaustū, & libamēta nō suscepisset, nec nobis quæ futura sunt reuelasset. Gregorius in moralibus quęrit, cur ipse vir timuit, & mulier tāte fiducię fuit, vt eū cōsolaretur, cū potius ecōtra deberet esse. Nā hic nō seruatur illud, quod mulieri dicitur. Sub viri potestate eris, & ipse dominabit tui. Nec seruatur illud. Spiritus quidē promptꝰ est, caro autē infirma, quoniā mater Sāpsonis prompta fuit in optimo responso, & pater infirmꝰ in timore. Beatus Gregorius huic dubio satisfaciens ait. Quotiēs nobis cœlestia demonstrātur, spiritus quidē pauore se concutit, sed tamen spes pręsumit, inde nāq; spes ad maiora audendo se erigit, vnde turbatur spiritus quia ea quæ superna sunt prior vidit. Et hoc amplius elucidatur per illud quod etiā Gregoriꝰ ad propositum adducit dicens. Hinc est ēm q; is qui fortia operando profecerat, per spūm subleuatus clamabat. Omnia ossa mea dicēt, Dñe quis similis tui? ac si diceret. Carnes meæ verba non habent, quia infima mea apud te fundit? silent. Ossa autē mea tuæ magnitudinis laudē dicūt, quia ipsa quoq; quæ esse in me fortia credidi, tua cōsyderatione cōtremiscunt. Hęc ille, vbi & aduerte, q; iure curuabitur altitudo virorum, postq; mulier circūdedit illū virū, qui eā tam fortem effecit, vt & apostolos Dei consolaretur. Si vos ergo fratres aliquādo nimis timere contingat, ite ad Mariā quæ mœrentes erigit sospitate. Ān peccatū equalis fortitudinis erāt vir & mulier, & ōnino pares, vnde propterea visa Eua dixit Adam. Os de ossibus meis, & caro de carne mea, Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Post peccatum vero fragilis efficit mulier ac debilis, ideoq; (vt dixi subiicitur viri potestati, sed quia iam redeūt pristina tēpora, iā status innocentiæ incipit instaurari, iā mulier sine peccato originali concipitur, & concipit, iā sane talis mulier etiā super viros & super ōnes sanctos prin-

spes non timet.

omnes ad Mariā currant nō timentem.

ctos principatū habet, omnesq; ad eam cōueniant, quoniā Bernardus ait. Ad beatā virginē sicut ad medium, sicut ad archanū Dei, sicut ad rerū causam, sicut ad negociū sœculorū respiciunt & qui in cœlo sunt, & qui in inferno habitāt, & qui nos pręcesserunt, & nos qui sum⁹, & qui sequuntur, & nati natorum, & qui nascētur ab illis, & qui in inferno, vt eripiantur, & qui præcesserūt, vt prophetæ fideles inueniantur, & qui sequūtur, vt glorificentur. Si ergo talis est Maria, nemo timeat sibi deesse gratiam Dei: nemo timeat mortē, sed amet vitā gratiæ, quā vt assequamur, ei genibus flexis offeramus Aue.

¶ Argumentū, vbi ostenditur, ꝙ Mariæ cōceptio ad Christi cōceptū ordinatur, ob quā est mūdissima

Sicut aduētus ꝟginis ordinatur ad ipsius Dei aduentum, sic eiusdē Mariæ cōceptio passiua ordinatur ad cōceptionē eius actiuam: immaculata cōcipitur, vt immaculata cōcipiat. Decreuerat nāq; sapientia Dei nō habitare in corpore subdito peccatis: ideoq; cōsequenter decreuit agere cōceptiones Mariæ nō in peccatis vllis, vt ex matris mūdicia cōiectari posset qualitas filij nascituri. Hoc mire figuratur in historia prælibata, quoniā angelus qui vxori Manuæ apparuit, iussit, vt ab omni immūdo mater infantis caueret. Mirum quidē, & præsenti mysterio accōmodatissimū, ꝙ propt̄ filij sanctitatē mater eius præmoneatur, ne quid immundū comedat, & propterea ꝙ filius erat futur⁹ nazareus, ipsa prius fiat nazarea: Tamē vt notat glosa super Numeros (vbi regula præscribitur nazareis) aliqui eorum erant nazarei solū ad tempus: aliqui perpetuo vti Sampson & Samuel: & horū matres ad tēpus seruabant regulā mundissimā filiorū. Matri Sampsonis iubetur, vt antequā eum cōcipiat, ab ōni immūdo se immunē seruet. Maria vero nazarea, ob quā Iesus vocatur nazare⁹, ab instāti cōceptionis seruatur ille

ob filiū pręuenit mf.

Num. 6.a.

mater nazaręi ꝑpetui abstinet, sed tēpora nei non.

tur illesa propter tantū nazareū, quem paritura nobis erat. In regula nazareorū hoc etiā statuitur. Omni tempore cōsecrationis suæ, super mortuū non ingredietur, nec sup patris quidē & matris & fratris sororisq; funere cōtaminabitur, quia cōsecratio Dei sui super caput eius est. Funus patris & mris. i. Adæ atq; vxoris suæ est peccatū, quod ab eis originē trahit, transitq; in filios & filias eorū, quo cuncti cōtaminantur, excepto Christo nazareo, & Maria propter eius reuerentiā, quia mater nazarei ꝓpter prolem nasciturā ab omni immūdo seruabatur immunis, vti mater Sāpsonis. Nos ingredimur mundū, & offendimus mortuū Adam, super quē gressus ponimus, quādo in eius peccato cōcipit nos mater nostra. Et propterea ita immūdi fiunt pedes nostri, vt vix aqua baptismi lauentur, quin postea egeant lotione apostolis impēsa. Sed Maria gressus habet pulchros & q̄ pulchros in calciamentis. i. in protectionibus impensæ gratiæ, propterea q̄ erat futura mater & filia primogenita pricipis æterni. Oportet ergo vt propter filiū nazareū futurum mater eius seruetur ab omni immūdo separata: quod senserat Augustinus quādo dixit. Excepta ꝟgine Maria, de qua propter honorem Dñi, nullam prorsus habere volo questionē. Inde em̄ scimus q̄ ei plus collatū fuit gratiæ ad vincendū omni ex parte peccatū, quia cōcipere ac parere meruit eum, quē constat nullū habuisse peccatū. Hęcait in libro de natura & gratia, innuēs quomō Christus per naturā, & mater eius per gratiā sunt a peccato alieni. Et ergo sicut āgelus fuit missus, vt mater futura nazarei se ab ōni custodiret in mundo, sic āgelus Gabriel creditur missus vt mater Iesu nazarei cōcipiatur mundissima ob honorem tāti filij, qui ante matrē honorat q̄ alios. In toto sermone nil aliud faciā, nisi exponere totū missus est, vsq; ibi, Benedicta tu inter mulieres: aptans

omnia conceptioni Mariæ.

Pria pars. Gen. 24. b Pro. 31. c

¶ Cum Dus pręmiserit angelũ suum ad pręparãdum vxorem Ysaac amici sui, nulli dubiũ est, quin præmiserit archãgelũ ad pręparandã lucernã Christo meo. Qui & si per se solũ facere potuit, ne extingueretur in nocte peccati originalis lucerna ei⁹ Maria, sicut extinguũtur cæteri flatu serpẽtis, tamẽ hãc prouinciã sic placuit diuidere, vt partim Deo, parti angelo valeat asscribi. Vbi aduerte ꝙ peccatũ originale dupliciter cõsyderatur. s. quãtũ ad formale, & sic peccatũ originale est formaliter carentia iusticiæ originalis debitæ, & nõ qualitercunq; debitæ: sed debitæ, quia acceptę in prĩo parente, & in ipso amissæ. Sic em̃ illud Scotus diffinit in 2. d. 32. Potest etiã consyderari quantũ ad substractũ siue materiale, & tunc est qualitas morbida, quę alio nomine dicit̃ languor naturæ. Iam ergo & si nostrorũ peccatorũ remedium sacramẽtis, & sacerdotibus cõmiserit De⁹ ibi, quorũ remiseritis peccata remittũtur eis, mundatio matris suæ sibi & angelo reseruat, propterea ꝙ altiori modo sanctificari debuit Maria. s. præuenta. Quod ergo erat formale peccati originalis abstulit Deus a matre sua, demẽdo ab ea obligationẽ habendæ iusticiæ, quia nõ propter eam, sed propt̃ nos illa lex cõstituta fuit. Sub nulla igitur lege concepta est Maria, & sic immunis efficit̃. Propter scd'm aũt .s. propter materiale peccati originalis præueniẽdũ incipit euangeliũ. Missus est ãgelus Gabriel a Deo. Ad animã virginis præseruandã non mittitur angelus: quia hoc per se Deus fecit: sed mittitur vt ei⁹ caro tam munde cõcipiatur, q̃ decet, ne verbũ abhorreat in ea fieri homo. Aliquis forte dicet, ꝙ vtrũq; Deus sibi reseruauit. s. tam carnis q̃ animæ ꝟginis sanctificationẽ: quia de sanctificatiõe carnis suæ dixit ei ãgelus ipse. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Hoc nõ negamus, asserimus tamen cũ doctore irrefragabili

peccatũ dupliciter cõsyderari:

Textus:

xãder.

fragabili, ꝙ caro Mariæ bis fuit ſanctificata. Hic doctor cõtemplatur carnẽ virginis in ſe prius: poſterius aũt inquãtũ poteſt eſſe principiũ alterius carnis per generationẽ. Iam ergo aduerte ꝙ Marię (dum cõcipitur) caro ſanctificatur in ſe: dum aũt concipit ſanctificatur etiã quantũ ad alium. Caro igitur Mariæ dupliciter habuit ordinẽ, alterum ad ſuã beatã animam, & ſic cõſyderatur in ſe, non per cõparationẽ ad aliam carnẽ. Alterũ ordinẽ habuit ad naturã ſecũdum ꝙ ipſa poterat eſſe principiũ alterius carnis ꝑ generationẽ. In prima ſanctificatione eius, facta in primo inſtanti cõceptionis ſuæ, pleniſſime ſanctificata fuit, quantũ ad perſonã, ſcd'm ꝙ caro eius conſyderatur in ſe, cõparata ſolũ ad ſuam animã. In ſanctificatiõe altera quæ facta eſt incarnationis tẽpore ſanctificata fuit, inquantũ caro eius potuit principiũ eſſe ad carnẽ aliam per generationẽ. Et ſic prior ſanctificatio reſpiciebat perſonã ſcd'm naturã ĩdiuiduam, quæ ſanctificatio tanta fuit, ꝙ remouit ab ea omne ꝙ poterat eſſe inclinatiũ ad peccatũ, & omnẽ inclinationẽ ad motus carnales, qui ſerpũt in carne noſtra ſicut ſerpẽtes. Quæ etiã tanta fuit, vt extẽderetur ad alios, & extingueret omnẽ concupiſcentiã carnalẽ in alium: & propter hoc Maria dicit cedrus exaltata in libano. ſ. in cãdidatione mũdiciæ, quia libanus interp̃tatur cãdidatio. Sicut ergo cedr⁹ mortificat ſerpẽtes odore ſuo, ita prior Mariæ ſanctificatio irradiabat in alios, ita vt in eis õnes motus neſariæ carnis extingueret. Ex hac ergo priori ſanctificatione ꝓuenit, ꝙ a nullo Maria potuit cõcupiſci, nec indebite amari, quo priuilegio ſuper õnes alias virgines conceſſo ab angelis vtebatur: vnde beata virgo ſemper actũ Ierarchicũ primũ exercebat, qui eſt purgare. Nemo ergo deinceps miretur de caſtitate Ioſeph aut aliorũ ſibi familiariũ, poſtquã virginis vultus, caſtos reddebat oculos intuentiũ. Beati oculi qui

caro Mariæ ſãctifiſ catur bis:

Maria mũdiciã ingerebat:

li qui eam viderũt: nam oculus vulturis non potuit eam intueri, quã sibi soli seruandũ spiritussanctus angelis recõmisit. De posteriori vero sanctificatione quæ superior fuit, audietis postea, nunc satis est dixisse, non ociose fuisse ad virginis cõceptionẽ, missum angelum a Deo in ciuitatẽ inquit Galileæ, quę interpretatur transmigratio, & est vẽter beatę Annæ virginis matris, qui fuit ciuitas & trãsmigrationis. Ciues huius ciuitatis fuerunt duo status mundi. s. primus & nouissimus. Prior quidẽ totius sœculi stat⁹ fuit ille, quo fœminę sine vllo peccato conciperent quo venter pręgnãtis esset veluti sacellũ aut reliquiarum celebris locus, quo preciosa quæq; seruãda reponũtur: & talis locus fuit venter Annæ, vbi nõ solum reposita sed cõcepta fuit matre Dei, sic munde sic innocẽter, vt angelus non abhorreret cooperari ibi ad ꝟginis sanctificationẽ. Posterior status mũdi adhuc durat, est em̃ tempus õne post peccatũ, quo ventres fœminerũ reperiũtur steriles aliquãdo, quales quidẽ non fuissent in statu innocentiæ, vbi sterilis minime inueniretur, sed proles ad votũ succederet: nunc autẽ sterilitas regnat, & carnis tribulatio, quã onera matrimonij vocãt. Ex isto ergo statu erũnis pleno transtulit angelus ventrẽ Annæ ad priorẽ de quo proxime vobis dixerã, vt amborũ esset particeps: prioris in eo ꝙ sine peccato cõcepit vllo: posterioris vero quia nõ sine erumna nec sine corruptione, nec sine gemitu cõcepit. Propter istũ ergo tam differentẽ modum in illo ventre vnitũ vocatur ciuitas, & propterea ꝙ prioris mundi status particeps est, vocatur transmigrationis ciuitas. Nec auis tam longe transmigrat a loco suo, q̃ hic venter ad priorem statũ naturæ institutæ, quo generare non esset magis fœdum q̃ comedere aut cantare. Et sicut tẽpore isto cõueniunt angeli coniuncti psallentibus, sic in illo tẽpore adessent generãtibus: quod nũc instaura

Textus.

ventrẽ annę sapit statum inocẽtiæ.

staurari videtur, dum beatæ Annæ matrẽ Dei concipienti angelus astat, melius q̃ astitit Manue ac vxori eius, de quibus dudũ fecimus mentionẽ, & melius q̃ astitit Raphael Sareę ac Thobię in suo coniugio accubantibus. Nõ dedignatur ergo angelus ad conuentionẽ, & contuberniũ bonorũ coniugatorũ mitti, nec ad hominis passiuã cõceptionẽ, cũ ex tũc animabus nostris adhibeãtur custodes, iuxta illud. In te proiectus sum ex vtero. Et quia ciuitas aliquã do denominari solet a principe in ea concepto & nato, vti illa de qua dicitur. Cõcepit & peperit Enoch & ędificauit ciuitatẽ, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch. De nomine ergo nostrę ciuitatis sequitur. Cui nomen Nazareth, quę interpretat flos, & est beata Maria, quæ nomẽ suum indidit ciuitati suæ, nam beata virgo ac vẽter Annæ vocatur flos, de quo ait Esai. Egredietur ẏga de radice Iesse, & flos de radice eiꝰ ascendet. Hoc beatus Hieronymus exponit de sancta Anna, quã vocat radicẽ Iesse de qua flos Maria oritur & flos (inquit) de radice eiꝰ ascẽdet. Sed qualiter de sicca radice potuit ascẽdere Maria sine ãgelico p̃sidio? sic radix Anna sterilis fuit, tñ humore gr̃æ florẽ protulit, a q̃ denominari valuit nã & Anna iterp̃tatur gratiosa. s. a fructu. Flos Maria gratiosã reddidit matrẽ suã, sicut flos arborẽ suam. Sed quia dictũ est, flos de radice eius ascendet nota q̃ est flos prętereiens ac decidẽs. s. gloria hominis peccatoris, quæ est sicut stercus & ẏmis. Et est flos permanẽs & ascendens, id est gloria viri iusti: qui florebit inæternũ ante Dñm. Prior multiplex inuenitur, Est em̃ flos luxuriæ, de quo Sapiẽtiæ scd'o dicitur. Non prętereat nos flos tẽporis, nullũ pratũ sit quod nõ pertranseat luxuria nostra. Itẽ opulentię Iacobi primo. Exortus est sol cũ ardore, & flos eius decidit, sic diues &c. Itẽ superbie. Ezechie. 7. Floruit virga, germinauit superbia. Itẽ ætatis. Psal. Ma

ciuitas est vẽter ãnę. Gene. 4. c.

Textus.

Esa. 11. a.

varię flos.

ne sicut

ne sicut herba trãseat, mane floreat & transeat &c̃. Iob. Homo natꝰ de muli &c̃. q̃ quasi flos egredit̃ et conterit̃. Itẽ potestatis. Hiere. 48. Date florẽ Moab &c̃. hij sunt em̃ ex patre diaboloqui volunt pręesse & nulli subesse. Itẽ prosperitas, Esa. 28. Erit flos decidens & gl̃a exultatiõis &c̃. Itẽ hypocrisis. Iob. 8 Cũ adhuc sit in flore &c̃. Oẽs isti flores sũt in agro Euæ, suntq̃ decidẽtes & cadẽtes & marcescentes. Flos ãt beatæ Annæ dicit̃ ascendẽs, ex q̃ ipsa gratiosa interp̃tatur: nam solus flos qui ascẽdit, gratiosam reddit originẽ suã. Omnis aũt flos gratiosus est, aut ꝓpter suauitatẽ odoris, aut propter venustatẽ coloris aut propter vtilitatẽ virtutis: quẽ õnia apud beatam Annam in flore campi sui reperiuntur, quæ ait. Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris. Nõ dicit suauẽ odorem, sed suauitatẽ odoris, sicut em̃ panis ille qui de cœlo descendit, habuit õnis saporis suauitatẽ, ita ille vapor fumi, qui de corde virginis ad cœlos ascendit vniuersi pulueris pigmẽtarij, & omnis odoris habuit suauitatẽ, quã solus diuinꝰ olfactus potuit discernere vnde ait Anna. Dũ esset rex in accubitu patris nardus mea dedit odorẽ suum. Nec imerito se prius quasi vitẽ dixit, quæ putatione indiget, quã fecit angelus in Anna, dũ Maria concipere tur. De colore autẽ aduerte, ꝙ florum colores sunt hominũ mores, & hij pręsertim quatuor. s. candidꝰ aureus, purpureus, iacinthinꝰ, per quos quatuor ꝟtutes cardinales intelliguntur, de quibus stragulatã vestem fecit Marię angelus, vt astaret a dextris inocentię filio Dei circũdata varietate. Vigor autẽ floris quadruplex nobis beneficiũ pręstat. s. oleum, electuariũ fauum, & fructũ. Flos etem̃ fructum producit, ac de ipso flore accipiũt apes, vnde sibi conficiunt fauũ ad inhabitandũ, & mel ad comedendum. De ipsis etiã floribus conficiũt medici ac pigmentarij multiplex oleũ, & multis modis electuariũ, &

Maria est flos gratiosus a quo Anna gratiosa dicit̃:

Prouer: 31:

nos qui

nos quidē si sapim⁹, de isto flore Annę colligere nobis poterim⁹, & conficere fauū iocunde habitatiōis quoniā Anna dixit. Et hęreditas mea super mel, & fauū, & in Psal. Sicut lętantiū omniū habitatio est ite, nā ex hoc flore apes argumētosa filij⁹ Dei sibi cōstruxit fauū humanitatis ad inhabitandū. Et nos ex eodem flore poterim⁹ habere fructū dulcissimę refectionis, nā & hunc fructū habuit filius Dei, dū sicut apes a flore pendebat a matris vberib⁹, quę ait. Qui edunt me, adhuc esurient. Faciam⁹ & nobis ex hoc flore oleū misericordiæ, quo vulnera peccatorū nostrorū mederi possint, & electuariū internæ consolationis. Sed ad hoc quis nā idone⁹, nisi filij⁹ Dei, qui hunc florem sibi seruat, aut angelus qui eū a pruina peccati custodit. Filius quippe Dei, victor edere poterit de fructu ligni vitę, & habitabit confidēter in ea sicut in thalamo, qui nobis cōficere ex hoc flore poterit pigmēta suauitatis & vnctiones. Ecce igitur quātum ascendit flos Maria de radice Iesse. s. Anna matre sua, ex qua etiam in cœlū transmisit odorē, vnde & flos transmigratiōis poterit appellari, de quo sequitur. Ad virginē desponsatā viro. Beata Maria ex vtero matris, quasi ex thalamo in cœlū odorem flagrātię suę transmisit, qui tantū placuit, vt spiritus sanctus eā in sponsam assumere gestierit, ad quā illi co angelū destinauit, vnde propterea dictū est. Ad virginē desponsatā viro. Propterea reperitur virgo quia desponsata viro, vbi aduerte, ꝙ est duplex ỽginitas, qua beata Dei genitrix decoratur. s. mentis & corporis, vtraq; diffinitur per itegritatē, nā sicut est integritas corporis, est etiā integritas mentis. Beata Maria est virgo ante partū & post partū vtraq; virginitate. De corporali satis patet, quādo virgo concepit (vt ait propheta) & virgo peperit, virgoq; in ęternū permansit. De ỽginitate etiā spirituali aduerte, ꝙ ante partū Annę matris suæ, & post partū eiusdem sem

Textus

duplex virginitas

dem semp fuit Maria ỽgo. Omnes quidē animę in ipso conceptionis initio violantur, nā originale peccatū est parū fermenti quod totā massam .i. congregationē nascentiū corrūpit. Dæmon vtiq; amasius ōnium animarū errantiū, & mechus eas corrūpit anteq; tradantur proprio viro, de q̄ vir ipse zelotes iratus redditur, vnde propterea dicit apl̄s, q̄ omnes nascuntur filij irę, in baptismo tamē a fornicatione peccati lauamur. Maria vero cū ab instanti conceptionis suę mūdissima fuerit, ex tūc desponsata est viro proprio .i. spiritui sancto, qui nō permisit, vt tangeret eā Abimelech. Propter hanc ergo mentis virginitatē innatā figuratur beata Maria & ī Rebecca de qua dicitur. Ecce Rebecca egrediebatur puella decora nimis, ỽgo q̄ pulcherrima, & incognita viro. Virgo est Maria, & incognita viro. Plures sunt ỽgines in corpore, quas dæmon cognoscit mēte corruptas, sola virgo Maria duplici ỽginitate fulgēs est incognita dæmoni, qui Mariā non vidit, nec mechat⁹ est cū ea in oculo suo insatiabili. Nec mirū quia spōsus ei⁹ nimio zelo custodiuit eā iuxta illud. Ecce nō dormitabit, neq; dormiet q̄ custodit Israel &c. vsq; Dñs custodiat introitū tuū. s. conceptionē, & exitū tuū de sæculo, ne incinerationē incurras. Merito ergo additur. Cui nomen erat Ioseph. Zelotipus erat iste, qui accusauit fratres suos apud patrē crimine pessimo, ideo in sponsa sua nō vult inuenire, quod oculos suos offendat. Qui nec amplexu procaci voluit tangi ab illa, quæ eū est aggressa. Qui ergo in vxore aliena tantū abhorruit adulteriū, quanto vigilanti⁹ debuit illud in sua spōsa p̄cauere? spūsanct⁹ denicq; sponsam suā matrem Dei custodiuit, ne a corruptore animarū dæmone tangi posset. Cū autē sponsus iste diuersis gradib⁹ copulet sibi animas, beatā virginē vnicā suā strictiori vinculo sibi deuinxit, ideoq; nunc vocatur Ioseph. .i. profectus Dñi. Maria enim

Gen. 20. b.
Gen. 24. b

Psalm. Textus.

sponsatio quintuplex

quia

quia singulariter virgo, ideo singulariter desponsat & quia superior est alijs virginib⁹ ptę cæteris desponsatur. Multifariā desponsant animæ huic sponso vtait ꝓpheta Ozeæ dicens. Sponsabo te mihi &c. est em̄ desponsatio cōmunis nouarū mentiū, quę fit in baptismo, de qua dixit. Sponsabo te mihi in fide. Alia est earū quæ primā fidem irritā fecerūt per aliquod peccatū, de qua ibidē dicitur. Sponsabo te mihi in iusticia & iudicio. Tertia sponsatio est animaꝝ proficientiū. de qua etiā additur. Sponsabo te mihi in misericordia, & miserationib⁹. Quarta est perfectorū, de qua dicitur ibidē. Sponsabo te mihi in sempiternū. Quinta & melior est desponsatio Marię ꝗ̄ Dñs ab instanti conceptionis accepit in suā, de qua dixit Ioannes. Vidi Hierusalē nouam a Deo paratā sicut sponsam ornatā viro suo. Non se potuit prępa rare, quia nō pręfuit, sed sponsus eā sibi pręuenit, & ornauit, prout decebat, talē sponsam esse de qua sequitur. Et nomen virginis Maria, quæ interpretat dña. Ex nomine quippe nouimus beatam virginem nunq̄ incurrisse captiuitatē peccati originalis, qua serui, i. dęmones dominati sunt nostri, qua princeps mūdi huius ōnes gentes suo subiugauit iperio prętę Mariā, quia & si ōnis terra erat tributaria Pharaoni terra sacerdotalis excipit. Omnes igit̄ seruitute subiectos, imo & vinctos peccato nos dæmon tenuit in vtero matris nostrę peccatricis, aliquos Deus adhuc in carcere existentes restituit libertati, antequā nascerent̄, Maria vero semper dña fuit, in qua nūq̄ dñata est iniquitas primorū parentū, & ab ista īmunitate tanq̄ a meliori priuilegio nomē accepit, quod sentiens Ancelmus dixit. Si Hieremias qui lugētib⁹ erat ꝓpheta futur⁹ in vulua est sanctificatus, & Ioannes in spiritu & virtute Helię venturus seruus est in vtero matris spū sancto repletus, quis dicere audeat singulare totius sœculi propitiatorium, & filij Dei vnicū

Ozeæ. 2. d

Apo. 21. a.

Textus. Maria dicitur dña peccati.

Dei vnicū reclinatoriū mox in ſuæ conceptionis exordio, ſpūs ſancti gratia deſtitutū: nec decēs fuit, vt illa quā filiꝰ Dei vocare decreuit dominā ſuam, eiq; ſubīci aliquādo ſerua eſſet peccati. Maria igit ex Syro & Hebreo interpretatur dña maris, quia neq; in corpore neq; in anima ſenſit peccati amaritudinem qua quotidie animę noſtre ad nephandū ſaporē redeunt, videntes primos motus velut ex vtraq; ripa in ſurgentes in anima & corpore, quibus vertiginē patimur caſum timētes, ne obruamur peccato, Maria vero ſicut archa ſalutis in diluuio & in mari dñatur & in omnib⁹ abyſſis vtpote ante diluuiū prēuiſa & fabricata. De qua profecto ſequitur. Et ingreſſus āgelus ad eā dixit. Tibi ne videtur indignū, q; Maria in vtero Annę viſitetur ab angelo, cū & ibi exiſtēs viſitata ſit ab ipſo Deo? Chriſtꝰ viſitauit per matrē ſuam, Ioannē adhuc Elizabeth vtero clauſum, intrauitq; ad eū, alioquin gaudio in vtero non exultaret. Sed quid cōparamus Ioannē virgini, cū ſcriptū ſit. Non cōparabo illi lapidē prēcioſum, ōne aurum in cōparatione illius arena eſt exigua. Quemadmodū ergo decuit, per omnia Chriſtū fratribus aſſimilari ſic decuit ei aſſimilari matrē ſuam, quæ propterea electa dicitur vt ſol. Vnde ſicut in dextera. i. in potioribus bonis patris ſedet filius, ſic etiā in potioribus bonis filij ſedet mater prēſeruata. Quādo pater ēternus primogenitū ſuū introduceret in orbē terræ ad angelos quidē dicit. Et adorent eū omnes āgeli Dei Quando autē filius in orbē ventris Annę voluit introducere matrē ſuam, pariter decreuit, vt angeli eā ſibi ſalutarent congratulātes de noua prēſeruationis gratia, vnde propterea ſequitur. Et ingreſſus angelꝰ ad eā dixit. Aue gratia plena Dñs tecum. Salutatio eſt, quæ illo potiſſimū tēpore Mariæ cōgruebat, nā in tribus verbis tria notauit .ſ. remotionē mali, & prēſentiā boni, & permanentiā ſalutis. Cum beatę

Textus

Maria viſitatur in vtero

Textus

Mariæ

Marię conceptio ſit noſtrę ſalutis inicium, eius congratulatio recte fit per aue, inchoatio ẽm beatitudinis remotio eſt miſerię, quæ venit per Euã, cui⁹ nomen Maria cõuertit in aue, qđ ſi nos ei dicimus cõgratulatiue, ipſa dicet nobis optatiue, immo & effectiue. Dicit ergo angelus e iaue quaſi ſine vę, q̃uis nãq; teſte Iob nemo mund⁹ a ſorde origiali, neq; infans vnius diei, cui⁹ vita eſt ſuper terrã, attamẽ matr Dei parua infãs eſt ſine vę õnino, innocẽs, et ab õni vę imunis. Cũ ergo Iob Chriſtũ inter infantes immundos non cõputauerit, nec nos cõputemus Mariam matrẽ eius quia caro illius eſt. Dũ angelus ſalutando Mariã conuertit nomen Euę, ſatis oſtendit eã reparatricẽ toti⁹ mundi, ſicut alia fuit quę deſtruxit, hęc erit cũ Chro ſuo cuncta cõponens. Dũ ergo angelus ſalutando Mariã Euę nominis fecit cõuerſionem, voluit notari, q̃ per Mariã maledictio Euę in benedictionẽ veniret cõuertenda, quod & Auguſtinus notauit. Alludit ad hoc, q̃ redẽptor noſter cũ a mortuis reuerſus vellet pauidas ac triſtes fœmias lętificare, per hoc verbũ eas aggreditur dicens, aue te vbi & finẽ lamenti, & aduentũ lęticię voluit eis ingerere, quæ in Mariæ conceptione inicium ſumpſit. Ingreſſus ergo angelus ad virginẽ non tantũ ſalutãdo quantũ congratulando dicit ei, aue, ſicut & nos dicimus in quadã proſa. Aue rex noſter tu ſolus noſtros miſeratus errores. Aue eſt vox exultantis de bono alterius, & cũ hoc exoptet beata virgo dicẽs cõgratulamini mihi õnes qui diligitis Dñm, quia cũ eſſem paruula, placui altiſſimo, ſatis opportune occurrit ei ãgelus dicẽs. Aue gratia plena Dñs tecũ. I. lętamur, quia es gratia plena, & eſt Dñs tecũ. Nõ tamen expreſſit copulã quę ſignificaret temp⁹ quia plenitudo Mariæ abſoluit a tẽpore, nam ex quo habuit eſſe, fuit grã plena. Nec ẽm eſt nouũ angelis cõgratulari noſtrę infanti, quoniã in canticis dicunt de

aue cur dicit Mariç

ipſa.

angeli cõgratulãtur Mariæ.

ipſa. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertũ ſicut virgula fumi, & aromatibus myrrhe & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij? nunc Mariã virgulã vocant, quã poſtmodũ contemplabũtur vt caſtrorum aciẽ ordinatã. Sed nunc recenter cõcepta virgula eſt gracilis ac tenuis, quæ ex myrrha pręſertim conſtat quia pręſeruatiua eſt corruptionis, & Maria pręſeruatur ab õni vę. Quæ eſt iſta (inquiunt) quæ aſcẽdit per deſertũ huiꝰ ſœculi? erat nãq; antea derelictum & nulla cœleſtis germinis (hoc eſt) gratiæ fęcundũ, omni irreligioſitate ſqualidũ, nõ poterat fructꝰ maturescẽtes ex ſeſe proferre. Tamẽ aſcendebat virgo per deſertũ, & ſuis aromatibus, & fœcundis quibꝰ plena erat ſeminibꝰ redolebat. Gratia ergo plena erat, q̃ vniuerſi aromatici pulueris odore flagrabat pigmentarij, nõ Adę terreſtris, ſed Chriſti cœleſtis quia propter eũ dicitur aſcendiſſe, ac fuiſſe Dñm ſecum. Nos cadimꝰ cũ carnaliter cõcipimur, eſtq; nobiſcum vetus homo peccatia Hieruſalẽ in Ierico deſcendens, vt nos in plurimos defectus ducat. Maria vero etiã ab inſtanti ſuæ cõceptionis, & ſicut virgula fumi cœpit aſcendere, quia ex tunc fuit ſecũ Dñs, ne alter prior acciperet poſſeſſionẽ. Voluit quidem Dñs ſana pace partã habere Mariã, ne oporteret ab ea ſicut a nobis fortẽ armatum expellere. Sed quia vt notat Auguſtinꝰ, dũ angelꝰ Mariã ſalutaret, Euæ fuit memor aduerte, q̃ ſerpens callidior verbis contrarijs alloquitur Euã, ac ſi diceret ei. Væ tibi, quia non es gratia plena, nec Dñs tecũ eſt. Cur emꝫ pręcepit vobis Deus, ne comederetis de õni ligno paradiſi? q.d. quod melius eſt prohibuit. Scit emꝫ Deus, q̃ in qua hora comederetis ex eo aperientur oculi veſtri. Nunc O pauperes cęci eſtis, & ignorantes, nec eſt vobiſcũ Deus, qui ne ad tantũ bonum veniretis prohibuit vobis eſum optimi ligni, quo bonum & malũ ſcire poteritis, ac per cõſequens eritis ſicut dij

qui ſciũt

qui ſciunt bonū & malū. Hęc ſunt verba peſſimi ā-
geli volentis Euā euacuare, quę tunc gratia plena e-
rat, quando in ſua ſimplicitate manebat, quia Dñs
dixit. Filij qui hodie boni & mali ignorāt diſtantiā
ipſi ingredient, & ipſis dabo terrā. Quia ſimplicita-
tem hanc primi parentes amiſerunt, terrā deſydera
bilem perdiderunt. Expediret quidē illis ſcire bona
quæ receperant, vt gratias agerēt, & ignorare, quæ
ſibi deerāt, ne concupiſcerēt interdicta. Virgo autē
Maria moneturad gratias referēdas per angelū dicē
tem. Aue gratia plena Dñs tecū, benedicta tu in mu
lieribus. q. d. nulla eſt alia benedicta in fœminis præ
ter te aut per te. Per Euā peccatricē omnes ſunt ma-
ledictæ; per te autē gratia plenā ōnes benedicendæ
veniūt, ideoq; tenent tibi, & tu Deo, quia Dñs tecū
Vnde aduerte quæ tibi per ſapientē dicitur. Præcur
re prior in domū tuam, & illic aduocare, & illic lu
de, & age cōceptiones tuas, & nō in delictis & ỹ-
bo ſuperbo. Super hįs omnibus benedic Dñm, qui
fecit te & inebriantē te ab ōnibus bonis ſuis Dom⁹
noſtra prima eſt venter matris noſtræ, ad quā com
muniter prior dæmon ſe ingerit quando in peccatis
concipimur, a quibus quoniā beata ỹgo fuit aliena
ipſa præcucurrit citi⁹ extraneo in domū etiā conſciē
tiæ ſuæ. In vtero ergo matris beata Maria prior q̄
aliquod peccatū ad ſeipſam cucurrit, ne domus eius
eſſet ſpelunca latronū dæmoniorū, nā propter pec-
catū venter prægnātis etiā dæmones admittit præ-
ter vterū beatę Annæ, in quo nihil dæmon habuit,
quia beata virgo & ipſe Deus præcucurrit citius eo
Illic inquit aduocare, eſto illic aduocata noſtra non
minus ſancta q̄ alibi. Et illic lude, vt poſſis dicere.
Cū appendebant fundamēta terrę. i. terreni corpis
mei cū Deo eram cuncta cōponens, ludens coram
eo omni tempore, etiā ab inſtanti cōceptionis ei gra
ta, ludens in orbe terrarū, orando pro terra, ne diſſi-

Deute. 1. d

Textus.

Maria ſola
eſt bñdicta

Eccl. 32. c.

Pro. 8. c.

Varię conceptiones Mariæ.

per eam, quia delicię meę sunt esse cũ filijs hominũ fauẽdo eis. Sequit. Et age conceptiones tuas. s. quascunq; nã omnes sunt celebratione dignę. Prima cõceptio Mariæ est in mente diuina, secunda in ventre Annæ. Tertia quando ania eius creatur in corpore quarta quãdo prodijt iã in lucẽ, quinta quando i cor de nostro p deuotionẽ concipit, de hijs dicitur. Age conceptiones tuas, ne vllã excludas, quia ones mũdæ ac sanctę sunt onino, vnde propterea sequit. Et non in delictis. s. illis de quibus dicitur. Ecce in iniquitatibus cõceptus sum &c. Nec verbo superbo, quia iniciũ omnis peccati. s. originalis superbia fuit vt ait Sapiens, quibus caret humillima ẏgo. Super hijs õnib9, quia magna sunt, benedicta tu, benedic Deum, qui cũ semen esset maledictũ ab inicio, te sine maledictione seruatã benedictionibus oppignerauit, sic maturius vt creatio & benedictio tua simul fierent. Vnde sequitur. Qui fecit te & inebrian: ẽ te ab õnibus bonis suis. Ebria bonis Dei cõcipit Maria, ita vt nos inebriare possit: quoniã scriptũ est. Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ. Dom9 dei Maria hodie in tanta benedictione fundatur, vt in montibus sanctis, nõ in luto peccati dicatur fundari, nec mirũ quia fundauit eam altissim9 super maria, et super flumina peccatorũ pra parauit illã, ne obrui posset sicut nos qui fundamur super arenã, virgo aũt supra petrã Chrm, qui si adhuc in cœlis erat, sibi hæc dom9 parabatur, ei fiebat nõ sine eius cõsilio, nam cupiebat venire ad eam, et per eam ad nos, quos nouerat per eandẽ ad ipsum redituros: ideo p̃currit ipse prior in domũ suam, vt eam doceat Deũ benedicere semper. In quod & angelus eam hortat dicens Aue gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu in mũlieribus. Quasi dicat, præ mulierib9 es in tribus benedicta: primo quoniã ab omni væ libera: secõ quia gratia plena: tercio quia Dñs tecũ. Vt nouerit charitas vestra

Ebria creat Maria in gratia.

tria mala peccati originalis.

tas vestra, q̃ decenter illa verba Marię recenter cõ ceptæ dixerit angelus, aduertite, q̃ tria mala potio ra ob originale peccatũ incurrimus, videlicet pudo rem in irascibili ita q̃ pudet de essendo, quia turpis est sæpe homo: de agendo, quia turpia fecit: de patiẽ do, quia turpia sustinuit. Et hinc primus parens nu dus erubuit post peccatũ. Secũdo incurrit homo erro rem in rationali, ita q̃ erret in eligendo, discurrẽdo exequẽdo. Vnde post peccatũ statim primꝰ homo errauit, putans se posse a Deo abscõdere. Tercio in currit homo dolorẽ in cõcupiscibili, & hoc de præ senti, præterito, & futuro, ita q̃ inest mœror, dolor timor. Vñait Adam. Timui, & abscõdi me. Nescie bat antea quid esset timor aut tristicia. Propter hæc tria mala perhibuit Ioannes. Væ væ væ habitãtibꝰ in terra. Hæc tria mala fecit longe a v̄ginę angelus ei missus, ne vnquã haberet aut sustineret aut face ret aliquid turpe. Secũdo ne enarret v̄go prudentissi ma ipsius sapiẽtiæ mater. Tertio ne vnquã patereꝰ dolorẽ prædominantẽ, quippe quæ in õnibus & se cundũ omnes potentias ordinatissima fuit. Hæc tria ostendit Maria se habere in annũciatione, vbi ne pa teretur aliquid turpe, dixit se virũ non cognoscere, quo ad primũ. Et ne erraret, cogitabat qualis esset illa salutatio quo ad secũm. Et ne post factũ pœnite ret, tunc tẽporis timuit rationabiliter, quantũ expe diebat negocio, pro certo habẽs q̃ qui timore filia li agitur in principio, lę abitur in nouissimo. Ange lus actus Ierarchicos exercuerat in virginẽ, & q̃ ad primũ qui est purgare, dixit ei aue: q̃ ad secũm qui est illuminare, dixit ei, gratia plena: nã gratia reple uerat splẽdoribꝰ animã suam. Quo ad tertiũ qui est perficere, dixit ei Dñs tecum. Purgata igitur est in irascibili, & in rationali est illuminata luce plena, et in cõcupiscibili perfecta, Dño secum cõmorante. Missio angeli ad Mariã præseruãdã figuratur in Da

actus ierat chicos pati tur Maria;

niele, vbi dicitur. Sidrac, Misac, & Abdenago ceci-
Danie. 3. d. derunt in medio camino ignis, & ambulabāt in me
dio flammæ laudātes Deum, & benedicētes Dño.
figura præ seruatiōis Mariæ, Angelus aūt Dñi descendit cū eis in fornacē, & ex-
cussit flammā ignis de fornace, & fecit mediū for-
nacis quasi ventū roris flātem, & nō tetigit eos om
nino ignis, neq; cōtristauit, nec quicq̄ moleste intu
lit. Tunc hij tres quasi ex vno ore laudabāt & glori
ficabant, & benedicebāt Deū in fornace. In his tri-
bus viris qui ex vno ore ac pari voto Deū laudant,
qui pari ornatu vestiūtur, qui pari gl'ia fulgent, tres
vires animæ v̄ginis designātur. Irascibilis quæ pur
gatur est Misac: nam interp̄tatur prolongās siue at
trahens, quia vis irascibilis extra se prolongatur, &
se extendit, vt trahat ad se sibi cōueniēs. Rationalis
quæ illuminatur est Abdenago: nam interp̄tatur ser
uus claritatis, & est intellect⁹ subiectus iugo fidei,
qua optime clarificatur, vt minister intelligēs. Cō-
cupiscibilis quæ perficitur est Sidrac: nam interp̄ta
tur ager delicatus, quia voluntas nostra vult semine
Dei seminari. Hæc tria optime conueniunt Mariæ,
quia quo ad primū prolongans animū suū attraxit
Deum filiū ad se: quo ad scd'm fuit serua & ancilla
claritatis, dum patri luminū se cōmisit: quo ad ter-
cium fuit ager spiritui sācto, qui seminib⁹ gratiæ ad
impleuit eam: vnde iure debuit sibi pręmitti ange-
lus, de quo dictū est. Angelus aūt Domini descēdit
cū eis in fornacē, vt. s. pręueniret eminēs malum ti
mendū. In alio sermone vidimus quomō ardor car
nis q̄ carnaliter concipimur est fornax, quē Adam
succendit, & vxor eius. Beata Maria per coitū con-
cepta est in flamma ardēti, velut in medio ignis po-
3, d, 3, q, 1, sita: sed angelus Dñi aderat, ne matrē Dei per origi
nale peccatū contristaret incendiū: quia vt ait Scot⁹
Mariæ anima nō cōtraxit aliquā infectionē a carne
cū libidine feminata. Si aliqui doctorū antiquorꝝ cō
syderan

ſyderantes Mariã in fornacẽ libidinis miſſam, dixe
runt eam ab incendio cõtriſtatã: nec mirũ, quia mi
raculum nõ conſtabat eis, ſicut nũc nobis per deter
minationẽ eccleſiæ, & per alia plura cõſtat. Ideoq;
aſſerimus, q̃ nõ tetigit eam õnino ignis. Pueri ſan
cti nec in corpore neq; in veſtibus cõbuſti ſunt, &
Maria nec in corpore neq; in anima fuit cõbuſta.
Duo dicitur feciſſe angelus: primo excuſſit flammã
ignis de fornace, quod ad parentes ỹginis videtur
facere: in fornace coitus erant, & flamma libidinis
carere mirifice potuerũt: ſicut in ſtatu innocẽtiæ ca
rerent genitores: quia tunc tẽporis calore & nõ libi
dine generarent, ſicut nũc calore & nõ libidine di
gerimus cibũ. Qui cauſa prolis cõueniunt, non libi
dine ſed charitate iungũtur. Potuit ergo angelus a
fornace coitus excutere flammã libidinis, quod cre
do feciſſe melius q̃ in Thobia & cõſorte ſua, quan
do eos docuit, vt ſanctos conuenire. Sc̃do angelus
fecit mediũ fornacis quaſi ventũ roris flãtem. Hoc
ad conceptã virginẽ pertinet, cui refrigeriũ angelus
præſtat. Nec em̃ ſatis viſum eſt ſibi flammã excute
re, niſi ſc̃do ventũ roris faceret: tercioq; puerorum
implere ſpiritũ, vt Deum pariter laudarẽt. In eo q̃
excuſſit flammã notatur prim⁹ actus ierarchicus. ſ.
purgatio. In eo q̃ ventum roridũ effecit, notatur il
luminatio: nam de ſapiẽtia Dei dicitur· Sicut deſcen
dit ros de cœlo, ſic erit verbũ meum. In eo aũt q̃ ad
laudem inuitat notaẽ perfectio. Ecce igitur fratres
mei cur miſſus eſt angelus ad virginẽ, quæ ſicut pu
eri adhuc in fornace laudabãt & glorificabãt, & be
nedicebant Deũ, ſic ipſa adhuc in vtero matris ſuæ
Deum laudauit, q̃ eam fecerit ſine væ. Atq; eũ glo
rificauit, quia eam gratia plenã reddit. Eumq; lau
dauit, quia ſemper fuit ſecũ in hoc mundo per grati
am, in altero aũt per gloriam, quam mihi & vobis
præſtet Ieſus, Amen.

Feria

FERIA IIII DOMI. II. AD.

℣ Feria quarta dominicæ secūdæ aduentus. De cō ceptione virginis Mariæ.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

℣ Inuocatio vbi ostenditur ꝙ Maria est quercus in qua mors diaboli pependit.

Iudic, 6. b. IN libro Iudicū scribitur, ꝙ eū filij Israel oppressi essent ab inimicis eorū Madianitis: & Gedeō se prępararet ad fugam, venit angelus Dñi, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra. Fœlix quercus quæ sub vmbra sua protexit angelū: nam ibi sub ramis eius dicitur sedisse, vnde aduerte, ꝙ quercus dicitur a querendo, quoniā antiquitus sub quercubus responsa dæmonum querebātur, vt ait Isiodor⁹. Et hoc ideo fuit, quia dudū & ab antiquo erat Ioui cō secrata, ideo ibi dabat responsa sua. Nūc fratres mei quercū habemus & nos. s. beatā virginē, consecratam Deo, ideoq; sub ea responsa dant petitionibus nostris, & sub ramis eius angeli sedent, imo & sancti oēs, nā hæc dicit fuisse in Ephra, quę erat ciuitas Gedeonis, quoniā in ecclesia ꝟgo Maria inuenitur nam ei dicitur. In electis meis mitte radices. Nec tā tum angeli & sancti omnes sub ramis eiꝰ consedere dicūtur, sed & ipse Dñs angelorū & hominū quod mirabiliter figuratur, vbi dicitur. Tulit lapidē per grandē, posuitq; eū subter quercū, quæ erat in sanctuario Dñi. Lapis iste grandis est filius Dei, a monte paterno descēdens, vsq; dū poneretur subter virgineā quercū Deo consecratā. Nonne sub eā positꝰ est filius Dei, quādo sub eius viscera requieuit? nonne subter eā fuit, quādo erat subditus ei? si ergo tanta est quercus ista, nec mirū ꝙ sub ea nūciet angelus liberationē populi Gedeoni, nā ex quercu ista desperatus dæmon suspendit se, ibiq; victus est, vt figuraliter patet in Absolon de quo dicitur. Cumq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercū & magnā, adhęsit caput eius quercui, & illo suspenso

Maria est quercus Deo consecrata.

Ioſu. 24. f

2. Reg. 18. b

inter cœ

inter cœlũ & terrã, mulus cui insederat, pertransiuit. Mulus dæmonis furia eius est, qua ipse audax non reueretur matrẽ Dei, quã expugnare nitebat, sed caput eius adhęsit quercui, vt esset memor illiꝰ pręsagij quo dictũ est ei, Ipsa conteret caput tuum. Pertrãsiuit ergo furia ferox dæmonis, quia in matre Dei non potuit detineri, sed repelli, & caput eiꝰ peccatũ videlicet originale, contritũ est subito prĩa fronte, primo congressu anteq̃ vllam obtineret victoriã, vnde propterea (vt in glosa dicitur) Absolõ capillis suis suspensus mãsit, quia fraudatus est a cogitationibus suis, quæ designãtur per capillos. Cogitauit mala in matrẽ Dei, & ipsis malis suspensus est, quia non potuit irrogare Mariæ quæ cogitarat, ĩmo ad eũ retorsit mala capitis sui, vnde propterea dicitur in eodẽ loco. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absolon. Ioab hoc fecit, qui interpretatur paternitas, & est Deus pater, Dñi nostri Iesu Christi, a quo omnis paternitas in cœlo. s. deitate Christi & in terra. s. humanitate eiꝰ nominatur. Iste propter honorẽ consortis suæ Mariæ voluit, vt in ea penderet Lucifer, qui contra patrem suũ Deũ se erexit, ille autẽ manibus fœminæ tradidit illũ tribus lanceis confossum, & simili pœna mulctatũ. Nam dæmõ velut tribus lanceis voluit ferire matrẽ Dei. s. originali, veniali, & mortali peccato: & hæc tria cõtra eum versa sunt in Maria per Dei gratiã, quæ triplex fuit. s. pręueniens, & cõcomitans, & subsequẽs. Per has tres gratias fulgurantes, dæmonẽ Maria confodit in corde. i. in initione in ea inciperet viuere, sed mori: vnde signant Absolon dicitur corde percussus. Si ergo antiquitus pro respõsis habẽdis orabatur sub quercu syluestri, cur nos pro gratia impetranda non orabimus Deũ sub ista quercu domestica Dei? nam vt vidisti superius in sanctuario Dei est: ideo ei genibus flexis pro facũ

conceptio Mariæ diabolum superat.

sub Maria est orandũ

dia di

dia dicendi offeramus Aue maria.

¶ Argumentum vbi exponitur hiſtoria Balaam.

Nu. 22. c. IN libro Numerorꝝ dicitur, ꝙ vt ſynagoga eriperetur, ac liberaretur a maledictione arioli Balaã miſſus eſt angelus Dei, qui ariolo reſtitit volẽti maledicere populo Iſrael: vnde ſcriptũ eſt. Et iratꝰ eſt Deus. Stetitq; angelus Dñi in via cõtra Balaam qui inſedebat aſinæ, quæ angelũ cernens in via ſtantem euaginato gladio, auertit ſe de itinere, quã cum ꝟberaret Ariolus, & vellet ad ſemitã reducere, ſtetit angelus in anguſtis duarũ maceriarũ, quibus cingebãtur vineæ, quẽ vidẽs aſina, iunxit ſe parieti, & attriuit ſedentis pedẽ. At ille iterũ verberabat eam, & nihilominus angelus ad locũ anguſtũ tranſiens obuius ſtetit: tunc illa eum timẽs concidit ſub pedibus ſedentis, qui ardẽtius iratus tũdebat latera eius fuſte. Angelus vero nõ ſolũ aſinæ loquelã dedit, vt pro ſe reſpõdeat, ſed ipſemet ariolo dixit. Cur (inqt) tertio ꝟberas aſinã tuã? niſi aſina declinaſſet de via, dans locũ reſiſtẽti, te occidiſſem, & illa viueret. Vidiſtis fratres angelicã ſollicitudinẽ patrocinantẽ innocenti animali, quid ne faciet pro anima noſtra? Hæc aſina vt ait Yſidorus eſt gentilitas, quæ accepturа erat linguarꝝ donum. Scd'm Gregoriũ eſt caro noſtra, quæ dum infirmitate aliqua ꝟberatur, ſpiritum inſidentẽ ſibi docet ad meliora tendere. Scd'm aliam expoſitionẽ aſina hæc angelũ videns, anima peccatoris eſt, quæ per ſtimulũ conſciẽtiæ iudicium Dei formidat. Propheta malus ei inſidẽs eſt homo peccati, qui diligens iniquitatẽ odit animã ſuã, dum ꝓphetat ſibi longã vitam. Sed vt Origenes ait, hęc aſina eſt ſynagoga, cuius patrociniũ gerebat ãgelus quã & Chriſtus per apoſtolos ſibi tradi præcepit. Hanc prohibitus eſt Balaam cedere, immo & coactus eſt ei benedicere cõtra voluntatẽ eius qui eum mercede cõduxerat, vt Iſraeli malediceret. Balaã ergo ducto

aſina quid

go ductus est ter ad supercilia diuersorū montium, ex quibus videre posset Israelē, & ei maledictiōes imprecari. Angelus aūt iterū atq; iterum apparens ei, coegit eū vt Israeli benediceret. Si ariolus iste ad maledicendū conductus, non potuit aliud facere ni si ei benedicere, ego q̄ ad benedicendū Mariæ huc vectus sum quom ō ei non benedicā? ad me etiā (vt ait thema) missus est āgelus sicut & ad Balaā symonia cū, tamen saniori vsus consilio mutans propositum, benedictiones imprecatus est Israeli. Erā & ego aliquando fratres alterius male opinionis circa virginis conceptionē, nam hyspani lic ētiam habēt adhærendi cui voluerint. Non desunt profecto ibi, qui adhæreāt opinioni ne dicā hæresi Luteranæ Mariam tenētis, originali piaculo cōceptam. Ego autē vt indeuotos ad virginē deiparā cōuerterē, assumpsi personā Balaam, qui coactus fuit benedictionem præstare, vbi aduertite queso, qualiter ille duct⁹ sit ad supercilia triū mōtiū. s. Baal, & Phasga, & Phogor. De hīs trib⁹ erit nost⁹ sermo, nā hī tres mōtes erunt mihi velut cathedræ, ex quib⁹ adnitar matrē Dei bñdicere ac sermocinari. ¶ Iā ergo aduerte q̄ āgelus Dñi qui prędicatores purgat, illuminat & perficit mihi spiritualiter missus: duxit me ad supercilīū illorū trium montiū, vt viderem quid deberem dicere Israeli. s. matri Dei, quæ est principalior & optima pars illius populi, de quo in euāgelio libri generationis Iesu Christi fit mentio, & tandē tanquā ad metrū & mensurā & coronā peruenitur ad virginē, quæ & in libro Iudicū dicta est mater Israel, propter quā & totus populus Israel tot beneficia obtinuit. Iam ergo ex illis tribus mōtibus benedicere poterim⁹ matri Dei. Prim⁹ vocatur Baal, & interpretatur dominās, secundus Phasga, & interpretatur munitio, tertius vocatur Phogor, & interpretatur apertio, primus est sacra scriptura: sed's doctorum

Nu, 22, g. & 23, d.

Diuisio, Prīa, pars,

ctorum scripta: tertius ratio naturalis. Primꝰ domi-
natur alijs duobus, Nam sacra scriptura dicitur esse
in vertice montiū, quia cū res habeāt esse in natura,
& habeant esse in anima per noticiā acquisitā, & ha
beant esse in ea etiā per gratiā. Et habeant etiā esse in
ea per gloriā. Et habeant etiā esse ī arte ęterna. Phi
losophia quidē agit de rebus, vt sunt in natura, seu ī
anīa secundū notitiā naturaliter insitā, vel etiā acqui
sitam. Sed sacra pagina supra fidē fundata & per spi
ritū sanctū reuelata tractat ea quæ spectant ad gra-
tiam & gloriā, & etiā ad sapientiā æternā. Vnde ip
sa substernens sibi philosophiā, & assumens de na-
turis rerū quantū sibi opus est ad fabricandū specu-
lum, per quod fiat repsentatio diuinorū, quasi scalā
erigit, quę suo infimo tangit terrā, & suo cacumine
tangit cœlū, & hoc totū per illā ierarchā matrem
Dei, qnæ nō tantū rationē sanctitatis ac dignitatis
est ierarcha in ecclesiastica ierarchia, verūetiā in an-
gelica, & attingit mediam personā in illa supercœ-
lesti Ierarchia diuinæ trinitatis. Ita ꝙ per ipsam a
summo capite Christo descendit vnctionis gratia:
non solū in barbam, verūetiam in oram vestimēti.
Quia non tantū in Hierusalē supernā, verūetiam in
ecclesiam militantē per Mariā deriuant dona, vnde
collū ecclesię. s. Maria dicitur turris eburnea quo ad
nos, qui valida egemus defensione, quo ad beatos
dicitur. Collū tuū sicut monilia, quę pulcherrīa esse
solent. In machina mundana pulchritudo magna
est, sed longe maior in ecclesiastica pulchritudine sā
ctorū decore charismatum ornata. Maxima vero in
Hierusalē superna, super maxima aūt in illa summa
& beatissima trinitate, quā Maria tāgit etiā per cog
nationē naturalē. Hęc de altitudine Marię dicta sunt
vt liquido aduertas, ꝙ nemo de ipsa loqui poterit,
nisi prius mēte conscēderit super verticē sacrę scrip-
turæ, quæ nimis conuenit Mariæ, nā si sacra pagina

altitudo Mariæ, & scripturæ.

quadruplex Ierarchia.

(vt vi

(vt vidimus) interpretat dominans, Maria etiã dña declaratur, & in õnibus est p̃dominãs, dum in õni gente, & in õni populo principatũ tenet. In cui⁹ di tione cuncta sunt posita, imo etiam cunctorũ Dñs. Ille ergo ascendit montẽ dñantem .i. sacram scriptu ram, qui eã exponit cõuenientius diuinę bonitati, q̃ teste Dauid est super õnia opera Dei. Si ex hoc mon te vobis euangelizare velim Syon matrẽ Dei mun dissimam, prius oporteret adducere, quæ ipse Balaã dixit. Nã cum esset in monte primo, & maliuoli ex pectarent eũ Israeli maledicturũ dixit. Quom õma ledicã, cui nõ maledixit Dñs? qua ratione detester, quẽ Dñs non detestatur? de summis silicibus vide bo eum, & de collibus considerabo illũ. Populus solus habitabit, & inter gentes nõ reputabit. Hæc auditor sermonũ Dei Balaã, vbi conceptionis virgi nis mũditia notatur sublimiter, primo quia cũ Dñs maledixerit Euę ac detestatus sit Adã dicens. In su dore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris i terrã &c̃. q.d. iam nõ vesceris pane meo sed tuo, iã non de ligno vitę sed mortis, quia sicut infirmus co medes herbas terræ, & non fructus paradisi. Euæ maledicens ait. Multiplicabo erũnas tuas, & cõcep tus tuos &c̃. ergo nihil horum sit in Maria, quę nõ tantũ pane nostro q̃tidiano: sed etiã pane diuino, & fructu ligni vitę pasta est. Nec in puluerẽ conuersa, nec herbas aliorũ vitioꝝ comederit, cur (inquit) ma ledicã, cui nõ maledixit Dñs? De sũmis silicib⁹ (in quit) videbo eũ. i. in eminenti positũ, & sublimatũ. Et est prophetia de maiori exaltatione populi Israel vnde glosa. ordina. sic ait. Ideo non debet maledici, quia alta & cœlestis est eius vita. Nemo intelligit eã nisi ad eminentẽ scientiã ascenderit. Et Origenes ait Quod nõ de carnali Israel dici videtur, sed de illo cu ius super terrã ambulantis conuersatio est in cœlis. Ecce igitur quomõ hæc secundũ Origenẽ altius in telligenda

Num. 23. b

Gene. 3. d. Maria bñ dicta est.

Philip,3.d. telligenda veniũt, nõ profecto melius de alio q̃ de matre Israel Maria, quæ adhuc in terra existens erat in cœlo mater Dei. Sed nec immerito amphibologice locutus est Balaã, dũ dixit de summis silicibus videbo eũ, nã per Mariã exaltandi sumus, vt eã exaltatã videamus, de qua & sequitur. Populus solꝰ habitabit, Quia virgo beata non est permixta cæteris hominibus, nec inter cæteras gẽtes reputata sed certis nobilitata priuilegijs, & legittimis suis sicut tribus Leui Deo consecrata, non est permixta cęteris. Sola ergo est Maria. i. segregata a cæteris sanctis primo in corde per fidẽ integrã, secũdo in carne per ỹginitatẽ Deo consecratã, tertio in verbo sibi dato vt illud carne indueret, quarto i veste qua induta ẽ virtute ex alto cæteris abundantiꝰ, quia Deus nõ fecit taliter õni nationi sicut fecit Hierusalẽ. Super verbũ prædictũ ait Origenes. Israel vere solꝰ habitat, sic-

Psal,167.b nim accessimus ad Syon montẽ & ciuitatẽ Dei, & venimꝰ ad spiritualẽ Iudæã, quæ est portio Dei, & in terris positi ibi cõuersamur, vere non reputamur inter cæteras gentes. Accedamus ergo per imitationẽ (vt inquit doctor iste) ad portionẽ Dei Mariã, q̃

Maria sola est est peculiũ eius, & nõ reputabimur inter sibi aduersantes, dũ eam mũde conceptã crediderimꝰ in q̃ priuilegio vnica est colũba mea, vna est perfecta mea, inter gentes peccatrices non reputata, sola ẽm lucẽ habitat inaccessibilẽ. Nã quæ sola in cœlo constituit Ierarchiã, sola in terra dotari debuit, quia gratia, & gr̃ia sibi inuicẽ correspondẽt. Sola ergo habitat Maria, quæ ideo electa dicitur vt sol, quia sola vt ille solus lucet in die conceptionis suæ cęteris astris obscuratis Sed ad aliũ huius primi mõtis locũ ascendamꝰ vt clarius gloriã virginis contẽplemur, & locus sit ille, vbi Esaias propheta dixit. Lætabitur deserta et

Esaiæ,35.a. inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium Germinãs germinabit, & exultabit lætabunda, &

laudans

laudans, gloria libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbūt gl̄iam Dñi & decorē Dei nostri Ex hoc loco videbimus gloriā Dñi .i. Mariā in qua gloriatur eius decorē induens. Maria dicitur deserta quantū ad mundū, quia deserens mundū & a mundo deserta vnde iuxta aliū prophetā terra illa inculta .i. neglecta factus est hortus voluptatis, vt .s. ibi secūdus Adā poneretur. Inuia fuit quantū ad diabolū, quia in hac solitudine referente Iob, semitā ignorauit auis .i. diabolus alte volans, & omne sublime videns Nec intuitus est eā oculus vulturis .i. hostis antiqui. Si em̄ eā videre potuisset, nunquā de virginitate eius perpetua dubitasset, nunq̄ de eius filio, quin esset virginis filius hæsitasset, & ille quē olim de virgine nouerat nasciturū. Quis nam q̄ ignorat q̄ ille subtilis oculus vulturis, qui vltra mare (vt dicitur) cadauera cognoscit, optime sciat distinguere inter virginē, & corruptā, si ei datum fuisset intueri vtrūq; ideo circa hui⁹ rei inquisitionē cūctata anxietate & sollicitudine iniquissim⁹ inquisitor, ac scrutator extitit quia virginē in priuilegio immunitatis absconditā & conceptā videre nō potuit, quæ & in lumine vult⁹ Dei occultata perhibetur, cui⁹ respectu Maria dicitur solitudo, quia nunq̄ fuit cū ea tyrānus fomes peccati, nam de cōceptione Mariæ dixit Deus. Ducā eā .s. ex mea mente in solitudinē .i. sine peccato conceptā, & ibi loquar ad cor eius. Cor primo formatur in conceptione, ideoq; ei vult De⁹ in Maria loqui, vt insinuet eā a principio innocentem Dicat ergo Esaias. Lætabitur .s. corde, deserta, & inuia, & exultabit in spū solitudo. Nā germinans spiritualiter germinabit carnaliter quasi liliū quia cum virginitatis honore gaudiū matris habens. Et quasi liliū .i. vberrime & copiose, nā vt dicit Plinius albo lilio nihil fœcundius, ex vna interdū radice centum pullulāt filij. Vnde & Marię venter aceruo tritici con

Mariam de mon igne rat.

Ezec. 36. c
Iob. 38. b

Ozeæ. 2. c

Maria est lilium.

Can. 7. d

tici cõparatur. Vel quasi liliũ germinat Maria, quo niã habet albã & pulchrã & rotundã radicem, quæ ad eius conceptionẽ optime faciunt, nã alba fuit per innocentiã, pulchraq; generatio cũ castitate, & rotunda vt ab instante suę conceptionis perfectũ face ret girũ ad ipsum Deũ, qui eã creauit rediens. Dixit ergo Esaias. Exultabit lętabũda &c, in hac serie quĩ quies ponitur exultationis verbũ & laudationis, in quo notari valent quinq; gaudia p̃cipua beatę Ma rię, primũ in conceptione sua, secundum in eiusdem natali, tertiũ quando Deũ concepit, quartũ quando eũ glorioſum vidit, quinto, quando se vidit assumi. Triplicẽ gloriã dixit Esaias Marię collatã .s. libani, carmeli, & saron. Libanus candidatio interpretatur quia candore innocẽtię concipitur. Carmelꝰ dicitur cognitio circũcisionis, vbi notatur, q̃ Marię confer tur circũcisionis fructus. Saron interpretatur canti cum eius. s. Christi, & est ecclesia vbi homines bap tismo dealbãtur cuius fructũ etiam in sua concepti one habet Maria. Tamẽ alij dicũt per libanũ & car melũ & saron intelligi & ecclesiã triumphantẽ, & ecclesiã ex gentibus, & ecclesiã euangelicã quarum quidẽ candore Maria ornatur, ideoq; tantũ lætatur Vnde iure quo ad illa tria dicitur ei. Tu gloria Hie rusalem, tu lętitia Israel, tu honor populi nostri.

gaudia Ma riæ,

Iudith, 15,

¶ Secundus mons, ex quo Mariæ benedicimus ad suggestionem angeli.

Nume, 23,

NVnc de secũdo montis supercilio disseram9 quo Balaã benedixit Israeli, de quo dicitur. Cũq; duxisset eũ in locũ sublimẽ super ver ticẽ montis Phasga, quod interpretatur munitio & est doctorũ expositio, qua munitur sacra pagina di uersis sensibus per eos qui castra vterunt exterorũ. i. hęreticorũ fortes facti sunt in bello spũali doctrinę in quo doctores velut gladio elimato verbo Dei vtuntur. Iã ergo munitio scripturæ est doctoris boni

expositio

expositio, & ne per diuersa loca exponenda discurram, solũ videamus nunc benedictionẽ, quam ipse Balaã protulit in hoc secundo mõte, vbi dixit. Ad benedicendũ adductus sum. s. per angelũ: Benedictionẽ (quã suggerit) prohibere nõ valeo. Non ẽ idolum in Iacob, nec videtur simulachrũ in Israel. Dñs Deus eius cũ eo est, & clangor victorię regis in illo Huius montis munitio est doctorũ expositio, quæ i 1, Reg, 5, a, glosa ordi. sic habet. Archa Dei ab Allophilis capta est, & ducta in Azotũ, & introduxerũt eã in domũ Dagon, & inuentꝰ est Dagon pronus cecidisse i terram ante archã. Vt ait Augustinꝰ, non potest melius exponi sacra pagina, ꝙ si per alterũ locũ exponas alterũ, vnde Cherubin seipsos respiciunt, quia ꝓphetæ sese exponũt, & alter alterũ ala sua tãgit. Prophe ta Balaã prẽsagit innocentiã conceptionis Marię dicens nõ esse idolũ in Iacob, nec simulachrũ in Israel sed victoria secũ commorãtis. Et hoc idẽ propheta Samuel declarat in libro Regũ, vbi modũ victorię potuit, dũ ostendit archã Dei magnifice destruxisse idolũ Azoti, & in illo triũphasse Magna hic expositione magna munitione opus est, vt huius negocij mysterij elucidetur, pro quo aduerte, ꝙ vt ait glo. ordi. per Iacob intelligitur corpus, per Israel autem intelligitur ania, in istis nõ est idolũ nec simulachrũ quia nec in corpore, nec in anima virginis reperitur originale peccatũ, quod vt ait Scotus pro materiali est in carne nostra, pro formali autem in anima. Sed vtrobiꝙ Maria mũdissima censet, quia non est idolum in Iacob. s. corpore suo, nec simulachrũ in Israel. s. anima eius illũinatissima. Loco istius idoli. s. peccati originalis, Adã repręsentantis, est Deus in Maria vincens omne peccatũ, vnde propterea dixit Balaam. Dñs Deus cũ ea est & clangor victorię regis in illa. In ũni christiano est clangor victorię Christi tamen magis apud Mariã sonat, vnde Alanꝰ super

sacrapagia sese elucidat,

3, d, 3, q, 1.

peccatũ est idolũ quo Maria caret,

Cantica

Cãtica sic ait Sciuit namq; & potuit Dei clementia talem efficere, quæ omniũ etiam angelorũ vinceret puritatẽ, in quã vtpote suã matrẽ perfectissimꝰ mediator, & redẽptor, perfectissimũ redimendi genus (quod in prẽseruatione cõstat) exercet. Hæc ille quẽ si profunde cupis intelligere, Scotũ lege vbi supra. Non est ergo idolũ peccati originalis in Maria, nec vetus Adã, indecens namq;, ac õnino erroneũ est, asserere, Mariã aliquando imaginẽ, aut bestię caracterem admisisse, quãuis in Apocalip. dicatur. Faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites & pauperes & liberos, & seruos habere caracterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis. Ecce quom õ caracter peccati originalis, quod simulachrũ siue idolum dicitur, est in manu aut in fronte omnis viuentis in anima aut in corpore primo cõcepto, excepta beata ỹgine de qua immediate incepit Ioannes, vbi supra Et vidi, & ecce agnus stabat supra montẽ Syon. Ecce quom õ agnus Dei regnat in Maria, & nõ bestia Agnus (inquit) stabat supra montẽ Syon, cui alibi dicitur. Super te autẽ orietur Dñs, & gloria eius in te videbitur. Gloria õnimodę victoriæ Christi est in Maria & non simulachrũ Adę aut bestię aut peccati originalis, nam si Maria (vt scriptura testatur) est signũ Dei signũq; fœderis eiꝰ iã dudũ & ab ãtiquo pro salute omniũ in cœlo positũ, quom õ aduersarię potestatis caracterẽ contraheret: audi quid ĩ Gene. Deus dicat. Arcũ meũ ponam in nubibus cœli, & erit signũ fœderis inter me & terrã. Subdit. Eritq; arcus meus in nubibus, & videbo illũ, & recordabor fœderis sempiterni. Ecce q; ab antiquo est Maria signũ Dei amãtis nos propter eã, quæ omni amore digniſsima est. Nec solum dicit Maria esse in nubibus cœli, vt rore misericordię nos infundat pluẽs in nos iustũ filium Dei, qui iustificat omnẽ hominẽ inter quẽ & Deum est Maria quoniã in eodẽ capitulo Ge-

Apoc,12,d,

Apo,14,a

Maria est signũ Dei, amãtis nos ob eam,

lo Geneſis dicitur Quod pactū eſt inter Deū & om nem animā viuentē vniuerſæ carnis, quæ eſt ſuper terram. Inter Deū & homines eſt Maria adhuc re cēter recepta, nā ſi attentius inſpicias, nec inuenies eam conceptā vt homines in peccato, nec vt Deum filiū ſuum in gloria viſionis Dei animæ Chriſti ab inſtanti conceptionis īmiſſe medio tamen modo cō cipitur ex vtroq; participans cū Deo, quē concepit in gratia, & nobiſcū qui per cōmixtionē gignimur. Vnde etiā hodie Maria eleuatur inter cœlū & terrā inter nos, & Chriſtū, vt rectius dicatur mediatrix Dei & hominū. Si autē fratres victoriā regis cōtra idolū, & Mariā victricē pariter laudare cupitis, au dite modū eius, qui ponitur in libro Regū vbi dici tur. Tulerunt Philiſtiim archā Dei & intulerunt in templū Dagon, & ſtatuerūt eā iuxta Dagon. Cūq; ſurrexiſſent diluculo azotii altera die, ecce Dagō ia cebat pronus in terra ante archā Dñi, & tulerūt Da gon, & reſtituerunt eū in locū ſuum. Rurſumq; ma ne die altera conſurgentes inuenerunt Dagon iacen tem ſuper faciē ſuam in terra corā archa Dñi, caput autē Dagon & duæ palmę manuū eius abſciſſę erāt ſuper limen, porro Dagon ſolus trūcus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacer dotes Dagon, & ōnes q̄ ingrediunt templū eius, ſu per limē Dagon i azoto vſq; in hodiernū diē. Ecce victoria quā Dñs manēs cū Maria, obtinuit de ido lo peccati originalis. Philiſtęi pugnantes aduerſus archā Dñi ſunt dęmones inſidiantes calcaneo Marię (hoc eſt) inicio ſuę conceptionis, cū autē vidiſſent eā ex concubitu ſicut & nos conceptā, putabant ad ſe pertinere, & magnā obtinuiſſe prędam, vnde tule runt eam, & ſtatuerūt iuxta idolū Dagon, quod ip ſi colebant, & eſt Lucifer, quia Dagon interpretat piſcis, & eſt Leuiathā, qui putauit ſe matrē Dei de uoraſſe, tamē deterius ſibi actū eſt, q̄ piſci deuoran

i. Reg. 5. a. Maria eſt archa vic trix.

ti Ionam. Vnde surgẽtes mane habitatores Azoti reperiunt eum pronũ iacentem in terra corã archa Dñi. Nam quæ cõuentio lucis ad tenebras? & matris Dei ad Belial? Sed vt videatis quomõ contriuit caput eius, aduertite q̃ Azotij in Hebræo dicit asdodim, id est depredãtes, siue ignis dilectoꝝ vel patruorũ: & est genus populi in terra Chanaã, in parte aquilonari degẽs. Maria õnibus hñs cõtraria est, quia nõ depredatur, immo de dẽtibus dæmonis abstulit predã, nec incurrit ignem turpẽ amatorũ patruorũ Adæ & Euæ: nec in parte aquilonari sed australi degit. Vnde si mane surgamus consyderãtes inicium cõceptionis suę, inueniem⁹ eam gloriosam victricẽ, quia eripuit ab idolo caput & palmas manuum eius Nõne satis esset ei caput abstulisse? quid ergo & palmas manuũ eius euulsit? In se & in nobis Maria dæmonẽ vicit. Victoria personalis notat in capite absciso: eam vero quæ ad nos vsq̃ pertenditur, notabis in palmis euulsis. Dux pro se & pro suis obtinet victoriã, & Maria pro se & pro nobis Sed quid hoc est fratres, q̃ Maria in limine idoli posuit caput & palmas? nõne melius esset eas secũ asferre, vti Dauid, qui secũ tulit caput Goliath? in limine vsq̃ in hodiernũ diem remanet memoria huiusmodi victoriæ, & limen Dagon propter victoriam quã ibi obtinuit mater Dei, nemo calcare debet Nonne limen Dagon est nostra humana cõceptio? qui p̃ hoc limen mundũ intrauerit, sciat se idolo pertinere: quia õnes quotquot nascũtur, quotquot hũc intrant mundũ, conteruntur in porta: mater ãt Dei nõ contrita est, sed in ipso limine cõceptionis suę cõtriuit caput idoli, quod est originale peccatũ, & palmas manuũ eius, ne a dextris aut a sinistris putet aliquẽdo eam vincere. Propter hãc igitur integram peccati victoriã quã Dei genitrix corpore, & aĩa obtinuit, dixit Balaam. Nõ est idolum in Iacob, nec

Iosue. 15. a

Maria dæmonẽ trucat.

videtur

videtur symulachrū in Israel. Dñs Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo.

¶ Tercius mons ex quo Maria benedici debet, & valet etiam pro assumptione sua.

TErtius mons vocatur Phogor, & interpretat apertio, estq; ratio naturalis, qua solemus aperire, & rerū cognoscere causas: nam teste Augustino, deficiēte sacra pagina quæ est primꝰ mons ac deficiente doctorū sententia, quæ est secūdus, deseruit nobis tercius ad inquirēda dubia & aperiēda, vnde propterea ratio naturalis vocat apertio. Hac etiā cœlum aperuerūt philosophi, dum indagine naturali ad cognitionē primæ causæ deuenerūt, & sic dato q̄ sacra pagina taceret, doctorūq; munitio nō adesset, nec ideo cessandū arbitror a laude Mariæ: nam ratio naturalis nō deerit, quæ etiā sola sufficiēs est matrē Dei prēconio extollere. Vnde cū de Mariæ assumptione integra nō haberet Augustinꝰ euidentem autoritatē ad rationē naturalē habuit recursum, qua tenuit Mariā corpore pariter & anima fuisse assumptā, de quo sermonē faciens dixit. A maledictione Euæ excipitur Maria, cui dictū est In dolore paries filios tuos, quia ipsa ī lętitia parturiuit Dominū. Igitur similiter a maledictiōe Adæ excipi debuit, cui dicitur, Puluis es, & in puluerē reuerteris. Ergo nō debuit īcinerari, licet mortua sit. Prēceptū em̄ est honorare patrē & matrē, cum ergo Christꝰ in vita præ cæteris honorauerit matrē, pium est credere ipsum in morte speciali gratia ipsam præ cæteris honorasse. Caro Christi caro ✠ginis est, et multo specialius q̄ Ioseph Iudæ cæterorūq; fratrū, qui dicebāt, frater et caro nra est. Vnde sicut caro Christi nō vidit corruptionē, sic nec caro virginis. Thronum Dei, & thalamū Dñi, & tabernaculū Christi dignum est ibi esse cū eo. Tantā igitur integritatē merito incorruptibilitas, nō putredinis vlla resolu-

ratio naturalis marię deseruit,

cinere peccati caret Maria.

tio sequitur. Hęc Augustin⁹, qui ratiocinãdo nititur probare ĩcorruptionẽ carnis Mariæ, vt nos doceat ita facere. Omnia vero quæ Augustin⁹ affert ad probandam Mariæ carnẽ incorruptã, vt in tercio sentẽtiarũ notat Gabriel, optime adduci possunt ad probandã eius immaculatã conceptionẽ: immo ex isto sequitur illud: ex hoc em̃ ꝙ immaculata cõcepta est prouenit ꝙ non debuit incinerari: nam quæ sine de decore exiuit a mũdo, sine iniuria intrare debuit & econtra. Totũ pendet a priuilegio creatoris, qui pari ratione deberet facere alterũ sicut & alterũ: nam qui seruauit corpus eius ab incineratione, cur nõ seruaret animã? quod est incineratio carni, est peccatũ animæ. Incineratio tabefacit corp⁹, & peccatũ animam. Nos cinerẽ habemus in capite, quia in originali piaculo cõcipimur, et in pedibus etiã quia morte incineramur: & etiã in manibus. i. operibus nostris medijs: quia cinerẽ peccatorũ tanquã panem mãducamus: vnde iure Petrus dixit, dum vellet eũ Christ⁹ lauare. Non tantũ pedes meos, sed manus & caput. Maria tota pulchra dum tam innocenter vixit, ac sanctissime non solũ in terrã, sed in cœlo cõuersata est, in capite & in pedibus cinere caret, quia per vtrũq; ostium trãsiuit illesa, de quo gratias Deo referẽs ait. Liberasti me scd'm multitudinẽ misericordiæ nominis tui, a rugiẽtibus pręparatis ad escã de manibus querentiũ animã meã, & de portis tribulationũ quæ circundederũt me, & a pressura flãmæ quæ circũdedit me, & in medio ignis nõ sum æstuata. Hijs malis se dicit obsessam, vt ostẽdat, ꝙ nisi esset præuenta, in ea caderẽt. Dicit ergo se liberatam a rugiẽtibus vermibus pręparatis ad corporis escã. Et de manibus. s. dæmonũ, quæ sunt peccata, quibus nos capiũt. Et vt ostendat ꝙ hæc liberatio præuenit eam, dixit. Et de portis tribulationum Optimũ genus liberãdi (vt ait Scotus) est preueniẽdo, ne

nos cinere abũdam⁹.

Eccl. 51. a.

in portis eripitur Maria

do, ne quis mala incurrat. Nos deus a malis iam cõ tractis liberat, quasi a domo carceris educens, Ma- riam vero de portis tribulationũ, ne per eas intret. Porta tribulationũ huius vitę est peccatũ originale porta tribulationũ post hãc vitã est incineratio, qua ipsa caro tribulatur. Ab his ianuis mortis Maria eri pitur, quia nec per originale peccatũ in hanc vitam intrauit, nec per incinerationẽ in aliam. Et vt clarius hæc beneficia exprimat, se dixit liberatã de medio ignis, ac de medio flammæ, quia nec fomes peccati dum cõciperetur ei nocuit, nec febris eam cõtristaꝛ uit dum moriret. Nos ardore peccati cõcipimur, & ardore febrili desinimus esse, Maria vero ab vtroq; libera est, sicut rubꝰ in quo Dñs loquebatur, qui ar dore nõ perdidit virorẽ, immo viridior ac vernãtiꝛ or mansit, ad quod facit tercia benedictio Balaam, qua respiciẽs plebem Dñi dixit. Quã pulchra taber Nu. 24. a. nacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles ne moroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacu la quæ fixit Dñs, quasi cedri ꝓpe aquas. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictꝰ: qui ma ledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratusq; Balac cõtra Balaam, cõplosis manibus ait. Ad ma- ledicendũ inimicis meis vocaui te, quibꝰ ecõtrario tercio benedixisti. Balac interpretatur destruẽs, & est dæmõ, qui per se ac suos, etiã matrẽ Dei nitebat destruere: tamẽ beata ✠go aliquãdo inimicos suos cõuertit ad pacẽ, vt eam beatã dicentes benedicant Iam diximus Iacob & Israel ad corpus & animam virginis referri, quia vtrumq; reperitur benedictio tabernacu ne dignũ. Habet ergo Maria tabernacula & tento- la & tento ria. Tentoriũ (vt inquit glosa) est ad tempus, taber- ria Mariæ. naculũ perpetuæ durat, maxime hic vbi memoran tur a Dño fixa. Vt tabernacula (inquit) quę fixit Do minus. Non solum fecit, & posuit, & ornauit altis- simus

simus tabernacula Mariæ, sed fixit ea, vt possint cũ ea ꝑmanere, vsq; dũ trãseat in æterna tabernacula cœli. Nã non deficiet i via gratia ꝟginis, de q̃ dicit Neq; flagellũ appropiquabit tabernaculo tuo. Habet ergo Maria tabernacula durabiliora & hæc primo, quia sc̃do habet tẽtoria solũ ad tẽpus, tñ vtrũ q; pulchrũ, vtrumq; delectabile, ita vt dicam⁹ ei. Q̃ pulchra tabernacula tua &c̃. tabernacula prius ei a Dño fixa sunt septem gratiæ spũs sancti, quę nũquam defuerunt ei, nã etiam ab initio conceptionis suæ sapientia in carnanda Mariã sibi domum ędificauit, cui excidit colũnas septem, quarũ qualibet est tabernaculũ per se satis amœnũ, vbi est & hortus. i virtutũ germinatio etiam germinãs cedros .s. act⁹ heroicos. De tabernaculis istis, quibus protegitur Maria, non est modo dicendũ per singula. De tentoriis, vt arbitror, audire cupitis, quæ non semper sed ad tempus dantur ei. Sed quid opus habet tẽtoriis, quæ protegitur in tabernaculis a turbine, & a pluuia? tempore festorũ vtebantur antiqui tẽtoriis non tantũ in cœnophegia & in cõuiuiis, vt patet in Assuero sub tentoriis celebrante festa sua. In insigni die solemnitatis suæ beata virgo fruebatur, non humano sed diuino tẽtorio, de quo prædixit ei Gabriel. Spũssanctus superueniet in te, & virt⁹ altissimi obũbrabit tibi. Optimũ sane ac nemorosũ tentorium, in vallibus hũilitatis suæ pendens. De hoc tentorio, pphetauit Moyses dicẽs. In introitu vero atrij fiet tentoriũ ex hyacintho et purpura, coccoq; bis tincto & byssо retorta. Atriũ Dei est vter⁹ Mariæ, quẽ cum intrare voluit, ornauit tentorio diuino Et cũ exire vellet similiter fecit aliud tentoriũ, non inferius priori de quo ait Esaias, qui cum cœpisset Deiparæ virgini cõgratulari, dixit ei. Dilata locum tentorij tui. Iste volebat extraneos ad hoc festũ deuenire, & sane ꝓuenerũt ad virginis tentoriũ, quia

Hęster .1.a

tentorium Marię spiritussanctus est.

Exo.27.c.

Esaię.59.a.

de pasto

de pastoribus dicitur. Claritas Dei circūfulsit illos Et magos hoc natalis Dei tentoriū protexit, & etiā angelos. Sic ergo festa sua in diuinis tentoriis celebrat beata virgo, quæ situlā habet fluentē. s. filium suum quo ad libitū aquas gratiaꝝ educit de puteo altissimo deitatis. Nam si nos inuocādo nomē filij sui petitiones cordis accipim⁹, quom ō ipsa frustrari poterit? Situla est vas quo hauritur aqua: situla Mariæ cęteris superior est, nā alię sunt siccę ac vacuę ex se, hæc autē ex se plenissima est, ideoq; dixit. Fluet aqua de situla eius. Hoc vas potius est fons in aquas plurimas redūdans. Fons sapientię verbum Dei in excelsis, & idē est situla in pectore matris, per quā effundit nobis & abundantius Marię hic per gratiā & in futuro per gloriā Amen.

situla Mariæ Chrs.

¶ Feria quinta secundæ dñicæ aduentus. De conceptione beatę Mariæ.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio vbi ostenditur q; Maria est iordanis.

QVia forsitan incredibile videretur, q; angelus Dñi sollicitabat nos ad plangenda peccata, etiā visibiliter ad hoc voluit apparere coram populo Israel, quoniā scriptū est. Ascēditq; angelus Dñi de galgalis ad locum flentiū, & ait. Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terrā. s. promissionis. Hic locus dicitur flentiū, quia ibi eos flere fecit angelus facinora sua. Sed querendū esset cur angelus iste de galgalis potius q; aliunde venit ad eos, cum potius a cœlo vel a sanctuario Dei aduentasset. Galgalis est loc⁹ vbi posuerūt filij Israel 12. lapides, quos a iordane tulerant, vnde superius dicitur. Duodecim quoq; lapides, quos de iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in galgalis. Iordanis per quē miraculosę archa fœderis transiuit in terrā promissionis, virginē significat, per quā mirabiliter Christus ingressus est ecclesiam suam, vnde ait Hieronymus.

Iudic. 2. a. angel⁹ nos facit flere.

Iosuę. 4. d

ronymus. Chr̄s a patriarcha primo, cui promissus est, peruenit ad virginē, quasi ad iordanē spūssanctꝰ gratia redundantē. Iordanis ergo est beata virgo ex qua non solū duodecim lapides, non solū duodecim beneficia extrahimus, sed plura, quoniā venerunt nobis (vt inquit Sapiens) omnia bona pariter cū illa & innumerabilis honestas per manus illius. Ascendere igitur āgelū de Galgalis vbi sunt lapides, quid aliud est q̄ reducere in mentē nostrā beneficia ꝟginis iam oblita? ne dicā secreta. Ascēdit ergo angelus de Galgalis ad locū flentiū, quando vt nos ad flendum alliciat, suggerit memoriæ nostræ, quomodo dereliquimꝰ beneficia ꝟginis, quomō iam sunt neglecta, quomō iam sunt apud nos quasi nō essent, quoniā assiduitate sicut & alia beneficia Dei viluerunt (vt Augustini verbo vtar.) Quod & interpretatio nominis insinuat, quia Galgalis interpretatur aceruus acerui. De aceruo acerui ascēdit angelus, vt nos cōtritione afficiat. Est em̄ duplex aceruus, primus beneficiorꝝ Dei in se. alter aūt beneficiorū eiusdem per manꝰ virginis collatorū. Quia secūda sunt notiora, ac perinde dulciora, eorū cōsyderatio tenerius afficit cor nostrū, maxime dum cernimus q̄ frequenter eā laborare facimꝰ in necessitatibus nostris per eius gratiā subleuandis, quā vt ad p̄sens assequamur, ei genibus flexis afferamus Aue Maria.

Mariæ beneficia.

¶ Argumentū vbi ostenditur Mariæ conceptio prænunciata.

NOn solū a sanctis parētibꝰ et mirabiliter est cōcepta ꝟgo Maria, sed & per āgelicā proculdubio annunciationē, ac diuinā repromissionē est conceptio eius prædicta, vt Damascenus in tertio libro, & testatur historia eius. Quemadmodū em̄ ait Damascenus venter Annæ sterilis existens, per votū & repromissionē peperit Samuelē, ita & nostra Anna ꝑ preces & repromissiones a Deo affert Dei genitricē

Maria prænunciatur Annæ, & patri suo.

Et probe

Et probe est annunciata, vt a nullo illustriū sit victa
Congrue prenunciatur mater & aurora, vbi preci-
nitur seruus & Lucifer Ioānes Baptista. Hec autem Iudic. 13. a
nūciatio, vt credo, non solū fit beatæ Annę, sed etiā
Ioachim marito suo, vt patet in Manue patre Samp
sonis nazarei, cui filius ex vxore sua sterili nascitur9
nunciatur per angelū. Hoc etiā pre se fert nomē pa-
tris Mariæ. s. Ioachim, quod interpretatur Dñi præ
paratio, ac si præmonitus fuerit, vt se prepararet ad
tantā filiā recipiendam ex Anna sterili vxore sua, in
plus namq; habentur quæ prænunciātur. Consen-
taneū etiam fuit, vt patribus suis nunciaretur, quæ
generaliter per alios prophetas ōnibus nūciabatur
quia ex vniuersalibus ad particulare deuenitur. Er-
go de Mariæ conceptione possumus dicere. Missus
est angelus Gabriel. In priori sermonis parte vide-
bimus mala ob quę angelus mittitur ad cōceptionē
Mariæ, quæ est totius boni principiū. In posteriori Diuisio.
vero dicam bona quę attulit ei suus archangelus Ga
briel. ¶ Prima pars.

¶ Humilitas redemptoris nostri fratres charissimi
ad hunc modum venientis, vt eum reduceret in ec- coadiutos
clesię gremium, sic omnia disposuit, vt laborem hu res Deo ad
ius prouincię ac negocij diuideret nō quidē, vt se ex mittit:
oneraret, sed vt alios honoraret. Poterat quippe fili
us Dei etiā solus coadunare suam ecclesiam, & per
ficere eā, aut saltem illo statu collocare, q̄ non esset
sibi deinceps opus alio adiutorio, tamen vt aposto-
los redderet laude dignos, dignat9 est eos in partem
huius prouintię assumere vt coadiutores Christi &
ecclię cultores dici valerent, quibus & credita est.
Nec iste societatis modus aduētitius, aut modernus
dignoscitur apud Deū, quoniā & lex vetus apro re-
ferente ordinabatur per angelos, nam eos velut so-
dales assumpsit sapientia Dei, quę angelis huiusmo-
di legis promulgationē, ac dispositionē tradidit, vt

per eos

pereos prophetis & patriachis impartiretur. Si alti
us placuerit ascendere, etiã hunc morẽ nihilominus
in patre luminũ contẽplabimur, qui cũ anteq̃ quic-
quã faceret a principio angelos creasset, ilico bonos
in partem reliquę prouintię sumpsit, ac si essent co-
adiutores eius in operibus sex dierũ, cum ipse fece-
rit mirabilia magna solus. Tamen angelos a machi
angeli præ na mundi noluit expertes remanere, nec solummo
nouerunt do habuit eos sibi assistentes seu congratulãtes, imo
mundum, & eo tempore quo ante mundũ creati sunt, ipsum
prototypũ & Ydeam vniuersi obiecit eis, antequã
illud crearet prẽostendens futura õnia anteq̃ fierẽt
Ipsi autẽ angeli ordinate õnia prẽmeditãtes, ea in cõ
templatiõe sua distinxerũt eo quidẽ ordine, q̃ Moy
ses postea scripsit illa. Nã & si qui viuit inęternum,
creauerit õnia simul, mira dispositione mandauit ea
memoriæ historiographus mundi, vtenens sane an
gelica inuentione, quę procul dubio nota fuit ꝓphe
tę. Deus ergo mundũ præostendit angelis, antequã
Gene, 2, a, fieret iuxta illud Augustini (quod affert glosa ordin.
in sexto capite Geneseos) dicẽtis. Dies ergo ille pri-
mus, angelica. s. creatura est, ꝓsentata omnibus ope
ribus Dei, hoc ordine prẽsentiæ quo scientiæ, qua in
verbo facienda præsciret, & in creatura facta sciret,
non per interualla temporũ, sed prius & posterius
habens in cõnexione creaturarũ, in efficiẽtia creato-
ris omnia simul cognouit. Sic emꝫ fecit Deus futura
vt non tẽporaliter tẽporalia sed ab eo facta currerẽt
tempora, lux emꝫ creatura spiritualis omnibus ope-
ribus Dei præsentari potuit per senariũ perfectionẽ.
angeli præ Ecce (inquit) qualiter angeli õnia prius cognouerũt
sunt omni q̃ fierent. Nec solũ habuit angelos inspectores De⁹
bus, sed eos voluit habere consortes in cura (quã cõmi-
sit eis) totius vniuersi, nã dimisit singula singu lis, vt
angeli tuerentur creaturas, & earũ curam gererent
non tantũ animarũ, sed omniũ aliorũ quæ Deus cre

querat seu creaturus erat, vnde ex Origene ait glosa ordi. super illud, maneatis etiam hac nocte, vt scire queā quid respondeat Dñs. Opus est ēm mundo etiam angelis qui sunt super bestias, & prę sunt animalium natiuitati, virgultorū, plantationūq;, & cæterorū incrementis, & qui prę sunt operib⁹ sanctis qui ęternæ lucis intellectū, & occultorū Dei agnitionē & rerum diuinarum scientiam doceant. Vide ergo ne inter angelos inueniaris, qui bestijs præsunt, si beluinam duxeris vitam, aut inter eos qui terrenis operibus præsunt, si corporea & terrena dilexeris. Satage autē quom ō assumaris ad societatē Michaelis, qui orationē sanctorū semper offert Deo. Assumeris autē in hūc numerū, vel in hoc officiū, si istes semper orationi, & vigiles in ea. Vel in officiū, & societatē Raphaelis, qui me dicinę præest, vulneratum. s. peccatis & sagittis diaboli cū videris adhibe curationē sermonū, & medicinā verbi Dei, vt peccati vulnera per pacientiā sanes. Hæc ibi, angelorū igitur clientela & officia omnib⁹ quæ Deus creauit adhibentur etiā ab ipsis rerū principijs, qui & p̄sunt conceptionibus hūanis, nā qui sunt (vt vidisti) super bestias, & præsunt natiuitati animaliū, cur dedignabuntur conceptibus humanis præesse? non ob aliud (inquit) Origenes verificatur illud, in te proiectus sum, ex vtero, & illlud, qui me segregauit ab vtero matris meę, nisi quia vnicuiq; nostrū datur angel⁹ ab ipso conceptionis initio, qui ꝓtegat nos. Si ergo ad hūana omnia peragenda veniunt angeli, & præsunt adhuc in vtero existentibus, quid censendū est de ipsis angelis, quando angelorū regina concipienda erat? si ōnes sunt administratorij spūs missi propter eos qui hæreditatē capiunt salutis, cur non mitteretur Gabriel, ac præmittetur defensor, propter ipsā hæreditatē? Maria quippe salutis hæreditas est, quę non qualemcunq; sed æternā salutem produxit. Ex

Num. 22. c

a cōceptu habes angelum.

Maria ē salutis hęreditas.

hac nem

hac nempe hæreditate non solū homines & angeli, sed ipsa beata trinitas fructū collegit salutis quo vniuersę carni salus acquisita fuit, & ōnibus cicatricib⁹ medela imposita, in Maria enim & ex Maria & per Mariā languor naturæ curatur, & omnibus profecto infirmitatib⁹ subuenitur, vnde Sapiens ait. Frigidus vētus aquilo flauit, & gelauit cristallus ab aqua, super omnē congregationē aquarū requiescet, & sicut lorica induit se aquis. Et deuorabit montes & exuret desertū, & extinguet viride sicut ignem. Medicina omniū in festinatione nebulę, & ros obuians ab ardore venienti humilē efficiet eū. In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illū Dñs Iesus. Hæc ait Sapiens, vbi optime depingit languorē naturæ nostræ, ac medelā hereditatis ꝟ gineę omnibus allatā & primo sibi. Exponā quæ Sapiens dixit scd'm Glosam interli. vnde quia Sapiēs vult, vt tempore sanitatis acquirendę ostendamus conuersationē nostram, & retro actā vitam, ideo nō vos pigeat audire causam vel seminariū infirmitatis nostræ, de quo incepit Sapiens, frigidus ventus aquilo flauit. Ecce toti⁹ mali principiū. Frigidus (inquit) ventus aquilo flauit, ac si diceret. Ab aquilone pandetur omne malū. Quis est ergo iste aquilo frigidus. nisi illius antiqui serpentis sibilus & suggestio, qui tunc flauit quando Euā seduxit: hanc asserit Origenes serpenti venenosis afflatibus infectā. Sed quid opus fuit aquilonē frigidū exprimere cū hoc sit per se notū, nisi vt innueret ꝙ etiam ex tūc multorū charitas frigefacta est: Periculosior est febris, quæ cū frigore venit, quoniam propter frigus Petrus negauit Christū, & sic pater Adā calefaciens se ad ignē concupiscentię, ne cōtristaret delicias suas. s. Euā, Deū negauit. Quæ cū esset non solū ostia, sed ostium mundi, ōnes quotquot mundū, per illā intrant, conterūtur in porta, originali pia

Ecc. 43. c

Eccle. 18. c.

Aquilo est dæmon,

nali piaculo infecti. Criſtallus, vt inquit Yſidorus, aliquando fit ex nimio calore, aliquãdo ex nimio frigore. Ex nimio calore facta eſt criſtallus .i. natura, angelica reducta ad perfectionẽ ſuam, de qua ꝓpheta dixit. Et ſimilitudo firmamẽti quaſi aſpectus criſtalli. Homo aũt fit criſtallus ex nimio frigore, ideo ꝙ dictũ eſt. Gelauit criſtallus ab aqua. Criſtallus .i. homo gelauit ſe ab aqua .i. propter aquã, quę eſt falſitas de qua dicitur. Caupones veſtri miſcent aquã vino. Caupo fuit dæmon, qui falſitatẽ miſcuit veritate volens cupidos ſcientię decipere. Verum ſiquidem fuit illud, ſcietis bonũ & malũ, falſum autẽ illud, eritis ſicut dij. Ex hijs mixturã fecit dicens. Eritis ſicut dij, ſcientes bonũ & malũ. Ab aqua .i. a falſitate, & propter falſitatẽ hanc fit homo malus criſtallus, de quo dixit Iob. In ſimilitudinẽ lapidis indurãtur aquę. Homo ergo qui bibit quaſi aquã iniqtatem induratur cõtra Deum, ac gelatur. Et parum eſſet hoc, ſi Adam ſe ſolum dãnaret, nos tamẽ omnes abſorbuit iniquitas eius, quoniã ſcriptũ eſt. Qui dimittit aquã, caput eſt iurgiorũ. Vnde queſo frẽs mei tot iurgia, vnde regnũ aduerſus regnum, vnde multi bellantes aduerſum me, vnde tot lites carnis in ſpiritũ, & ſpũs aduerſus carnẽ, vnde prouenit ꝙ etiam domeſtici hominis ſint inimici eius, niſi quia pater Adam dimiſit aquã immundã iniquitatis ſuæ ad nos? nec ſolum pater Adam, ſed ille de quo dicit. Vos ex patre diabolo eſtis. Et etiam mater Eua fuit vt illa quæ elegantẽ puerũ flumini cõmiſit Aegypti, tamen Eua veniã conſecuta eſt, quia ignorãs fecit Adam vero ex fragilitate peccauit, dæmon autẽ ex malicia tendebat emm contra inſontẽ matrem Dei torrentem malignitatis ſuæ, quod ſentiens Ioannes dixit. Miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierẽ, aquã tanquam flumẽ, vt eã faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierẽ. Ecce quom õ ſerpens voluit obrue

aqua eſt peccatum originale,

Ezech, 1, e

Pro, 17, c,

Apo, 12, d,

re ma

re matrē Dei, eamq; inuoluere originali macula, q̄ velut diluuiū aquarū multarū inundauit, ne Deo approximarent homines. Vnde in prima auctoritate dictū est. Super omnē congregationē aquarū requiescet, & sicut lorica induet se aquis .i. peccatis. Dæmon qui fluxu peccati originalis gaudet, & locis humentibus requiescit, peccatis nostris munit se contra nos, nec em̄ vtitur alijs armis nisi nostris. Tot arma ei præstas, quot peccata cōmittis, & quia homo peccati a planta pedis vsq; ad verticē seruit iniquitati ad inquitatē addēdam, ideo ille sicut lorica dicitur indutus peccatis nostris se præmētibus. Quęro a te an sit aliquod membrū tibi quod nō effluat iniquitatem, & non emanet in iusticiam? fateris necesse est q; in peccatis conceptus es totus & natus, ideo tot⁹ dæmon tanquā vir armatus occurrit tibi, quia quot peccata perpetras, tot arma conflas ei, qui superius dictus est montes deuorare .i. parentes primos eminentes sanctitate. Et esuriet (inquit) desertū .i. filios Israel, quos decepit in deserto apparens eis in similitudinē vituli. Et extinguet (inquit) viridę .s. nouę legis viriditatē apparentē, sicut & extinxit ignē charitatis in paradiso terrestri. Regnauit ergo dæmon super mōtes legis naturę, & in deserto veteris testamenti, & viriditatē .i. initiū nouę legis extinguere nitebat̄. Alij dicunt per montes intelligi superbos, per desertū auaros, qui sunt filij desertores per viride intelligunt̄ carnales, qui dicunt. Non sit pratū per quod non transeat luxuria nostra. Hæc sunt tria mala mundi, primū pertinēs ad superbiā vitę, secundū ad concupiscentiā oculorum, tertiū ad concupiscentiam carnis, quæ angelus Dñi malus introduxit, in mundū per mulierem immundā, quæ fuit iniciū peccati. Archangelus vero Gabriel, eodē modo resarcire volens ea quæ diximus venit de quo ait thema. Missus est angelus Gabriel, In secunda parte sermonis disse

peccata sunt arma Dei,

Pars scda,

mis differam qualiter angelus prædictis malis subue
nit afferens nobis nebulã Dei, in quam exercuit tres
actus Ierarchicos contra tria mala iam dicta.

¶ Omnibus istis malis perfectè subuenitur p̃ hoc
quod sequitur vbi supra, medicina omniũ in festina Maria ẽ ne
tione nebulę. Cum dicitur in festinatione, notatur bula cœli,
cũ quanta auiditate, & vehementia desiderij Maria
sollicita fuit ad impetrandã redemptionem generis
humani. Quæ propterea sibi tradita est & credita te 3, Reg, 8, b.
stante Salomone, qui ait. Dñs dixit, vt habitaret in Sapiẽ, 7, d
nebula. Nec vellẽ fratres, beatã virginẽ terrestri ne
bulæ assimilari, vapor est em̃ virtutis Dei, & ema
natio quædã, omnipotentiæ suæ, vnde nebulę non
terrestri sed optime confertur, de qua dicitur. Vltra Leui, 16, c,
velum intrabit in sancta, vt possitis super ignẽ aro
matibus coram Dño, nebula eorũ & vapor operiat
oraculũ, quod est supra testimoniũ, vt nõ moriatur
Ecce quom õ hęc nebula nihil terrenũ habet, q̃ hũi
ditate peccati caret. Nos õnes in locis humentibus
concipimur, Maria vero arida est & sicca, vt nebu
pulueris pigmentarij, dæmon autẽ scd'm euangeli
um non inuenit requiem in locis inaquosis, ideoq;
in Maria nõ habet quicq̃, quia hæc nebula tota est
oblata Deo. Nebula terrę quæ est vapor terreus ter
ram fœcundat. Hæc autẽ nebula quæ est vapor cœ
lestis, fœcundat animas, ideoq; offertur in sacrificiũ
Dño gratissimũ. Nebula terrestris terrã operit, Ma
ria vero nebula diuina Deum ipsum propter suam aromatica
munditiã tegit, & amplectitur. Vnde propterea di est Mariã
ctum est, Nebula eorũ & vapor operiat oraculũ. i.
filiũ Dei, quẽ sua carne vestiuit propter mundiciã
suam. Hæc nebula vltra velum intrat, quia non so
lum humanitatẽ sed diuinitatẽ Christi attingit, non
em̃ dicitur mater solũ hominis sed mater Dei, vnde
propterea immaculata virgo vocatur nebula glię,
in loco prallegato, vbi dicitur. Non poterãt sacer
dotes

dotes ſtare, & miniſtrare propter nebulã, impleue ratẽ gloria domũ Dñi. Odor ſiquidẽ virtutis Mariæ ita impleuit templũ cœleſte, vt angeli miniſtrãtes præſtupore deficerent, & ex tunc Dñs eius odore affectus dixit, vt habitaret in nebula iſta. i. ſe habi
Eccle, 34. d taturũ in ea. Ipſa vero beata virgo conteſtatur illud dicens. Ego feci in cœlis, & tantũ procuraui, vt oriretur lumen indeficiens in terris, & ſicut nebula tegi omnẽ carnẽ. i. totã Chriſti ſubſtãtiã. Vnde propter hoc aromatũ nebula operiebat oraculũ in figura virginis, quæ filiũ Dei erat opertura. Propterea ꝙ hęc nebula cœleſtis erat filiũ Dei veſtitura in die conceptionis eius, voluit eã pręuenire in die cõceptionis ſuæ, & operire in ea nuditatẽ primorũ parentum, eam ꝙ veſtire pręuẽtionis gratia, ne vnquã videretur nuda vel turpis. Vndẽ iure beata virgo figuratur in arcu fœderis cœleſtis, qui dicitur poſitus inter nebulas gloriæ propter pulchros colores, quibus mirabiliter veſtitur. Propter hanc præuentionem poſtq̃ Sapiens dixit, medicina omniũ in feſti-
ros beatæ Mariæ, natione nebulæ addidit. Et ros obuians ab ardore venienti. Ardor libidinis quo nos in peccatis concipimur, circundat corpora & animas noſtras, & cõburit tabernacula noſtra. Eſt adeo magnus ardor libidinis & male concupiſcentiæ, quo ſumus concepti, vt vix aqua baptiſmatis valeat extingui, & ĩ mẽdullis noſtris ardet adhuc, & flãma eiꝰ cõbuſſit peccatores. Deus autẽ voluit in matre ſua p̃uenire hũc ardorẽ, non extinguere, ſed pręuenire, ne vnq̃ aduereret eã, quæ eſt rubꝰ incõbuſta. Videtur quidẽ in ardore poſita, dũ communi modo cõcipitur, Dñs tamen dicit ei pręuente. Cũ tranſieris per ignẽ tecũ
Eſa, 43, a, ero, non cõbureris, nec odor ignis reperietur in te. Sed ros obuians ab ardore venienti. In alĳs ſanctis vnita reperiuntur ardor, & ros, nam ſimul poſſunt cõmorari diuerſis gradibꝰ ſicut frigus & calor quã-

doq̃ ſę

doq; se cõpatiuntur in eodẽ subiecto, & pariter in ania stant veniale peccatũ et gratia, non tñ sic ĩ Maria, nam ros totaliter impediuit ardorẽ. Nõ expulit sed impediuit, ne veniret. Scitis namq; fratres, quomodo gratia spũssancti collata Ioãni, eum temperauit in matris vtero, & expulit ab eo ardorẽ peccati originalis, quãdo ipse Dñs per os virginis vocauit eum Ioannẽ. i. gratiã. In Maria multo præstãtius, nam in ea fuit ros obuians ab ardore venienti, ne aduenirет, nec perueniret, immo ne appropĩquaret loco sãcto. In maria igitur nõ fuit ros gratiæ, sicut est in alijs sanctis, quib⁹ post ardorẽ venit ros, nam ardor peccati originalis, nõ solum ligna sicca cõbussit, sed eriã deuorauit speciosa deserti: nõ solum peccatores sed iustos etiã, quia vniuersaliter dicitur. In ignem deijcies eos. Christus tamẽ & Maria excipiuntur, & merito, quia spõsus & spõsa, mater & filius, rex & regina, pari conditione censentur: vnde ros iste maturius q̃ cæteris sanctis aduenit Mariæ. Matri siquidẽ Dei, eo tẽpore quo & filio eius aduenit gratia roris: quod Psalmograph⁹ contẽplans ait Sicut ros hermõ, qui descẽdit in montẽ Syon. Ros marię fuit sicut ros hermõ qui descẽdit in montẽ syon. Duo isti mõtes Christũ & Mariã præ se ferunt Hermõ interpretat̃ dedicatus Deo, et est Chr̃s, per vnionẽ ypostaticã ei vnitus. Syõ interpretat̃ specula, & est Maria, nam ex hoc loco speculamur aduẽtum eius ad nos, qui prius venit ad matrẽ suam, cõferẽs ei gratiã ea prioritate qua ipse accepit eã, ideo em̃ dictum est, Sicut ros hermõ, qui descẽdit in mõtem Syon. Et vt profundius mysteriũ hoc perspicias aduerte, q̃ hermon Amorrei vocãt Sanir, & vt Maria in hac prioritate dotata dinoscatur, vocatur ĩ Cãticis ad coronã de vertice sanir & hermõ accipiendã. Non solũ ergo Maria coronat̃ gratia Christi sed etiã de vertice Christi, i. pari forma pręuenitur

Psalm.

Psal. 132. a. Maria præuenitur vt Christus.

Deute. 3. b.

ſicut Chr̃s, qui ait in eodẽ Cãtico. Caput meũ plenũ eſt rore. Si ꝙ caput Chr̃i diuinitas (vt aſſolet) itel ligatur, inc̃grue dicit̃ plena rore aut gr̃a, cum ſit ipſamet plenitudo gratiæ, ideo ibi ꝙ caput venit intel ligẽda cõceptio Chr̃i. Nec mirũ ꝙ conceptio ſit caput, cũ eius cauda ſit paſſio. Antiquit⁹ Deus in ſacrificiũ poſtulabat aialis caudã. ſ. paſſionẽ Chriſti immolati, reſpectu cuius cõceptio eius dicit̃ caput, qđ plenũ eſt rore gr̃æ, & ſimilit̃ caput. i. cõceptio Mariæ, quę ꝓpterea coronat̃ de vertice ſanit & hermõ Ecce igitur q̃modo nõ dabitur inſtans, quo gratia caruerit, cũ caput eius. i. inicium ſuũ plenũ ſit rore gratię, ob uiãte ardori venięti. Hæ ſimilitudo Chr̃i & Marię innuit etiã in petitione Gedeonis, vbi cũ dñs ei, ꝓmitteret ſalutẽ populi, dixit ipſe Gedeõ ad Deum. Si ſaluũ facies per manũ meam populũ Iſrael, ſicut locutus es, ponã hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciã ꝙ per manũ meam, ſicut locut⁹ es, liberabis Iſrael. Factum ꝙ eſt ita. Et de nocte cõſurgens expreſſo vellere, conchã rore impleuit. Dixit ꝙ rurſus ad dominũ. Ne iraſcat̃ furor tuus cõtra me, ſi ahuc ſemel tentauero, ſignũ querens in vellere, oro vt ſolũ vellus ſiccũ ſit, & omnis terra rore madens. Fecit ꝙ dominꝰ nocte illa vt poſtulauerat, & fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in õni terra. Hæc ibi, vbi ſignũ & cauſa totius ſalutis exprimitur. Vellus de carne naſcens, & paſſionibus nefarijs carnis carens eſt Dñs Ieſus: cõcha rore impleta eſt ỽgo Maria: terra quę ſicco vellere rorida inuenitur eſt eccleſia, quæ dum Chriſtus in cruce ſiccus manet (nã aruit tanc̃ teſta ỽtus eius) obtinuit rorẽ baptiſmi & gratiæ. Caput eccleſiæ Chriſtus: collũ eccleſiæ Maria, quæ ſeparatim habent gratiã ſimilẽ: vnde ei dicitur. Ros lucis ros tus. Sicut lux Chriſtus habet rorẽ prævenientẽ ſic ros tuus primarius & prævenięs eſt, Vellus noctu rore

caput & cauda chr̃i conceptio & paſſio eius.

Iudic. 6. g.

Maria eſt Chriſto ſimilis.

Eſa. 26. d.

ctu rore impletur, pariter & cõcha, quia grã Christi & Mariæ nõ est serotina vt nostra, sed multũ matutina & p̃cox, quia maturius eam habuerũt q̃ omnes alij sancti. Tamẽ hoc reperitur discrimen inter gratiã Christi & matris eius, q̃ Maria præuenitur ac præseruatur gratia, ne cõburatur, Christus autẽ nullo modo posset cõburi. Nam & dato q̃ pater eius Deus nullã ei gratiã præstaret, minime peccatũ originale incurreret, quia non cõmuniter propagatus fuit, sed mirabiliter: in eis aũt quæ miraculo grã di fiunt, nõ cadit peccatũ. Cum ergo Christus nõ sit genitus ab homine, sed ab operẽ spũssancti, nullo modo potuit peccatũ cõtrahere, etiã si ei nõ p̃sta retur gratia. Maria vero nisi ab ardore veniẽte per gratiæ rorẽ præueniretur, aduſtionẽ peccati contraheret: vñ Scotus ait. Maria maxime indiguit Christo vt redẽptore, quia ipsa cõtraxisset originale pec catum ex ratione ꝓpagationis cõmunis, nisi fuisset præuenta per gratiã mediatoris: & sicut alij indiguerunt Christo, vt per eius meritũ remitteret eis peccatum iam cõtractũ, ita illa magis indiguit mediatore præueniẽte peccatũ, ne esset ab ipsa aliquãdo contrahendũ, & ne ipsa cõtraheret. Hæc ille, ostendẽs quomõ necesse fuit Mariã p̃eueniri per velleris rorem, qui cõchæ infunditur, dum adhuc sicca manet omnis terra: quia nullus ĩ ecclesia tam maturissima præuẽtione ditatur sicut Maria, cui datur ros obuiãs originali culpæ. Nolo nũc exponere qualiter in prædicta cõcha, quæ est vterus Mariæ, fact9 est ille precios̃us lapis Christus, qui dicitur in scriptura lapis Israel. i. Mariæ, quia in ea tanq̃ in concha maris rore cœli generatus. Sed quia totũ negociũ immunitatis Mariæ stat in rore gratiæ obuiante ardori peccati, nõ vos audire pigeat mysteriũ aliud de quo dicitur. Cum q̃ descẽderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man. Eduliũ quo pascebãtur fi

Christ9 est vellus Maria est concha.

3. d. 3. q. 1.

Nume. 11

Maria est manna.

lij Israel in deserto, dicebatur man siue māna, quod idem est, & Mariā designabat, in cuius cōceptione sicut in formatiōe mānæ cooperabātur angeli: ideo dictū est panis angelorū. Manna omnē saporē suauem habens, pissima Dei genitrix dici potest, quæ vt ait Bernardus, omnib⁹ omnia facta est. Māna interpretatur præparatio, & est beata virgo quæ venturo Dño pręparatur, cui eius tam imunis ordinat cōceptio, nā de Maria refertur. Hæc est mulier quā pręparauit Dñs filio Dñi mei. Nec solū Maria, ob ea quæ diximus est manna, sed vt ex doctoribus hebræorum refert Burgensis in glosa nota q̄ manna erat de lumine diuino, quod quidem lumen fuit incorporatum ex voluntate diuina. Et factum manna. Lumen diuinū est anima virginis, ab Origene nominata & ab auctore suo. Dicitur ergo lumē diuinum. i. a diuinitate creatum, iuxta illud. Signatū est super nos lumen vultus tui Dñe. i. anima rationalis. Anima ergo Marię incorporata fuit in māna quando infusa corpori suo creata est in eodem corpore. Manna. i. anima ⁊ginis dicitur descendere. s. ab esse ydeali, quod habuit ī Deo, ad esse reale quod habuit creata ī corpore suo. Ros ergo gratiæ noctu dicitur descendisse pręuiū ante manna, quia nec dū creata erat, nec ipsa sciebat, & iam obuiantē roris gratiam habebat non minus nec posterius in corpore q̄ in anima iuxta decentiā suam. Hoc ergo māna dicitur super castra descendere, quia super ōnes sanctos mundior est Maria. Vt autē scias eam corpore pariter & anima imunem aduerte, q̄ vt ait glosa, vbi supra, & ex textu deducitur literaliter, antequā māna descenderet, descēdebat pruina, & deinceps manna cū quo veniebat parirer & ros, vnde ipsum manna duplici mundicia protegebat. s. sub se, & super se, subtus & super, ipsum autē erat in medio velut inter duo lintheamina nitida. Et sic beata virgo

duplex Marię protectio.

(quam

(quam diximus mãna) in duplici mundiciæ gratia etiam ab instanti suę cõceptionis potita est, vñ propterea dicitur. Byssus & purpura indumentum eius Hę duę vestes mundę mãna designabant in ỹgine mundiciã corporalẽ, quæ est infra, & mundiciã spiritualem quæ est supra, ne ab spiritualib⁹ nequicñs dæmoniorũ veniret ei ardor, nec a mundo vel carne quæ sunt infra. Ecce igitur qualiter gratię ros ꝓcexit ex vtraq; parte Mariam ab ardore venięti. Sequitur in prima Sapientis authoritate. Et humilem efficiet eũ. Rorem gratiæ quem Maria suscepit, effecit humilẽ Deus, ne. s. propter eũ superbiret, vt Lucifer, Adam, & Eua, & alij qui ob nimiã gratiã superbi sunt effecti. Maria vero videns ꝙ in concepcione sua magis q̃ alicubi respexit Dñs humilitatẽ ancillę suæ, illud beneficiũ nunq̃ excedit a memoria eius, nam sepę dicebat. Respexit Dñs humilitatem ancillę suę. Vnde ꝓpterea sequitur vbi supra. In sermone eius siluit vẽtus &c̃. sermo Dei ad Mariam tunc factus, & Marię ad ipsum Deum fuit de hũilitate, quæ tam profunda extitit, vt ventus toti⁹ extollentię sileret, nam vt sequitur, cogitatione sua placauit. i. securũ & stabilẽ reddidit abyssum hũilitatis suæ. De quo tandẽ concluditur. Et plantauit illum Dñs Iesus. Iesus, vt hic patet, antiquitus inter nomina Dei computabatur, alioquin Sapiens non appellaret isto nomine Deũ. Mirũ quidem ac profundũ mysterium, ꝙ quando de conceptione Mariæ prophetatur, & quando de cõceptione incarnati verbi agitur, vtrobiq; Deus vocetur Iesus. Profecto in hoc datur intelligi, ꝙ vtrobiq; non parua est conuenientia, vtram q; siquidẽ immunẽ fecit a peccato Deus, ad vtram q; vt ait thema, misit angelum suum, vtraq; ad filij Dei aduentũ molliebatur angelus. In vtraq; plantauit abyssum humilitatis, Dñs Iesus apud matrẽ suam, in qua cũ augentur do

humilitas Mariæ.

Iesus ab antiquo est nomẽ Dei

na, augentur etiã humilitatis gradus, quoniã Deus ponit abyssos in thesauris suis. Iure admodũ arboris hũilitas dicitur per Iesum plantata in matre sua, quoniã ipse de arboris huius fructu comederat, qũ protulit. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Plantauit hanc humilitatis arborẽ tunc temporis Iesus in se & in matre sua, quia vterq; nullis meritis præcedẽtibus gratia præuenitur in conceptione sua passiua. Nunc venit exponẽda figura illa, vbi describitur angelus, qui fecit in medio fornacis quasi vẽtũ roris flantẽ, vt flamma nec ardor posset nocere pueris sanctis: Tamẽ quia sermo noster iam ripas aluei sui excessit, nolo nisi admemoriã reducere, quãta cura est angelis de Maria. Igitur, o Maria Ab æterno ordinata, & ex antiquis. s. angelis, quibus facta es conformis.

humilitas in Maria plantatur:

Beatam te dicunt ões generationes, nõ minus angelicæ q; humanæ propter tuam mundiciam.

Currus Dei es tu multiplex, milia lętantiũ habens numina angelorum.

Delbora diceris, quæ duces in prelium destinabat ac sociabat, & tu angelos.

Electa es vt sol astræa profecto angelica imbuens, eorum illuminatrix.

Ferculum es regis tui Salomonis, ꝓpter filias Hierusalem, angelicas videlicet creaturas fabricatũ.

Greges tres accubãtes repertę sunt iuxta puteũ Rachelis

Humilis Agar tu es, quam cõsolabatur angelus in Aegyptum fugientem.

Ierarcha ipsorum angelor; dinosceris eis superior.

igitur o beata virgo:

Lectulũ Salomonis. s. te sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis videntium Deum.

Magistra quippe apium iudicaris, dum mella facis floribus apum. i. angelorum.

Nunc; defuerunt tibi angeli Dei, qui accedẽtes etiã in deserto Aegypti ministrabant tibi.

Oculi

Oculi ſeptem ſuper lapidem vnum, vniuerſitas angelorum eſt Mariæ adhærens.

Paſceris quippe adhuc inter lilia angelica, donec aſpiret dies iudicij.

Quæ eſt iſta (inquiũt angeli) quæ aſcendit ſicut virgula fumi. &c.

Reginæ cœli ſacrificant angeli labiorum vitulos etiam hodie.

Super omnem diſpoſitionem ſtellarum .i. angelorũ luci primæ comparata inueniris prior

Templum Ezechieli reuelatũ triplici muro velut triplici ierarchia munitum.

Volant ad te velut columbæ ad feneſtras ſuas ãgeli Xpigerulæ ac matri nunquã deſunt omnia quæ ſũt filij ſui & primo angeli.

Iacob ſcala, vſq; hodie angelis plena venientibus ac reuertentibus.

Zelant propiciatorium cherubin (ſuper illud alas expandentes) .i. Mariam,

Seraphin denicq; ſubter thronũ dei Mariam dicẽtes Sanctus ſanctus ſanctus Dñs Deus ſabaoth iquẽ periſti. Ecce igitur fratres, quom õ nõ eſt nouũ thema noſtrũ, quod ait Miſſus eſt angelus. ſ. ad Mariã nũc magnificandã per gratiã immunitatis, & in cœlo per gloriã integritatis, qnã mihi & vobis præſtet filius eius Amen.

¶ Feria ſexta ſecũdæ dominicæ aduentus. De aduẽtu per pœnitentiam ad animam peccatricem.

Miſſus eſt angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio vbi oſtendit q; filius Dei venit ad Mariam, vt Iacob ad Meoſopotamiam.

Cum patriarcha Iacob pergeret in Meſopotamiam, vidit ãgelos Dei. Meſopotamia interpretatur cõiunctio, & eſt beata virgo ad quã verus patriarcha filius Dei venit, vt nobis cõiungeretur, & fierent ſimul in vnũ. ſ. ſuppoſitũ diues & Gene. 28. e

ues & pauper. Iſta coniunctio poſt trinitatis vnio-
Maria eſt coniũctio. nem eſt cæteris maior, nã illic vniũtur tres perſonæ in vna ſubſtantia, hic aũt in Chriſto tres ſubſtantiæ in vna perſona per manus Marię. Meſopotamia duplici fluuio. ſ. Tygri & Eufrate cingebatur, Maria vero duplicẽ fluuiũ cinxit. ſ. Deũ & hominẽ, ideo q; coniunctio meruit appellari, nã diſtantiora coniunxit in ſe. ſ. vitam & mortẽ, & fluuiũ vitę, & fluuium mortis, vt ſic Deus fieret mortalis, & homo imortalis Nec eñ poteramus nos ad imortalitatem gloriæ peruenire, niſi Deus mortalis fieret, vnde illa coniunctio quã fecit Maria etiam ad nos pertinet nam dũ cõiunxit diuinitatẽ & humanitatẽ quaſi vitam & mortem, videtur etiã coniunxiſſe caput, & membra. ſ. nos cũ Chriſto & Chriſtũ ad nos, vnde
Eſa. 7. c. Eſaias dixit. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Ecce quom õ nobiſcum Deus cõiungitur per Mariã, quoniã Deus venit ad hunc mundũ, velut Iacob ad Meſopotamiã, vt colligeret, ac reuerteretur, vnde quaſi cõqueſtus dicit. Qui non colligit mecũ diſpergit. Maria collegit ſecum, & eũ collegit ad nos, & nos collegit, ad eum, vnde cõiunctio meruit appellari Quin & ipſe
Canti. 6. a. filius Dei nos õnes collegit in Maria quę ait. Dilectus meus deſcendit in hortũ ſuum, ad areolam aromatis, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Maria
vẽter Marię area eſt eſt hortus multiplex, in quo eſt quędam pars nõ inferior cæteris, quæ vocatur areola. i. parua area plãtata miris aromatibus, quia multiplici caſtitate decoratus eſt vterus eius, ad quẽ velut ad areolam liliorum odoriferã Dei filius deſcendit, & ibi collegit omnes prędeſtinatos, quoniã Maria omniũ bonor̃ mater eſt. In vtero ſuo fœcundiſſimo inductu eius collegit nos filius Dei, quoniã vt ait Eſaias non alĳ,
Eſa. 57. a. ſed viri miſericordię colligũtur, & dans rationem ſubſtitit. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo. Pax in

carnatę

carnationis & coniunctionis venit reperta per Mariam, & requieuit ab opere iustitiæ filius Dei in cubili vteri virginalis, quod suũ dicitur quia solus Dominus descendit, & ingressus est illuc, vbi meditatus est quomõ nos colligeret ad cubile glorię, nam & ipse Esaias dixit. Gloria Dñi colliget te. Gloria quidẽ Dñi qua nobis glorioſus teste Ioanne, apparuit, incarnatio eius est, qua vidimus gloriã eius. Ista collegit õnes dispersos Israel per manus Mariæ, nã per manus Euę dispersi sumus, & a paradiso exulabamus, tamẽ per manus Marię reducimur & hæc reductio adhuc durat, quia fit per collationẽ gratiæ quã vt assequi valeam⁹ ei offeratur aue Maria. Esa. 58. c. Ioãnis .1. c

¶ Argumentũ dicendorũ. In toto sermone disserã ad seriem euangelij quomõ Deus mittit angelum .s. sacerdotẽ ad animã peccatricẽ (quę vult conuerti ad ipsum) vt eam doceat pœnitentiã veram pagere.

Antæ misericordiæ est Deus noster, ꝙ non solum angelũ inuisibilẽ dedit nobis sed etiam alterũ visibilem nobis pręstitit, qui efficacius valeret purgare peccata nostra. In sacra pagina sacerdos vocatur ãgelus, quoniã Malachias propheta dixit. Labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituũ est, Si dicis o peccator ꝙ angelum custodem non cernis, nec sentis, ecce visibilem tibi angelum exhibuit Deus. s. sacerdotẽ tam accommodum vitę tuæ, ꝙ lex clementię Dei reperiatur in lingua eius, quæ plus medicinalis est ꝙ lingua canis, ideo em̃ dicitur. Et legem requirẽt ex ore eius, quo .s. sacramenta conficit, absolutionẽ exhibet, propinat verbũ Dei. Forte dixit ex ore eius, vt nobis pręcluderet ausum iudicandi hunc seruũ alienũ. s. sacerdotem an bene vel male conuersetur. Ab isto angelo tu non requiras nisi legẽ clementiæ Dei, quæ posita est ibi in ore suo, de cętero nõ cures, quoniã & si Mala. 2, b. sacerdos ẽ angelus,

minus

minus honeste viuat, adhuc labia eius custodiũt scie
tiam, non qualemcũq; sed illã de qua sacerdos Za
Lucæ. 1. c. charias dixit. Ad dandã scientiã salutis plebi eius in
remissionẽ peccatorũ eorum. Ecce igitur peccatores
quom̃ habetis angelũ salutarẽ, qui etiam valet ani
mas vestras restituere pristini saluti .s. innocentiæ.
Nam angelus iste illuminat: purgat: & perficit. Il
luminat inquã per sacramentũ baptismatis, qđ vo
catur a Dionysio sacramentũ illuminatiõis. Purgat
per sacramentũ pœnitentię, quod est aniæ pharma
cum. Perficit autẽ per sacramentũ eucharistię, quod
est animæ valitudo, nã ideo ab Augustino vocatur
cibus grandiũ. De isto salubri angelo incipit euan
gelium dicens. Missus est angelus Gabriel a Deo.
Textus, A Deo mittitur sacerdos, quia vices eius gerit, q̃ ta
lem potestatem dedit ei, vt potentia & fortitudine
diuina vti valeat, dũ solo sermone restaurat vniuer
sa mentis vulnera, vnde iure poterit iterpretari for
titudo Dei dicẽtis. Quorũ remiseritis peccata remit
tuntur eius. Sacerdotis fortitudo (quãuis hæreticos
pœniteat) ad cœlũ vsq; pertingit, Christo dicente.
Quodcunq; solueris super terrã, erit solutũ & in cœ
lis. Ecce quom̃ mittitur a Deo. De termino vero
Textus, ad quem sequitur. In ciuitatẽ Galileæ, cui nomẽ Na
zareth. Infamis erat locus iste apud Iudęos, quoniã
ciuitas est peccator vbi regnat Herodes rex Galilęę. putabant, q̃ a Nazareth propheta nõ surgeret, nec
aliquid boni posset emanare ab ea, verum tamẽ hoc
verum est, si solũ attendas partẽ eius, quia nõ sum̃
sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanq̃ ex nobis
sed sufficientia nostra ex Deo est. Hæc ergo ciuitas
est homo peccator infamis & miserulus, a quo tan
quam ab eo nil boni poterit euenire. Vnde merito
vocatur Galilea huius ciuitatis prouintia, & inter
pretatur rota, de qua Iacobus ait. Lingua maculat
totũ corpus, & inflammat rotã natiuitatis nostræ,
inflammata a gehenna. Glosa exponit, rotã .i. pro

cessum

ceſſum vitę corporalis, quo vſq; ad mortē velut cur
rente rota agimur, vel quia merito primę preuarica
tionis ab ęterna ſtabilitate proiecti vaga mente ia
ctamur. Rota ergo eſt humana vita per peccatū in
ſtabilis ad mortē currens, de qua Sapiēs ait. Memē Eccl. 12, b.
to creatoris tui anteqū conteratur rota ſuper cyſter
nam & reuertatur puluis in terrā ſuam. Cyſterna
iſta vetus eſt mors, ſuper quā omnes conterendi ſu
mus in fine rotationis humanę vitę, quæ merito ro
ta dicitur, quia in eodē incipiens vbi terminatur, nā
cinis es o peccator & in cinerē reuerteris, terra es et
in terrā ibis, tamen interea donec reuertaris in terrā
de qua ſumptꝰ es verſaris in rota, quia prouintia tua
dicitur Galilęa, in qua ſunt ōnes qui mortalē degūt
vitam inſtabilitate plenā. Ciuitas ergo Galilęę. i. in Nazareth
ſtabilitatis eſt homo dū in termino mortalitatis ma eſt gloria
net, & quia iſte terminus eſt cōmunis de termino mundi,
peculiari additur. Cui nomen Nazareth. Hæc ciui- Textus,
tas mutabilitatis. ſ. peccator vocatur Nazareth quę
interpretatur flos, qui talis eſſe ſolet, qualis terra v-
bi naſcitur. Situs ciuitatis iam vidiſti q̄ malus ſit. ſ.
Galilęa, nunc de flore audi Pſalmographū dicentē.
Florebunt de ciuitate ſicut fœnū terræ. Fœnū quod
hodie eſt & cras in clibanū mittitur, eſt gloria mun
di, ſeu fauor tēporalis, qui clibano inferni deſeruiet.
Flos ergo fœni malus eſt, quia quantū delectat dum
viret, cruciat dū ſiccatur, vnde recte de gloria pecca
torum dicitur. Semen eorū permanet corā eis, pro- Iob, 21, d.
pinquorū turba. & nepotū in conſpectu eorū. Do-
mus eorū ſecurę ſunt, & pacatę, & nō eſt ῾ga Dei
ſuper illos. Bos eorū concepit, & non abortiuit, vac
ca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur
quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorū exul-
tant luſibꝰ. Tenent tympanū & cytharam, & gau
dent ad ſonitū organi. Ducunt in bonis dies ſuos, &
in puncto ad inferna deſcenderunt. Ecce quom ō fl-

rent flo

rent flores peccatoris, tamē siccabuntur sicut fœnū & in clibano cruciabit inferni, quos hic affecit iniuste. Vltimū malum huius ciuitatis est, ꝙ Herodes rex Galilęę obsedit eam, quia diabolus circūuenit peccatorē, ne possit euadere, vnde Sapiens ait. Ciui

Eccle, 9, d, tas parua & pauci in ea viri, venit cōtra eā rex magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuētusq; est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbē per sapientiam suam. Herodes iste rex magnus dæmon est qui ambit peccatorē, eumq; possidet sicut rex ciuitatē, quādo perfecta est obsidio, & in paucis viris parua vel nulla obuiatio denotatur nā velint, nolint, parebūt magno regi, vnde Crysostom⁹ ait. Q, si semel peccantes obligauerim⁹ nos operibus diaboli, iam nostra virtute euadere non possum⁹, sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempestas voluerit, sic & homo diuinę gratię auxilio perdito ꝑ peccatum, agit quod non vult, sed quod diabolus vult Et nisi Deus valida manu misericordię suæ soluerit eum, vsq; ad mortem in peccatorū suorū vinculis

diaboli potestas in pctōres, permanebit. Ergo nostra quidē voluntate & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiā absoluimur. Sicut em̄ videmus in istis mundialibus regnis quō in primis quidē nemo potest facere seipsū regē sed popul⁹ creat sibi regē quē elegerit cū rex ille fuerit factus & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugū eius de ceruice sua repellere. Nā primū quidem in potestate sua est, facere sibi regē quem vult, factum autē expellere de regno iam nō potest, & sic voluntas populi postea ī necessitate cōuincitur. Sic & homo priusq; peccet liberū habet arbitriū, vtrum velit sub regno esse diaboli, cū autem peccando se tradiderit sub iugo ipsius, iā non potest de potestate eius exire, & sic prima voluntas eius in necessitatem

conuertitur. Et hoc est quod homies sæculares pec
catores dicere solent Nunquid nolumus esse sancti
& quis nõ vult esse iustus? sed non possumus. Ver
quidẽ est, quod dicunt, sed non habent excusationẽ
quia primũ potuerunt nõ esse sub potestate diaboli
si voluissent, postquã vero posuerunt tronũ diaboli
in cordibus suis, nemo potest eos de potestate eius
eripere nisi Deus solus. Hæc Crysostomꝰ opere im
perfecto homelia trigesima septia super illud solui
te & adducite mihi. Vidisti ergo quomõ perfecta
obsidio regis Herodis peccatorẽ opprimit, & capti
uat, ita vt per potentiã suam peccator non possit ex
cutere iugum durũ eius, tamen quod nõ potest fie
ri per vim, aliquando fit per industriã, quoniã ideo
loquens de hac ciuitate Salomon dixit. Inuentusq;
est in ea vir pauper & sapiens, qui liberauit vrbem
per sapientiam suã. De isto viro sequitur in euange
lio. Ad ỽginem desponsatam viro, cui nomẽ erat Textus,
Ioseph. Vir iste est spũs peccatoris, qui pauper dicit
dum manet sub peccato, tamẽ habet aliquã sapienti
am, dũ signatum est super eũ lumen vultꝰ Dei, quo
deprẽcatur ad optima, si tamen desponsat sibi virgi
nem .i. animã suam a peccato separat, ne iam sequa
tur mẽtis corruptorẽ. Si hoc fecerit de domo Dauid
esse poterit, qui & si peccauit grauissime, tamen ad Dauid esi
pœnitẽtiam cõuersus est de qua dicitur. Et dixit Da pœnitens,
uid ad Nathan prophetam. Peccaui Dño. Et dixit 2, Reg, 12 c
Nathan ad Dauid. Dñs quoq; transtulit peccatum
tuum a te, non morieris. Dauid hic tenuit figurã tar
dioris pœnitentis, noluit enim peccatũ suũ fateri do
nec a Nathã propheta fuit prẽmonitus, & tunc pec
catum cognouit, sicut Adã in paradiso, qui peccatũ
non cognouit donec a Dño corriperetur confessio
nem requirẽte, de qua sequitur in euangelio. Ingres Textus,
sus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena. Sponsa
Ioseph est anima rationi superiori obtemperare vo

lens

confessor intret cor,

lens, ad quã intrat angel⁹, qñ sacerdos admittitur ad cordis archana, quando ei datur locus, & eius monitionibus præstatur auditus, nã sicut sunt imissiones per angelos malos, sic etiam sunt imissiones p̃ angelos bonos. De amico qui veraciter corripit socium ait Persius. Admissus circa p̃cordia ludit. Hoc idẽ facit bonus sacerdos q̃ admissus circa p̃cordia operatur. Incipiat ergo confessor opus suum dicens aue gratia plena & c̃. Ironice dicitur hoc animæ pœnitenti, vt recordetur boni status p̃teriti, & gratię perditæ, vnde recte sequitur in euangelio. Quę cũ audisset turbata est in sermone ei⁹, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Dum animæ peccatrici dicitur aue quod mundiciã, & lęticiam significat, & dum ei dicitur q̃ est gratia plena, & q̃ est Dñs secum et q̃ est beata inter mulieres. s. inter cæteras animas, oportet vt turbetur cũ nihil horum in se videat, sed opere tenus in se cognoscat oppositа, nã mulier ista quæ est in ciuitate peccatrix non gratia sed omni vę plena est, ab eaq̃ oportet eĩci septẽ dæmonia p̃ aduentũ superioris, nec est Dñs secum, sed legio dęmoniorũ. i. vniuersa vitia. Nec est bñdicta inter anias, sed maledicta inter dæmones, vnde audiat. Ite maledicti in ignẽ ęternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Dũ ergo anima peccatrix in se contraria cognoscit, recte turbatur, & si quęrat qualis sit hæc salutatio. s. aue gratia plena & c̃. dicemus ei, q̃ hæc locutio est, qualis illa. Ecce Adam quasi vn⁹ ex nobis factus est, sciens bonum & malũ, quæ vt ait glosa interli. sunt per ironiã dicta, primo peccatori, vt aduertat fallaciam diaboli, qui per calliditatem suam euertit statum Adæ, atq̃ peruertit, & in contraria deduxit. Prima ergo ratio cõuersionis nostræ est consyderatio eorũ quę p̃didimus ad quã De⁹ voluit excitare Adam exulẽ, et cuilibet etiã animę peccatrici dicit, Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi nunc

Textus,

peccator habet opposita Mariæ,

Gene, 3, d,

Iere, 3, a,

bi nunc prostrata sis. In directū. i. in bonū quod per didisti, quando directe ambulabas, quoniā per eundem prophetam dicitur. Dirige cor tuū in viā rectā qua ambulasti. Et in apocalipsi dicitur cuilibet peccatori. Memento vnde excideris, & prima opera fac. Quemadmodū existens in alto, si respiciat in imum turbat vertiginē patiens, sic etiā existens in imo turbari poterit, si cōsyderet altitudinē a qua excidit, maxime si ad eādem oporteat eū redire, vnde merito dicitur. Turbata est i sermone eius. sermo iste est. Aue gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu inter mulieres, hęc est altitudo qua excidit anima peccatoris ad quā oportet iterū redire, quāuis per peccatū sit in imo. i. in statu contrario de quo dicitur. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. s. ad ascendēdum, ideo turbor. Merito debet turbari qui a sublimi statu gratiæ cecidit, ad quem tenetur ascendere, quoniā difficilis est ascensus. De hac turbatione refertur. Turbabuntur pelles terræ madian, quæ est ciuitas iuxta mare rubrū sita, ideoq; designat carnē nostram, quæ in pœnitentia rubra debet conuersari arrepta disciplina ad inferenda flagella. Pelles huius terrę. i. carnis nostræ sunt mortificationes sensualitatum, nā cum Deus ejiceret primū hominē a paradiso induit eū tunica pellicea, vt ostenderet, q; sensualitates nostræ debent mortificari, si ad vitā gratiæ, quam per peccatū perdidimus redeundū est. Pellis ergo turbatur & caro contremiscit, quando pœnitētia ingeritur, quia illa duo. s. sensualitas et caro debēt separari, sed quia nollent, turbantur, & eo amplius turbantur, quo naturalius se diligunt. Ad hanc vrbē. s. Madian cōfugit Moyses percusso Aegyptio, q̄m qui peccatū relinquere cupit, ad mortificationē carnis debet confugere, tamen quia est difficilis via timet, qua propter cōfortatione indiget, de qua sequitur, Ne timeas Maria, inuenisti enī gratiā apud Do

Hiere. 31. c

pœnitētia turbat carnem.

Exodi. 2. c

Textus.

minum

penitentia est gratia,

minum. In sacra scriptura acceptatio pœnitentię vocatur gratia, quoniam pœnitẽs Iacob dixit fratri suo seniori Esau. Hoc tantum indigeo, vt inueniã gratiã ĩ oculis tuis. i. vt pœnitẽtia mea sit tibi accepta quia pœnitet me te supplantasse, ac surripuisse benedictionem tuã. Cum ergo Deus det locũ pœnitentiæ qui & dissimulat peccata hominũ propter pœnitentiam, qui & ad pœnitentiã (vt ait Paulus) vocat nos peccator timere non debet, sed amare, quoniã opus est amore ad pœnitentiã, quæ sine charitate nihil valet. De ipsa vero pœnitentia ĩmediate sequitur in euangelio. Ecce in vtero cõcipies, & paries filiũ, &

Textus,

venter ecclesię est pœnitẽtia,

vocabis nomen eius Iesum. Vterus matris ecclesiæ pœnitentia est, qua concipior ei, qui me segregauit, ab vtero matris meę per gratiã suam, qua concipimur in isto vtero, nam si defuerit spũssanctus, peccator erit de vtero translatus ad tumulũ quasi abortiuus, quoniã spiritus charitatis format opus pœnitẽtiæ nostræ, configuratũ conceptioni Mariæ, q̃ non ab homine sed a spiritu diuino concepit. Sunt enim plurimi respectu hominũ pœnitentiã agentes hũano intuitu, & isti non dicũt Deo. In te proiectus sũ

Psalm,

ex vtero, Venter igitur est pœnitentia, quæ primo debet contritionẽ concipere, de qua Dñs per beatũ Iob loquitur dicens. De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cœlo quis genuit? in similitudinem lapidis aquæ indurantur. Glacies aut gelu dicitur cõ

Iob, 38, c,

cõtritio di

abolũ con

terit,

tritio, propterea q̃ refrigerat incentiua vitiorũ, & ignẽ cupiditatis extingit, & fluxus peccatorũ detinet, vnde recte per prophetã dicitur. Benedicite glacies & niues Dño, benedicite gelu & frigus Dño.

Daniel,

Gelu ergo de cœlo per spiritũ suum gignit Deus in vtero pœnitentiæ, quando per contritionẽ ibi causa tam restringit fluxus iniquitatũ nostrarum, ita vt in lapidis modũ aquæ furtiuę. i. peccata indurent per constantiã, ne amplius in opus prauũ effluant. An-

nexa

nexa quidē est contritioni constantia, quæ lapidi cō paratur, quoniā per eam dęmon vt Goliath percutitur in fronte, ne audeat accedere. Fœlix ergo mulier.i.anima iā ad Deum conuersa quæ lapide contritionis caput conterit serpentis, nā contritio etiā caput.i. iniciū malorum conterit, sciens ꝙ reliquū dei ceps non poterit nocere. Cōtritio ergo gradus suos habet nā incipientiū est vt glacies, ꝓficientiū vero, vt gelu, perfector ū aūt vt lapis prima extinguit voluntatem peccandi, secunda fugit occasionē, tertia diabolo resistit, & conterit etiā prima fronte incursus eius, vt sic euadat īcolumis, vnde psalmographꝰ ait. Interrupit mare & ꝑduxit eos, & statuit aquas, quasi in vtre. Mare est profunditas peccatorū, quæ integra videtur ī obstinatis cōtinua malignitate gaudentibus, sed Dñs hoc mare interrupit, quando immittit eis contritionē, quia scriptū est. Cum extendisset Moyses manū super mare, abstulit illud Dñs flante vento vehemēti, & vrente tota nocte, & ꝟtit illud in siccum. Ecce quomo spūs vehemens causat contritionē, quæ stare facit aquas.i. cessare peccata, quasi in vtre restringens ea, congregās sicut in vtre aquas maris. Vbi aduerte, ꝙ aqua non bene terminatur proprio termino.i. concupiscentia siue libido nostra aut voluptas, quæ effusa est sicut aqua, tamen vter.i. pellis morticina.s. cogitatio mortis qua induitur Adam, cōpescit voluptatē, vnde Hieronymus. Facile contempnit ōnia, qui se cogitat moriturum, igitur iuxta consiliū Sapientis, non des aquę tuæ exitum.i. concupiscentiæ, nec modicū, nec mulieri nequā.i. carni vel sensualitati veniā prodeundi Sepeliatur in te per contritionē sensualitas tua, & dic ei. Hic.s. in contritione conterentur fluctus tui. In vtero igitur concipit de spiritu sancto, qui contritionē formatā tenet in corde. Secundū ad pœnitentiam requisitū est oris confessio, de qua sequitur. Et

gradus pœnitentiæ.

Psal.77. b

Exo.14.e.

Eccl.25.d.

Textus, cõfessio est partus animæ,

Esa. 42. c,

paries filium. In confessione parit anima dolorem, quẽ in contritione cõcepit, nam qui huiusmodi conceptum sermonẽ tenebat dixit. Patiẽs fui, quasi parturiens loquar. Qui patiens fuit in contritione oportet, vt quasi parturiens loquatur in confessione, vt aliquantulũ cordis dolor tẽperetur, nã dolore tortꝰ in contritione quiescit modicũ in confessione, vnde

Iob. 32. d.

Eliu ait. Plenus sum eñ sermonibꝰ, & coarctat me spũs vteri mei. En venter meus quasi mustũ, absq; spiraculo quod lagũculas nouas disrumpit. Loquar & respirabo paululũ. Hæc ille vbi ostendit vẽtrem esse pœnitentiam plenã sermonibus & contritionibus nam super quodlibet peccatũ singulũ conceptũ amarũ formare debemus, si tamen coarctat nos spiritus vteri nostri. i. spũssanctus cõterens etiã petras qui peccatorẽ post contritionẽ coarctat ad confessionem, donec pariat peccatũ suum in cubiculo secreto quia secreta est confessio de qua dixit. Loquar & respirabo paululũ. Dum ergo spiritu Dei formata est contritio nostra quasi mustũ absq; spiraculo, dicitur lagunculas nouas disrumpens, quia vera contritio etiam mẽtes bonas cruciat, & facit in accusationẽ sui prorumpere, nec dũ eñ peccator sed etiam iustꝰ in principio sermonis accusator est sui, vt iustificetur adhuc. De partu ergo animæ pœnitẽtis Ioannes sic

Apo. 12. a,

ait. Apparuit ī cœlo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim, & in vtero habens clamabat parturiẽs, & cruciabatur, vt pariat. Hæc ille, q̃ merito in cœlo dixit mulierẽ apparuisse cruciatã, quia propter cœlum se cruciabat etiã coram ãgelis Dei, quos nouimus animę pœnitenti congratulari sicut partui ✠ginis Mariæ, nã partus confessionis germinat virgines anias easq; pristinę integritati restituit. Corrupta est ania quæ peccatũ abscondit, quoniã secum habet corruptorem mẽtis, nam si parũ fermenti totam massam

peccatũ viuũ nocet mortuum prodest,

corrũpit

corrumpit,cur non afferam peccatricẽ animam corruptam dñi peccati putredinẽ retinet? omnis quippe caro corruperat viam suã, quia peccatũ corrumpit, totum per quod transit ad opus, dñi tamen transit ad confessionẽ reintegrat, & restaurat illatam corruptionem, quã dum viueret induxerat, nec mirũ quia scorpione mortuo sanatur morsus scorpionis viui, & multa viua nocent, quæ mortua prosunt. Peccatum in contritione moritur, & iam mortuũ educit per confessionẽ, & sicut ante corruperat viã suam, iam restaurat eã, quia dum Aegyptij persequentes filios Israel mare intrauerũt apertum est mare, tamẽ mortuis Aegyptijs clausum est mare super eos, qui ad littus mortui proiecti sunt, vt lętabundi essent filij Israel, videntes partũ maris quod peperit Aegyptios mortuos, propter quos accipiendos apertũ fuerat. Mulier igitur mirabilis cruciata vt pariat, est anima vere pœnitens, cuiꝰ figurã moraliter exposui alibi. De tertio autẽ requisito ad pœnitentiã sequit in euãgelio. Et vocabis nomẽ eius Iesum. Sine satisfactiõe fratres mei salus animæ non pficitur, nã ista tria. s. contritio & confessio atq; satisfactio, simul in voto conueniũt, vt nouerat ille qui dixit. Dñs ab vetero (vbi iacebã in contritione) vocauit me in cõfessionẽ, & simul recordatus est nominis mei, in satisfactione, vbi inuocatur Iesus. i. salus, quoniã, vt ait Apostolus, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. i. ad satisfactionẽ, nam qui habet manũ aridam nunq; sanat, nisi extendat eã. s. ad satisfactionẽ salutarem, quę imponitur consilio sacerdotis, quo neglecto nemo salutem acquirit, quoniã beatus Iob dixit. Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? q. d. non, sicut nec infirmus quamuis sua vulnera pandat, nisi obtemperet cõsilio medici. Si sacerdos est medicꝰ contritis corde mederi non potest, nisi per satisfactionẽ ad quã tendit negociũ peccatoris, quoniã tristitia q̃

Gene. 6. b,

Textus,

Hiere. 1. a. satisfactio est Iesus,

Rom. 10. b

Iob. 34. c,

2. Cor. 2. d,

Esa.29, c: secundū Deum est in contritione ad salutē satisfactionis operatur per confessionē teste Paulo. Et Esaias qui figurā tenet veri pœnitentis, a facie Dñi, se dicit concepisse. s. in contritione, & peperisse. s. in cō fessione spiritū salutis, quæ completur in satisfactione, nam post triduū inuenitur Iesus in tēplo, quādo .s. in ecclesia ieiunio & orationib⁹, & eleęmosinis satis facis. Peracta igitur vera pœnitentia, totū quod sequitur in euang. s. hic erit magnus & filius altissimi &c. pertinet ad spiritualē profectū sanctitatis, nam in abundantia bonorū operū fit homo magn⁹ in contēplatione aūt filius altissimi vocatur, ī gloria vero dabit illi Dñs sedem Dauid patris eius. s. Chri

Apoc.3, d, dicentis. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cū patre meo in throno eius, hic per gratiam, & in futuro per gloriam, quā mihi & vobis præstet Iesus Amen.

¶ Sabbato secūdæ dominicæ aduentus. De aduentu ad iudicium.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio, vbi ostēditur q, exemplo beati Loth confugere debes ad Mariam.

Gene:19, a VT Genesis narrat hystoria, beatus Loth sic dedit⁹ erat susceptioni peregrinorū, vt ad exitus viarū progrediens, & ad fores ciuitatis expectās, etiā eos qui nolebant hospiciū cogeret in domū suam declinare, propter quod etiā angelos Dei recipere meruit, qui venerāt perdere Zodomā

misericordia Loth liberat. Quos inuictos ac renitentes dicitur cōpulisse, vt diuerterēt ad eum. Insuper nitebatur illos protegere, dum ꝓpugnabat ac detinebat procos Zodomitas qui etiā in angelos Dei exarserāt. Dum ergo mūdissimi angeli vellēt igne sulphureo accēdere eos, qui igne turpi calidi erant, recordati sunt operū misericordiæ sancti Loth: & sicut ille cōpulit angelos vt intrarent in domū suam, sic āgeli dissimulantē com

pellebāt

pellebant, vt exiret de medio nationis turpissimæ. Tandē (vt ait scriptura) dissimulante illo apprehenderunt manū eius (, i. opus misericordiæ quod exhibuerat eis gratū habuerunt) eduxeruntq; eū, & posuerunt cū omnibus suis extra ciuitatē pessimā, atq; dixerūt ei. Salua animā tuam, & noli respicere post tergum, nec stes in omni circaregione, sed in mōte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Dixitq; Loth Quæso dñe mi, si inueni gratiā & magnificasti misericordiā tuam, quā fecisti mecū, vt saluares animā meā. Nec possum in mōte saluari, ne forte apprehēdat me malum, & moriar. Est ciuitas hæc iuxta, ad quā possum cōfugere parua, & saluabor in ea. Cui respōdit. Festina & saluare ibi. In oculis angeli bonum visum est cōsiliū Loth. Angelus dicebat, vt in monte saluū se faceret: Loth aūt elegit, p salute sua ciuitatē paruā, quod approbās angelus dixit: festina saluare ibi. Mons est quilibet sanctus, qui deuotos suos protegere potest: quoniā beatus Dauid ait Leuaui oculos meos in mōtes. s. sanctos, vnde veniet auxiliū mihi. s. per eos a Deo. Simile consiliū amici Iob ei dederūt dicentes. Ad aliquē sanctorū cōuertere. Ac si dicerent. In monte saluū te fac. Loth vero mauult ad matrē dei Mariā confugere, qđ & angelo videtur: Primo quia ei vniūtur sancti, nā ideo dicitur ciuitas quasi ciuiū vnitas. Sc̄do quia est iuxta nos quasi mater iuxta filiū, quia ideo dixit, est ciuitas hæc iuxta. Tercio quia est ante oculos nostros semper. s. parata, neq; fugit oculos petētis, quod notauit Loth in illo pronoīe hæc. Quarto quia est nō difficilis sed facilis rogatu, ideo dixit, nunquid non modica est, & viuet anima mea? Modica est Maria quia hūilibus se facilē prestat: ideoq; cōclusit Loth ad quā possum cōfugere. Igitur frēs genibus flexis ad Mariā pro gratia cōfugiamus, offerētes ei Aue.

auxiliū sanctorū implorandū, presertim Mariæ.

¶ Argumentū vbi ostenditur, quod iudicium Dei

est memorandum in quolibet festo.

in primo aduentu fit mentio secundi

QVando Dñs Iesus festum ascẽsionis suæ celebrare dignatus est, memoriã fecit vniuersalis iudicij, quod nouerat ille qui dixit. Ascendit Deus in iubilo. s. sanctorꝝ, & Dñs in voce tubæ. s. nouissime: quoniã inter ascẽsionẽ memores erant descẽsionis: vnde angeli Deo iubilãtes etiã hominibus dixerunt. Viri Galilęi quid statis aspicientes in cœlũ? hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlũ, sic veniet. Si ergo dum Iesus ascẽdit memor fuit descẽsionis, daret eam obliuioni dum descendit? tanta fit in primo aduentu cõmemoratio de secũdo, ꝙ sancti aliquãdo quæ de altero dicũtur, de altero intelligunt. Si aũt attentius scripturas sacras inspicias, sæpe ambo aduẽtus inculcãtur, immo & figurãtur, quia ros prius descẽdit in vellus. i. in virginem, & statim descẽdit super terrã. s. ecclesiæ: vñ ipse nuncius primi aduentus erit etiã nuncius secũdi, de quo aiunt ỹba thematis. Missus est ang. Ga.

Psalm. 71.

Diuisio,

In prima parte agã de missione Gabrielis ad iudiciũ in altera enodabo figurã huius rei. De illo qui angelum misit nõ oportet inquirere, nec ambigere, quoniã euangelista lucidissime asserit, ꝙ missus est angelus a Deo: nec eñ tota cœlorũ angelica multitudo expedire poterat negociũ, quod angelus deferebat. Angeli nam ꝙ nõ disponunt nisi ea quæ sc̃d'm officia vel preeminẽtias suas eis cõueniũt: Vnde cũ diuinæ incarnationis efficiẽtia ad nullũ angelũ possit cõuenire, liquide cõstat ꝙ nullus ãgelus nec omnes simul, auderẽt mittere quẽuis illorũ ad hoc negociũ exequendũ. Cui eñ angelorũ poterit cõuenire illud. Filius meus es tu, ego hodie genui te? aut illud. Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ? Cum ergo negociũ incarnationis nõ possit per angelos effectui mãcipari, nullus auderet ad cõclusionem venire, nisi missus ab illo qui erat incarnandus

Gabriel a Deo ipso mittitur,

Vnde

Vnde cū Maria se difficilē præberet, dixit ei āgelus quasi allegans auctoritatē mittentis. Nō est impossibile apud Deū omne verbū. Si āt quis dicat, ꝙ angelia liquādo annūciant vniuersale iudiciū, quod nō poterunt executioni mandare, ideoꝙ nō incōuenire ꝙ superiores angeli destinēt inferiores ad annūciandum altiora se: quia illa nō tanquā a se, sed tanquā a Dño implenda prænūciant. Ad hoc dicitur ꝙ est duplex annunciatio. s. mediata, & immediata. Mediata est illa, qua sępe angeli prophetis loquūtur de iudicio futuro tanꝯ futuro. Immediata est illa, cui succedit ipsi⁹ iudicij executio: & ista nō fiet, nisi Deus ipse mittat angelū suum ad enūciandū illam: vnde propterea dixit Paulus, ꝙ illa erit vox archāgeli Et ne crederem⁹ ꝙ ille archāgelus a superiore mitendus erat, vocauit eum tubā Dei. Quemadmodū ergo Gabriel nō annunciabit secundū aduentū nisi immediate missus a Deo, sic nec annūciauit primū nisi ab eo immediate missus. Nunc ergo sicut & tūc filius Dei in voce archāgeli & in tuba Dei descendit de cœlo: sed in annūciatione futura secūdi aduentus maiorē turbationē causabit Gabriel in ecclesia, ꝯ modo causat in virgine, quæ turbata est in sermone eius, postea vero sic terribiliter personabit, vt etiam columnæ cœli contremiscant. Nunc est Gabriel tuba Dei Deo imbutus ad virginē loquens dulciter, postea vero nouissima tuba erit ab ipso Deo pariter afflatus, vt annūciet iusticiā Dei duram, nunc autē misericordiā blandicijs plenā. Optime quidē annūciabitur ab illo iusticia, qui misericordiā ꝓclamauit, vt sit pręcursor & testis pariter. Ideoꝙ magis huic videtur conuenire annunciatio illa ꝙ alteri etiā propter nominis ethymologiā, quia illic fortitudo Dei necessarior erit, q̄ in primo aduētu, vt nemo resistat iudici de cuius voce ait Ambrosius. Vere vox magna, vox tubę terribilis, cui ōnia obediūt

Gabriel nūciat vtrū- ꝙ aduentū

elemen

elementa quæ petras ſcindit, infernos aperit, portas aereas frangit, vincula mortuorū diſrumpit, & de profundo abyſſi anīas libera tas corporibus ſuis aſſignat. Hæc ōnia citi⁹ cōſumit in opere, q̄ſagitta tranſit in aere, dicente Apl̄o, in momento in ictu oculi. De tempore autē primi aduentus integrū ſermonē habuiſtis, de tēpore vero ſecundi Chriſt⁹ ait De die autē illo vel hora nemo ſcit, neq; angeli in cœlo, neq; filius niſi pater. Cū ergo ignorent angeli iudiciū non ipſi, ſed Deus mittet præconem eius. Sed nec mireris, q̄ Chriſtus illud ſine mendacio ſe ſe dicat ignorare, qm̄ Cryſoſtomus ait. Ipſum quod ſcit a patre accepit, ideo merito ſuā ſcientiā denegat ſicut et alibi cū eſſet bonus, bonū ſe denegauit, quia bonitas eius ex patre. Ignotū ergo eſt & angelis & hominibus tempus aduentus ſecundi, tamen illud poſſum⁹ ſuſpicari per aliqua ſigna viſa vnde Cryſoſtomus in opere imperfecto ait. Ecce ſenectutis ſigna cognoſcimus, diē autē vltimū ignoramus, ſic & labentis mūdi ſigna ſcimus, finē autē eius non agnoſcimus: Sicut em̄ quando videmus hominē ſenē ſcimus quia propemodū moriturus eſt, quando aūt neſcimus: ſic & mundū quando perturbatū videmus, caſurū cognoſcim⁹, diem aūt ignoram⁹. Hæc ille: qui alibi nō diem ſed noctē, & merito vocat tēpus iudicij, dicēs. Cōſydera quia ſero, pcurator reddit mercedē operarijs, nō in alio mane: ergo adhuc ſtāte ſœculo iſto iudiciū eſt futurū, & vnicuiq; merces ſua reddēda. Propt̄ duas rōnes iudiciū in hoc ſœculo fit, Primū quia illic ipſa beatitudo vēra, ipſa eſt merces iuſticię, ideo nō in illo ſc̄o fit iudiciū ſed āte illud. Scd̄o ante aduentū illius diei fit iudiciū, ne videāt peccatores beatitudinē diei illius, dicēte propheta. Tollatur impius, ne videat gloriā Dei. Ecce igitur quom̄ ex alio mundo ad iſtū debet fieri miſſio ſeu legatio pro iudicio, dequa poſſumus dicere.

cur neſcit Chriſt⁹ tēpus iudicij Marci, 13.

Eſa. 26.

Mense autē sexto. i. vltima mūdi ętate iam sero. Missus est angelus Gabriel a Deo. Sicut in primo aduē tu iste missus est non tamen solus, vt sanguines Mariæ ad matricē eius adunarētur, pro Iesu formando corpore, sic mittetur cū alijs in secundo aduentu, vt colligantur electi a quatuor plagis terræ, in virum perfectū mysticum videlicet Christū, sicut in vtero ỽginis exhibuit sibi filius Dei sponsam humanitatem non habentē maculā peccati, neq; rugā defectus, sic in iudicij fine exhibebit sibi ecclesiam, ōnī ex parte ītegrā sine macula criminis, nec ruga pœnę & ad hoc sequitur. In ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth. Vtait glosa super illud Thobię. 1. in superioribus Galilęę, duplex est Galilęa. s. inferior et superior, & sic spūaliter intelligēdo Galilęa superior, quę sursum sunt quęrit, inferior autē cupit quæ sunt sup terrā. Ad Galilęā superiorē missus est Gabriel in primo aduentu, eiq; sublimia prędicauit, in secūdo autē mittendus est ad Galilęam inferiorē, vt ei annūciet infernū ilico affuturū. Mundꝰ ergo est Galilęa inferior, ciuitas huius est volubilitas instabilis, quia mundus a mutatione dicitur. Superiorē Galilęam mutatio dextere excelsi agit, ideoq; rota interpretatur, sed Galilęam inferiorē agitat siniſtra mutatio de qua dicitur. Circūuenit me, & mutauit mercedē meam decē vicibus. Mutatio hæc mūdana nil aliud vult nisi circūuenire, & fallere, mutatio hæc decepcio est. Nec decepit nos in rebus paruis sed magnis, dum mutat mercedē nostram decē vicibꝰ, ne obseruemus decē mandata Dei, quoniā ad hoc tota mutatio mundialis deuoluitur, vt mutet nos ab illa mercede nostra, de qua dicitur. Ego merces tua magna nimis. Totus ergo mundus iste in volubilitate consistit, nam voluitur annus mensis hebdomada, dies nox, & hora, ver, & hyems, īmo & homo dū iam per curricula temporū veteraſcit, dicitur q; ad puerilem

duplex galilęa. s. bona & mala

Gene. 31. a.

rilem voluitur ętatem, & verius voluitur ad terrã de qua sumptus est. Hęc volubilitas nõ est culpabilis, quia & cœli voluuntur & sol, tamen quando in eadem ciuitate circũferuntur conciues, & passim se opprimunt, vt opes ac dignitates ex alio ad aliũ deuoluantur, talis in scriptura vocatur ciuitas sanguinum, & propterea mundus iste figuratur in ciuitate Galilęę, quæ Dñm Iesum a se proiecit, & eũ nitebatur præcipitare, qui propterea dixit Aplis. In mundo pressuram habebitis. Impossibile est, ꝙ nõ patiatur pressurã, qui adhuc manet inter vndas gentium se adinuicẽ opprimentiũ, quando ergo non est pax impijs, oppressio cadet super pios. Tũc rota inique voluitur, quando hinc inde nullo ordine mouetur, & circũuoluitur, sic mundus confessione quadã agitatur, ita vt de ipso dicere liceat. Dñs miscuit in medio eius spiritũ vertiginis, & errare fecerũt Aegyptũ in omni opere suo, sicut rrat ebrius & vomens. Qui patitur vertigineme, totum mundum vertit in capite suo, & sic ipse cadit. Mundus habet vertiginẽ, omnia vertit, & mutat, & etiã ipsum dęmonem facit errare, vt patet, quando mundꝰ Christum nõ cognouit, nã tunc errare fecit dęmonẽ qui iam nolebat manũ mittere in christũ Dñi, quod vt aiũt doctores per vxorẽ Pilati satagebat .s. ne Christus morieretur. Ideo eñ dicitur dęmon ebrius. s. sãguine Christi, & vomens quia postꝙ eum fecit flagellari, quasi euomens sanguinẽ, quem deuorauerat dixit Pilato. Nihil tibi & iusto illi. Mundus autẽ totus cõspirans in Chrm etiam diabolũ impediuit, & sic eũ feciterrare aliquo modo i passione Chri. Quãdo ergo ciuitas mundi vento hęresum & opinionũ voluetur hinc inde confuse, & regnũ aduersus regnum stabit. Tunc & ei poterit cõuenire quod sequitur in euangelio. Cui nomẽ Nazareth. Hoc est mantus mundi malũ, quoniã de hac ciuitate dixit quidã

Ioan. 16, d mundus a motu dicitur.

Esa. 19, c,

legis peri

legisperitus, & verus Israelita. A Nazareth potest aliquid boni esse? tunc temporis primꝰ aduentus celebratus est, quãdo vix poterat a Nazareth aliquid boni esse, & sic alter aduentus quo Dñs veniet ad iudiciũ fiet, quando iniquitas abundauerit, & õnes declinauerit, ita vt vix sit qui faciat bonũ, vnde Paulus ait. Hoc autẽ scitote, quia in nouissimis diebꝰ instabunt periculosa tẽpora, et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi blasphemi, parẽtibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, continẽtes, ĩmites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis q̃ Dei, habentes quidẽ speciẽ pietatis, & virtutẽ eius abnegãtes. Hæc Paulus commemorans mala mũdialis ciuitatis, quæ Psalmographus perpendẽs ait. Vidi iniquitatẽ & cõtradictionẽ in ciuitate, die ac nocte circũdabit eã sup muros eiꝰ iniquitas, & labor in medio eiꝰ, & iniusticia, & nõ defecit de plateis eius vsura & dolus. Si parꝫ esset iniquitatẽ vidisse, nisi & contradictionẽ reppe risset, quæ rotare facit peccatores non versus cœlũ sed circulariter in terra, vti mouetur lapis molaris, quę tripliciter agitur, vel impetu aquę, vel motu vẽti, vel nisu bestiæ girantis eam, indeq̃ mola dicitur asinaria. i. ab asino vel ab equo mota. Sic mundi cõmotio quæ est rota lapidea, & dura tripliciter agitatur, aliquando impetu aquæ. s. diuitiarũ, quarũ impetu agitantur mercatores, & agricolę. Tamen aduerte q̃ diuitiæ securiores sunt in terra, q̃ in mari, plus em̃ securitatis habet mercator qui negociatur in terra, q̃ qui tractat in mari, quin et ditior est agricola mediocris q̃ ditissimus nauta, quia tempestate vna peribunt opes illius, istius autẽ perdurabunt, sic mundiales diuitię impetu fortunę pereunt, spirituales autẽ semper durant, quæ bene opibus agricolę comparant, quia gratiæ pluuia multiplicãtur non

Ioãnis, 1. g

2. Timo. 3.

Psal. 54. b.

mola mundi agit tripliciter,

impetu

impetu maris, nec motu auaritię. Secundo mouetur mola impetu venti. ſ. ſuperbię, qua nobiles ac reges mundi agitãtur, dum bella mouẽt adinuicẽ, et argumenta & machinas belli, vt molendin⁹ venti, vbi aliquãdo moritur cadens Dñs eius, & ſic reges terræ interimuntur bello ſuo, vnde Abimelech tyrannus ſic obiit, quoniãin libro Iudicũ dicitur. Vna mulier fragmen mole deſuper iaciens illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrũ eius. Mulier illa erat ſupra in quadam turri ciuitatis Thebes, ideoq; ſuperbiam ſignat, quę ſectatores ſuos mola ſuæ ambitionis interficit. Tertio mouetur mola mũdi per beſtias luxurię, vbi & Sampſon molere fecerũt amores muliebres, vt dicitur in eodem libro Iudicũ. Propt̃ iſta tria dixit Pſalmographus, ſe vidiſſe in ciuitate mundi laborẽ in medio eius. ſ. ſuperbiã manifeſtam & iniuſticiã. ſ. luxuriæ, qua quis occupat non ſuam, & quo ad auariciã addidit. Non defecit de plateis eius vſura & dol⁹. Tribus igitur motoribus agitur mundi mola. ſ. impetu aquę auariciæ, vento ſuperbię, iũmento luxurię, tamen hęc vicia publica ſunt, & ideo in medio & in plateis dicuntur commiſſa.

Iudic. 9. g.

murus eſt prælatus,

Sunt alia deteriora in negocio perambulante in tenebris quæ faciunt rotare, & circũuoluere quandam contradictionẽ, de qua etiã dictũ eſt. Die ac nocte circundabit eã ſuper muros eius iniquitas. Quãto murus altior tanto promptior ad ruinã, maxime ſi eſt latior ĩ parte ſuperiori. Vita malorũ prętatorũ eſt murus eccleſię (vt ipſi dicunt) qui ambit õnia in gyro ſicut ſathan dum dixit. Circuiui terrã, & perambulaui eam. Boni prętati ſorte ſua contenti ſuum territorium ſeruant, & quo creſcunt per honorem & reditus, eo ſe reſtringunt quo ad mundi delicias, tamen mali ambulantes in ſpũ vertiginis ſemper aſcendendo dilatant fimbrias pompę ſuę, ideo maiori ſunt periculo quapropter in nocte dicitur eorũ iniquitas circundar e.

cundare ciuitatē mundi, nā periculosius cōmittitur malum in nocte q̄ in die, quia ei tardius subuenitur Quod manifeste perpetratur, quotidie punit temporaliter Deus, tamē occulta mala mūdi quæ versantē in hypocrisi prelatorū puniet in iudicio eternaliter, quoniā Psalmographus ait. Etem̄ sagittę tuę transeunt. s. flagella temporalia, de iudicio vero sequitur. Vox tonitrui tui in rota, illuxerunt choruscationes tuæ orbi terrę, cōmota est, & cōtremuit terra. Tonitruū Dei est iudicium eius, huius vox est Gabriel fortitudo Dei, qui erit in rota mundi. s. perseuerāter cōmouens et agitās fortiter eam, vnde ideo addidit Cōmota est, & contremuit terram. Psal, 76, d, vox iudicij fortis erit,

Scda pars

¶ Figuram huius missionis. s. Gabrielis cōtra mūdum, & ciuitatis destructę, & omnium malorū quę dixi punitionē reperies ī Apocalipsi vbi Ioannes ait Et post hæc vidi alium angelū descendentē de cœlo habentē potestatē magnam, & terra illuminata est a gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicēs. Cecidit, cecidit babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorū, & custodia ōnis spiritus immundi, & custodia ōnis volucris imundę, & odibilis. Sequit Vę vę ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis quoniā vna hora venit iudiciū tuum. Et iterum sequitur. Vę vę ciuitas illa magna, quę amicta erat bysso & purpura, & cocco, & deaurata erat auro. Iterum sequitur. Vę vę ciuitas illa magna in qua diuites facti sunt omnes qui habebāt naues in mari de precijs eius. Et concludit Ioannes hanc figuram dicens. Sustulit angelus fortis lapidē quasi molarē magnū, & misit in mare dicens Hoc impetu mittetur Babylō ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur. Ioannes in Apocalipsi frequēter cōmemorat septem angelos, de quibus & in libro Thobiæ fit mentio qui vel omnes ad iudiciū missos designant, quo virtutes cœlorum mouebuntur, vel aliquos signāter ad hoc Apo, 18, a, Babylon est mundꝰ

iudicium

ſudicium deſtinatos, iter quos prȩcipue Gabriel inuenitur, de quo dixit. Vidi alium angelū deſcendentem de cœlo. q. d. miſſus erat a cœleſti poteſtate, qđ clarius expreſſit dū addidit. Habentē poteſtatē magnam. Sed quia hoc poterat cuilibet illorū ſeptem cōuenire, vt velut digito Gabrielē oſtenderet adiūxit. Et clamauit in fortitudine. Magna poteſtas cœleſtis clamat in fortitudine .i. in Gabriele qui interpretat fortitudo Dei. Primū angelus iſte illuxit orbi terræ non ſolum ob id, quia iudiciū Dei nocte fiet, & claritate ãgelica illuminabitur terra, ſed ipſos terrenos ac mundiales homines ita reddet patentes & apertos, vt etiã de corde eorū dicatur. Et terra illuminata eſt a gloria eiꝰ, qm̃ tunc manifeſta erunt cunctis abſcondita cordis noſtri, vnde Origenes ait. Cum bona vel mala cogitamus in corde noſtro, tã malarum q̃ bonarū cogitationū notę quædam & ſigna relinquūtur quę in die iudicij reuelabūtur. Poſt hãc reuelationē, quã diuina claritas immediate, vel per ãgelos faciet, (nam ſol nota facit corpora, ſed ſol iuſticię etiam corda oſtendit) angelus clamabit quaſi prȩco nuncians cecidiſſe iam ex toto babylonē, quę interpretatur confuſio, & eſt idem ꝙ Galilęa ī qua ſpūm vertiginis vidiſti, quo cauſatur ōnis confuſio. Et eſt idem quod Nazareth inferior, nã ſi nazareth interpretatur cuſtodia, de Babylone audiſti. Facta eſt habitatio dæmoniorū, & cuſtodia ōnis ſpiritus immundi, & cuſtodia ōnis volucris imundę. Ciuitas quę mandata Dei noluit cuſtodire, cuſtodiat dæmonia & ſpūs immundos. Quando ciuitas cuſtodit mandata, cuſtoditur vice ỹſa ab ipſis mandatis Dei dum autē proiſcit indulta & prȩcepta Dei, veniunt dæmones & ingreſſi habitant ibi. Ecce igitur quomō mundus eſt Nazareth inferior, & Babylon illa magna, de qua locuti ſunt prophetę, poſt tranſmigrationē Babylonis. De hac ergo dictū eſt, cecidit,

cecidit

cecidit. q. d. non adiiciet, vt resurgat, quia irrecuperabiliter cecidit in duplicē pœnā. s. damni & sensus quibus anima & corpus mūdani hominis tenebuntur. Si superius aduertisti quater proclamatū est cōtra istam ciuitatē, primo dū dicitur, cecidit, cecidit, secundo vę vę ciuitas illa magna, & tertio etiā væ, vę ciuitas illa magna, & quarto similiter vę vę ciuitas illa magna. Conformiter ad has quatuor cōminationes dictū est, ꝙ Babylon fit custodia prīo dæmoniorū, secundo spirituū immundorum, tertio ꝙ custodit volucres imundas, quarto ꝙ retinet volucres odibiles, ecce qualiter pœna est secundū modū culpę supra positū, vbi ostēdimus quatuor mala huius ciuitatis, primū superbia erat in molendino vēti, quapropter fit mundus habitatio dæmoniorū. Secundū malū est luxuria in mola asinaria, qua tentus est Sampson, & propter hoc mūdus fit custodia spirituum imundorū, in quo grex porcorū habitabit. Tertiū malū fuit auaricia, qua velut impetu aquæ trahebatur mola, & propter hoc habitabūt in mundo volucres imundę, quas lex vetabat, & sunt diuitiæ malę acquisitæ, quæ in inferno morsu amarissimo, torquebūt auaros, ideoq; dicūtur congregate in dānū Dñi sui. Quartū malū erat cōtradictio hypocritalis qua ecclesiastici se sanctos asserunt separatos a sæculari conuersatione, tamen sibi mentitur iniquitas dū minime resplendet in opere quod ꝓclamatur in professione. Nonne est contradictio euidens iactare se habere, & ꝙ ad eos pertinet patrimoniū crucifixi & sectari mores diuitis purpurati? nonne est aperta contradictio venire in vestimentis ouiū se ingerentes indignitatibus apostolorū & statim effici lupi rapaces? nonne est contradictio se transfigurari in lucis angelū ministrando sacramenta alīs: & ipse sicut dæmon nunq̄ eis fruī? corā omnibus igitur contradictio est officiū spirituale & vita carnalis, religi-

quatuor mala mundi,

hypocrisis est contradictio vera

ōsus ſtatus & vita ſæcularis. Propter iſtam contradictionē Babylon fiet cuſtodia volucris odibilis, q̄ eſt auis rapax, nam hypocriſis vt plurimū ordinatur ad rapiendū vel honorē aut opes alteri⁹, ideoq̄ ōnis hypocrita odibilis eſt ſicut auis rapax quā alia odio habent. Contra hoc delictū ſignanter proclamabitur in fine ſæculi, quoniā ſcriptū eſt. Innocens contra hypocritā ſuſcitabitur in iudicio. ſ. proponēs ibi quom ō abſtuliſti ab eo dignitatē vel diuicias ſuas decipiendo eū. Contra te proferetur ſententia, vt ſicut mola aſinaria mergaris in profundū maris, quoniā ideo concluditur. Suſtulit angelus fortis lapidem quaſi molarē magnū, & miſit in mare dicēs Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur. Quemadmodū referē te Ioanne, locus dæmonū non eſt inuentus āplius in cœlo, ſic nec ſub cœlo inueniet locū mundus poſtq̄ fuerit damnatus in profundū pœnarū maris inferni quoniā de eis dicitur. Deſcenderūt in profundum, quaſi lapis. Suſtulit ergo angelus lapidē, vt maiori caderet impetu, nam eleuatio impiorū ad maiorem caſum ordinatur, vnde tota prēſens gloria malorū eritad incrementū pœnę, ſicut pondus lapidis facit eū plus deſcendere. Et iſte lapis non ſolum eſt magnus propter magnitudinē culpę & pœnę, ſed propt multitudinē malorū, qui lapidi molari erit adiūcta, vt ſicut nunc impij ambulantes in circuitu nollent peccata finire, poſtea in profundū laci proiecti nunquam finiant pœnā caſus æterni, quo lapis concutietur, & nunq̄ frangetur, nam propterea dicitur cadere in mare, ſi em̄ lapis caderet ſuper lapidē frangeretur ſed cadit ſuper amaritudinē pœnarū inferni vbi velut lapis in aqua durabit in ęternū pœna malorum, qui dum viuerēt noluerunt habere cor molle, ſed lapideū. Cor carneū abluitur lachrymis, cor lapideū ſemper durabit in pœnis. ¶ Nec ſolū angelus Ga

lapis eſt pœna inferni,

eccleſia dicit augeri,

ius Gabriel in secundo aduentu mittetur contra mũ
di ciuitatẽ, sed etiã ad ỽginẽ desponsatã viro, cui no
men erat Ioseph de domo Dauid. Hæc virgo Chri
sto exhibenda ecclesia est, quæ quidẽ habuit sponsũ
filium Dei, & mortuus est propter eam, quã tantũ
dilexit, vt eam traderet altero viro fratri suo, vt sus
citaret semen sibi sicut stellas cœli multiplicandum
Hic vir qui hanc virginẽ nouam nuptã sponsam ag
ni occisi accepit, vocatur Ioseph, qui interpretatur
profectus, nã alteri non traderet eam nisi profectui
vt crescere ac multiplicaretur quoniã sicut patet in
exordio mũdi prȩcepit Euę & viro suo dicẽs. Cres
cite, & multiplicate, & implete terrã, sic filius Dei
dum regenerauit nos, etiam omnes gentes & vsq;
ad vltimũ terrę voluit regenerari, vt impleretur il
lud Esaiæ. Videbit semen longeuũ super terram, & Esa. 53, d
voluntas Dñi in manu eius dirigetur. Voluntas Dñi
est spiritualiter. Crescite & multiplicamini, & im
plete teerã. Dum ergo ecclesia filios non multipli
cat vocat virgo, ppter opprobriũ sterilitatis, quod
tantũ est, vt maledicatur in lege, & sic steriles ȩter
naliter maledicentur ab illo, qui dicet. Ite maledicti
in ignẽ ȩternum, quia esuriui, & non dedistis mihi
manducare &c. steriles fuistis, nõ fecistis filios bo
norum operũ. Ecce quom õ propter sterilitatẽ ma
ledicetur ecclesia vltimis temporibus, quã Christo
tradidit Ioseph. i. profectui. Et bene refertur de do
mo Dauid, qui erat quotidie seipso robustior, cuius
domus erat maior in dies, quoniã de ea dicitur. Da 2, Reg. 3, a
uid proficiens & semper seipso robustior, domus
autẽ Saul decrescens quotidie. Nunc fratres mei ec
clesia sterilis non Ioseph sed Sauli tradita videt, &
inter ỽgines fatuas cõputanda, quæ ad clamorem
iudicij non erant paratę, ideoq; præaudiat Gabrielẽ
dicturũ illud prophetę. Cecidit, & non adiiciet, vt Amos. 5. a
resurgat virgo Israel, proiecta est in terrã suam, &

nō est qui suscitet eā. Quemadmodū cecidit ciuitas mundi, cecidit corā iudice ꝟgo ecclesia, quia ei similis facta est, ideoq; in terrā sterilē inferni proiiciet, vbi eius semen verū non poterit suscitari. Virgo igitur quæ olim erat Israel, iam cecidit a statu illo & facta est alterius, quoniā Esaias dicit ei. Descende sede in puluere virgo filia Babylonis, sede in terra. Quia vltra non vocaberis mollis & tenera. Tolle molā, & mole farinā, denuda turpitudinē tuā. Vltionem capiā, & nō resistet mihi homo. Hic aduerte q; homo. i. hūanitas assumpta qua Deus humanissime tractat nos, resistit ei, ne tēpore hoc tantum puniat peccatores tamen in iudicio nulla erit resistētia, sed sanguis Christi sicut sanguis Abel iusticiam proclamabit, & accusabit fratres suos apud patrē, crimīe pessimo. i. odio fraternodicens. Odio habuerunt me gratis, dederūt mihi odium pro dilectione mea. Tunc descendet ecclesia, quia eius filij deserto res deteriorē partem ac peiorē sortem habebunt in iudicio, vnde propterea dicit Paulus q; incipiet iudiciū a domo Dei, quia in ea. s. est aliquid grauius iudicandū, ideoq; vocat ecclesia virgo. i. sterilis male dicenda, quia facta est filia Babylonis, nam si perpē ditis fratres, hodie sicut populꝰ sic & sacerdos, quoniam milites Dei implicant se negocijs, & peccatis sæcularibus, quorū filia dicitur ecclesia, si eorū sequetur mores. Quæ vocatur mollis, & tenera, sicut hij qui mollibus vestiti in domibus regū sunt. Sed in die iudicij eis cōformabitur in pœna, quibꝰ similis erat in culpa, vnde audiet. Tolle molā, & molę farinam. Iam nostis q; mola inæternum voluenda est pœna inferni. Mola inferior est pœna sensus, mola superior pœna dāni plus pōderat superior, quia grauior est. De farina quid vobis dicam, cum talis erit qualia erunt grana, si semen pessimorū molendum est pessima erit, si semen zizaniorū deterior inuenietur, ta

Esa, 47, a, — misericordia Christi ē ei ānexa, — Gene, 37, a — mola est, pœna inferni,

ętur, tamen & sensus nostri & cogitationes & opę ra, & corpora damnatorū & animę, & semē illud quod erat maledictū ab initio. s. concupiscentia no- stra & ōnia corda malorū inter illas molas conterē tur, & redacta in farinā dæmoniorū iterum forma ta redigentur ad molas, vt ardore tormentorū sicca iterum terantur. Molas in æternū trahet impet⁹ iu- sticię Dei, nos tamē in pręsenti confugiam⁹ ad gra tiam, vt obtineam⁹ in cœlo gloriam Amen.

¶ Dñica. 3. aduentus. In die sanctæ Luciæ ỹginis.

Missus est angelus Gabriel. Lucę. i. c.

¶ Inuocatio vbi ostenditur quomodo sub vmbra Mariæ reperitur aqua gratiæ.

IN libro regū scribitur, q̄ cum Helias pergeret, in montē Dei Oreb, lassus, p̄iecit se sub vmbra iuniperi, & obdormiuit p̄ tristicia (vt arbitror) illatę persecutionis, quā ferebat. Sed nunquid sub arbore illa defuit sibi ỹtus Dei? absit, quia ecce āge lus Dñi tetigit eum, & dixit illi. Surge, & comede Et respexit, & ecce ad caput suū subcineriti⁹ panis, & vas aquę. Comedit ergo & bibit. Panis subci- neriti⁹ est sensus scripturę sub cinere literę. Ad istū cinerem detergendū, & ad panē deglutiendū aqua .i. gratia spūssancti opus est. Sicut parū prodest co- mestio sine potu, sic etiā sicca est cōtio siue a qua gra tię, nam sicut aqua cibum emollit, sic etiam gratia scripturam exponit. Sed vnde habere poterimus a- quam istā? panem subcinericiū ego habeo vobis ap ponendū, aqua deest nobis. Quis poterit propinare sermoni nostro aquā sapientię salutarē, quis nobis tribuet aquā viuam? quę animas nostras in altum exire cogat? Helias propheta sub vmbra iuniperi, aquā suo prādio necessariā inuenit, Quę est hęc iunt perus nisi beata Maria protectio viatorū? Sub hui⁹ vmbra lassi reperiūt quietē, famelici panē, tristes so lamen, quia ex quo virtus altissimi obnmbrauit ei,

3. Re. 19. D.

aqua grā opus est.

Lucæ,1,c. omnibus vmbram salutiferā prestat, vnde ait Bernardus super Cantica. Virtus altissimi obūbrabit tibi, & vere ỹtus in carne Christi, quæ ỹtus obumbrabit ei, vt quod impossibile erat mortali fœminę obiectā viuifici corporis presentiā maiestatis, & lucem sustineret inaccessibilē. Virtus plane in qua ōnis fortitudo contraria debilitata est. Et virtus, & vmbra fugans dæmones, tutans homines, aut certe, virtus vegetās, & vmbra refrigerans. Virtꝰ inquam non solū sibi soli, sed omnibꝰ nobis in Maria exhibita. Hæc Bernardus Nec mirū ergo ꝙ nos reperiamus aquā gratiæ sub vmbra Mariæ, cū filius Dei sub eiusdem vmbra lac dulcissimū repererit, dum ex monte Oreb ad nos vsqꝫ descendit. Sed su-

Maria ē iuniperus. pereſt videndū, quom ō Maria est iuniperus de qua Plinius asserit ꝙ est arbor spinosa, nunqꝫ perdens virorē, multū calida. s. in tertio gradu, & i desertis locis reperitur habens fructus seu baccas. In medicinę vsibus efficaces. Vmbrā eius serpentes fugiūt & declinant. Hæc Plinius. Talis es tu o virgo beata, spinosa per pœnitentiā, nunqꝫ perdens virorem, tuæ imarcessibilis virginitatis, qua & angelis placuisti. Calorē in tertio gradu habuisti, ꝙa charitas tua trinitati arrisit, nā admodū tertię Ierarchiæ Deū dilexisti, adhuc in terra degēs. Nunc in desertis locis inueniris, quia quos mundꝰ deserit tu ipsa faues habens fructus optimos .i. protectiones vtiles peccatis eorū. Vmbrā tuam fugiūt peccata ōnia, dæmonesqꝫ timent non solū te sed protectionē quam exhibes adhærentibus tibi. Venite igitur O peccatores, ad vmbraculū Mariæ sub quo Deus ipse gratanter sedit & angeli, & reges, & pastores, & Apostoli ōnes, nā etiā ꝓpitiatoriū filiū Dei obūbrabit refrigerio suo, quo vt nos per gratiā potiamur ei genibꝰ flexis offeramus aue Maria.

¶ Argumētū vbi ostendit qūo ad virginitatem &

martyri

martyrium opus est angelo.

virginitas & martyrium res are duę.

HIc noster sermo lector optime comunis erit vel pro sancta Barbara, aut Lucia, vel sācta Bibiana, martyrib⁹ ac virginib⁹, vnde cuilibet sanctæ virgini ac martyri poterit inseruire. Quia virgo erat missus est ei angelus: quādo hāc virtutē angelis naturalē decreuit colere, nā virginū cōuersatio in cœlis. i. in angelis est. Quia martyr erat mittit ei Gabriel, quia fortitudine Dei opus est ad ferendū martyriū. Ad ambas quidē virtutes prę sidio angelorū est opus: nā de prima dicit, Sciui quoniā aliter nō possem esse cōtinēs nisi Deus dederit: & hoc ipsum erat sūma sapiētia, scire cui⁹ esset hoc donū. Ecce quæ supra vires nostras est virginitas, quæ nisi præsteta Deo haberi nō potest, præstatur aūt per angelicū ministeriū: angelus enim non solū labia Esaiæ purgat, sed totū corpus a concupiscētia praua emundat. Q₂ etiā scd'a virtus egeat angelico præsidio patet per illud quod Saluator ait, Vos aūt sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. Ecce qūo ad bellū martyriū noluit Christ⁹ Apostolos mittere, donec virtute fortitudinis eos ex alto indueret, & armaret. Quæ ex alto dicitur, qm̄ ab angelo qui superioris naturæ est præstat. Ob has ergo duas virtutes, quib⁹ hæc sancta pollet ait thema. Missus est angelus Gabriel, vt. s. ei præstet munus virginitatis ac martyriū. Iuxta prætactas virtutes noster sermo bifariā diuidet: in priori parte agā de virginitate, in posteriori de martyrio, quib⁹ hęc sancta pollet.

Sapiē. 8. d

Lu. 24. g

Diuisio.

¶ Cū per fidē nostra rōnalis potētia lumē obtinuerit, quo ad patriā dirigimur: duo nobis desunt pro duab⁹ reliquis potētiis, videlicet puritas potētię cō cupiscibili, & fortitudo potētię irascibili: quib⁹ adeptis in gradu heroico poterim⁹ ad apicē perfectionis peruenire vt beata hæc sancta. N. quæ puritate

Prīa pars

virginitatis ſubuenit concupiſcibili, & fortitudine ſubuenit iraſcibili, vt ſic nihil ſibi deeſſet in ōni gratia. Ne tñ in mari ſuę perfectiōis huc & illuc iactemur, ſolū eligam⁹ vnū ex locis ſacrę ſcripturæ, vbi laudes virorū ſimiliū enarrātur. Angelus Dei cum vellet nobis notas facere magnificas glorias ſanctarum virginū & martyrū, oſtēdit beato Ioāni euan
Apo. 14. a geliſtę ſublimiorē viſionē de qua ſic ait, Et vidi, & ecce agnus ſtabat ſupra montē Sion, & cū eo centū quadraginta quatuor milia habētes nomen eius, & nomē patris ei⁹ ſcriptū in frōtib⁹ ſuis. Et audiui vocem de cœlo, tanq̄ vocē aquarū multarū, & tanq̄ vocē tonitrui magni, & vocē quā audiui, ſicut citharedorū citharizantiū in citharis ſuis. Et cātabāt quaſi cāticū nouū ante ſedē, & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat diſcere cāticū, niſi illa cētū quadragīta quatuor milia, qui ēpti ſunt de terra Hi ſunt, qui cū mulierib⁹ nō ſunt coinquīati, ♀gines enim ſunt. Hi ſequūtur agnū, quocūq̄ ierit. Hi empti ſūt ex ōnib⁹ primitię Deo & agno, & in ore eorū nō eſt inuentū mēdaciū. Sine macula enim ſūt ante thronū dei. Ecce viſionē angelicā virginū & martyrū, in qua prius notabim⁹ priuilegia virginū velut gēmas in aureola virginali, quę duodecim ſūt iuxta duodecim ſtellas mulieris coronatę in eodem Apoca. ¶ Primū ergo priuilegiū eſt ſublimitas ſta
12. priuilegia ♀ginū tus, quæ notat ibi, ſupra montē Sion. Cōiugatæ in valle ſtāt, viduę in colle, virgines ſupra montē Siō. de quo in Pſal. quæritur. Quis aſcēdet in mōtē Dñi aut quis ſtabit &c. vſq̄ hęc eſt generatio quærētiū Dñm. De hoc priuilegio ait Cyprian⁹, Virginitas eſt illuſtrior portio gregis Chriſti. De hoc mōte ait etiā Grego. ſuper illud Gene. in mōte ſaluū te fac. Virginitas alt⁹ mōs eſt, ad quam angelus hortatur ſed qui videt ſe nō poſſe aſcēdere, maneat i Segor. i. in legitimo matrimonio: quia meli⁹ eſt mediocri bo

no vti, q̃ per abrupta libidinũ præcipitari. Et Aug. ait, Beatius est in carne imitari vitã angelorũ, q̃ ex carne augere numerũ mortalium. Hęc est vberior, fœcũdior q̃ fœlicitas, nõ vẽtre grauescere, sed mente grãdescere: nõ visceribꝰ terrã, sed orõnibus cœlũ parturire. ¶ Secũdũ est indiuidua familiaritas Dei quæ notatur ibi, & cũ eo. i. cũ agno, de quo in Canticis dicitur, ꝙ pascitur inter lilia. Nã cũ spõsa dixerat, dilectꝰ meus mihi, & ego illi: noluit eũ auferre a cæteris cõsodalibꝰ suis virginibꝰ de quibꝰ subiunxit. Qui pascitur inter lilia. nec solũ pascitur, sed etiã ibi gratãter cubat: qm̃ ipse dixit, En lectulus noster floridus. De his duobꝰ quærebat spõsa dicens, indica mihi. vbi pascas, vbi cubes. & ipsamet rñdens ait, In meridie. s. charitatis iuuencularũ, quoniã adolescẽtulæ dilexerũt te nimis. ¶ Tertiũ est nominis dignitas quæ notatur ibi, habẽtes nomẽ eiꝰ, & nomen patris eius scriptũ in frontibꝰ suis. Cuidã peccatrici per improperiũ dicitur, frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Virgines autẽ tanq̃ de cœlo cœlestes habẽt nomẽ spõsi sculptũ in frontibus sicut decet spõsas Dei. Magnũ quid arbitramini fratres, ꝙ spõsa in frõte deferat nomẽ sponsi. Ea nimirũ defert illud in frõte, quæ per cõuersationem suã ostẽdit, cuiꝰ spõsa sit: veluti prudentissima virgo virginũ, quę per sanctissimã cõuersationẽ suã ostẽdit beato Ioseph quo modo filio Dei ac patri cœlesti placuerat, quorũ nomina velut in frõte deferebat, vñ Chrysostomꝰ in opere imperfectorũ super Matt. ait, O inęstimabilis Marię laus et Ioseph, plꝰ credidit castitati q̃ vtero intumescẽti: plus gratię q̃ naturæ, cõceptionẽ vidit, sed fornicationẽ nõ existimauit: possibiliꝰ credebat mulierẽ sine viro cõcipere, q̃ Mariã posse peccare. Comessatrix ac vinolenta nunq̃ Maria fuit: quia õnis mulier quæ vinolẽta est, & comessatrix meretrix est: nõ leuis, nõ iocosa,

frons est cõuersatio

nõ ca

nō cātatrix, nō turpiū verborū amatrix, ſicut ſolēt plerūq; puellæ, quę libēter talia, aut loquūtur, aut audiūt. Nō ſuper virū oculos ſuos extulit, aut fixit aſpectū. Hęc ille oſtēdens qūo in cōuerſatiōe oſtendit cui⁹ ſponſa eſſe poſſit. Fœlix ergo illa virgo eſt,

Pſalm. quę nomē agni pręſefert: per quod etiam corruptę mētes ad integritatē redeūt, de quib⁹ dicitur, Imple facies eorū ignominia, & quęrēt nomē tuum Dñe. Nō ceruſa ſed ignominia paſſionis Chriſti depingat faciem cōſcientiæ tuæ, etiā tunc in fronte cōuerſationis tuæ oſtēdes nomē dilecti tui, & tūc dicetur, Frons ỽginis facta eſt tibi, nō habes de quo erubeſcas, imo habes de quo in Dño glorieris, vt illa quæ

virgo ſit virgula. aiebat. Poſuit ſignū in faciē meam, ne alium prętereum amatorē admittā. Fœlix ergo virginitas, quæ in fronte cognoſcitur. i. in pudica cōuerſatione, vt illa de qua dicitur. Quæ eſt iſta quæ aſcēdit per deſertum ſicut ỽgula fumi ex aromatib⁹ myrrhæ. Vetères, virgunculā, paruam virginē dixere. Et nunc humilis virgo vocatur virgula, quoniā attenuata ieiuniſs, cōfecta vigiliſs myrrā non venerē redolet vera virgo. Myrrha quę vermes præuenit, maceratio carnis eſt virginibus neceſſaria. Virgo Dei per deſertū dicitur aſcendere: quia teſte Ambroſio. Virgo quæ Chriſtū requirit, nō debet eſſe vulgaris, nō in foro, nō voce querula, greſſu lubrica, auditu facilis vilis aſpectu. Catullus in epithalamio cōparat virginitatē flori, nō campo, vbi poteſt frequentari: ſed horti, vbi diligenter cuſtoditur: & ſic in ỽſibus ait.

Cantic.

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Ignotus pecori, nulli contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat ymber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ,
Idem cum tenui captus defluerit vngui.
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ.
Sic virgo dum intacta manet, dum chara ſuis,

Sed cū

Sed cum castum amisit polluto corpore florem
Nec pueris hæc chara manet, hæc chara puellis.

¶ Quartū priuilegiū virginū est quadruplex perfectio eis ānexa, quæ notatur in illo quadruplici numero. s. çentū quadraginta quatuor milia. Est ergo perfectio incipientiū, & hæc stat in quatuor passionibus edomādis. Et est perfectio proficiētiū, quæ stat in quatuor ꝑtutibus cardinalib⁹, quæ designant in maiori quaternario. Tercius numerus est cētenari⁹ quæ ad perfectionē pertinet perfectorū in gradu heroico, qui & pertinet ad virgines, nam vxoratis datur fructus trigesimus, viduis sexagesim⁹, virginibus cēteſimus. quadruplex profe

De alio numero. s. millenario aducrte, q̄ vltra eum nō est alius nūerus nobis possibilis & sic vltima tam perfectionē denotat virginib⁹ possibilem. s. angelicā: quā virgines adeptæ sunt. Quoniā Hieronymus ait. Bene angelus ad virginē mittitur, quia sem ꝑ est angelis cognata virginitas. Profecto in carne prēter carnē viuere, non terrena vita est sed cœlestis. Vnde in carne angelicā glorīā acquirere maioris est meriti, q̄ habere. Esse em̄ angelū, fœlicitatis est: esse vero virginē, virtutis, dum hoc obtinere nititur per gratiā, quod angelus habet ex natura. Vtrum q̄ tam ē & esse virginē, & esse angelum, diuini muneris est officiū nō humanū. Hæc ait Ad virgines ergo mittitur angelus, ne sint angelicæ perfectionis inexꝑtes.

¶ Quintū priuilegiū est efficacia oratiōis, de qua dicit. Et audiui vocē de cœlo tanquā vocem aquarū multarū & c̄. vsq̄ citharis suis. Comparat ergo virginū oratio aquis multis. s. lachrymarū, quia ecclesiā mūdat & fœcundat. Tonitruo magno, quia dæmones terret, & fugat. Et cytharedis, quia Christum iudicē placat. Audit hęc vox de cœlo, quia vita virginea cœlestis est, vñ Ambrosius ait. Quis neget hanc vitā esse de cœlo, quā non facile inuenimus in terris nisi postq̄ Dñs in huius cor

virtus oratiōnis.

ius corporis mẽbra descendit: & in libro de viduis ait. Supergredietur ỹginitas conditionem humanę naturę, per quã homines angelis assimilantur, maior tamen est victoria virginũ q̃ angelorũ, angeli em̃ sine carne viuunt, virgines vero in carne triumphant. Hæc ille ostendens q̃ alte clamant virgines dum orãt, quarum oratio par est angelis. ¶ Sextũ priuilegiũ est officij iocunditas, nã inter cætera quę celebrantur in nuptijs, nil videtur, vel auditur iocũdius q̃ chorea & cãtus puellarũ vnde cantabãt quasi canticũ nouum. Ideo nouũ quia semper quo plus auditur, auidius affectatur, de quo Augustinus ait. Gaudia virginũ non sunt eadem cũ non virginibus nam sunt alijs alia, sed nullis talia. Canticũ hoc dicitur fieri ante sedem, quia nimis placet angelis iuxta id. Præuenerũt principes cõiuncti psallentib9 in medio iuuenculaꝝ tympanistriaꝝ. Fit ãte quatuor animalia, quia nimis lætificat euangelistas, qui ỹginitatem statuerunt. Fitq̃ corã senioribus. s. Apłis. qui eam laudant, & hortantur. ¶ Septimũ priuilegium est prẽcipua electio de qua sequit. Qui empti sunt de terra. i. de terrena cõcupiscẽtia segregati ab alijs. Vnde aduerte q̃ virgines innocẽtes dicuntur empti, pœnitẽtes autẽ perhibentur redẽpti, & tot redempti, quot peccata superaddunt. Virgines aũt quia innocenter vixerũt, empti solum modo dicuntur de terra, sed adulteri cũ Dauid regratiantur dicẽtes. Eruisti animã meã ex inferno inferiori. Nimis equidẽ p̃cipitat luxuria suos, vt patet in illo, qui cõsumpta substantia viuẽs luxuriose pascebat porcos in quos legio dæmonum ingressa præcipitẽ se dedit in mare. Virgines ergo non prębuerũt Christo tãtum laboris, vt eas haberet in suas, quantũ cæteri. ¶ Octauũ est corporis puritas de quo sequitur. Hij sunt, qui cũ mulieribus non sunt coinquinati virgines em̃ sunt. Vt notat beatus Thomas, virginitas

Psalm. luxuria p̃cipitat,

dicitur

dicitur a virore, quia importat immunitatē a concupiscentię adustione circa delectationes venereas, non ergo habent corpus igne turpi adustū, sed viride ac floridū, ideo si prēteralia visibilia, delectant oculos intuentiū virides sanctiones, ita i cœlo iocundi⁹ intuebimur corpora ỽginea q̄ alia. Nonū priuilegiū stat in Chri plena imitatione de qua sequitur. Hi sequūtur agnū quocunq; ierit, nā virgines a pricipio vitę vsq; in finem sequuntur Chrm qui virginalit natus & mortu⁹ est. s. inter ỽgines Mariā & Ioannem ipse ỽgo. Sequūtur ergo agnū quocunq; ierit a præsepio ad crucē vsq; peruenientes nā, virginitas ipsa crux est, qua Christi sponsæ, carnē innocentem crucifigunt ad ipsius sponsi Iesu similitudinē. ¶ Decimum est gratissima & peculiaris dilectio, de qua sequitur. Hi empti sunt ex ōnibus primitiæ Deo et agno. Inter ōnes sunt empti a Christo redemptore nostro tanq; thesaurus preciosior, & tanquā margaritæ pulchriores ac preciosiores, & tanquā primitiæ Deo & agno. Sanctior pars totius messis erat in primitijs, quæ velut melior offerebatur Deo. & sic virgines Deo patri & agno reponuntur tanquā magis dilectę ac sanctæ, quæ primitiæ d.cūtur propterea q̄ redolent primū statum naturæ humanæ, q̄ in paradiso voluptatis degens virginitatē seruauit. ¶ Vndecimū est amoris fidelitas, de quo sequitur. Et in ore eorū nō est inuentū mendaciū, quia quod in baptismo promiserunt, ad mortē vsq; seruarunt votum ỽginitatis, Et hoc dicitur propterea q̄ virginitas solet sponsione firmari, vnde Augustinus vt nos doceat hoc vti priuilegio ait. In virginali ac viduali continētia, excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita & electa, & voti debito oblata, iam non solū nuptias capescere, sed etiam si non nubant, nubere velle damnabile est. ¶ Duodecimū est integra puritas, de qua sequitur, Sine macula, em̄ sunt ante thronū Dei,

2.2, q, 152,

Dei. In hoc priuilegio quæritur virginitas animæ, quã quæcunq; macula corrũpit, ideoq; nimis zelãda, vnde Hugo ait. Triplex est ỽginitas. Pria in carne, mente corrupta. Secunda in mẽte, carnis violato pudore. Tertia in mẽte & corpore. Prima est ancilla, scda adolescentula, tertia sponsa. Prima est fatua quæ mente ꝓstituta caste viuit in carne, timore vel humana laude Scda est prudens quæ post amissam ỽginitatem carnis, prudẽter repetit virginitatem mentis integerrimę se subdens diuinis præceptis. Tertia est fidelis quæ corruptionẽ carnis aut mentis non incurrit, sed in amore sponsi fideliter permãsit. Prima damnatur scda muneratur, tertia coronatur, cui voce suauissima spõsus ait. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hæc autẽ beata .N. tertia ỽginitate pollens apud sponsum coronatur in cœlis. Si autẽ plura & subtilia vis de virginitate videre, lege librũ nostrũ, quem istellã statuum directiuã vocaui, vbi de statu virginitatis egim⁹ de uotæ. ¶ Si monialibus ỽginibus contionẽ feceris, dic eis ꝙ hoc nomen ỽgo includit omnes perfectiones eis necessarias quæ sunt. 15. nam quælibet litera illius nominis denotat tres virtutes, prima est .v. q̃ ostendit, ꝙ ỽgo debet esse verax, virtuosa, verecunda. Scda est. i. quæ denotat ꝙ ỽgo debet esse innocens, illuminata, illuminatrix. Tertia est .r. quæ denotat ꝙ virgo debet esse regulata puritate, radicata humilitate, referta charitate. Quarta est, g. q̃ denotat, vt ỽgo sit gaudiosa, generosa, gratiosa. Quinta litera est. o. denotans ꝙ sit odorans, orans, ornãs Monialis quæ illa tenuerit ỽgo nomine, & re dicl potest, ac per illã quindenã facere canticũ graduum quo, cũ beata Maria tẽplo cœlesti valeat præsentari ¶ Cum Gabriel interpretet fortitudo Dei, & hãc beatã virginem fortitudine plusq; humana vigere dinoscamus, nec dubiũ quin ad eam missus fuerit

triplex ỽginitas.

virtutes virginis.

Scda pars.

Gabriel

Gabriel, vt sexũ debilẽ fortẽ ad martyriũ efficeret. Quamuis plurib⁹ scripturę locis fortitudo martyrij collata virginibus sacris describatur, in illa visione engeli, de qua priorẽ partem fecimus optime exprimitur, nã Richardus in eodẽ loco super Apocalipsi sic ait. Illos cũ agno supra montẽ Syon vidit, qui apud Deũ merito sunt sublimiores, videlicet q̃ per incorruptionẽ ỷginitatis simul, & per tormentum passionis agno cœlesti meruerũt sociari. Illi etenim apud Deũ sunt digniores, qui his duabus virtutib⁹ rutilãt, quia & ei prę õnibus appropinquãt. Tales quippe eũ, quocunq; ierit sequunt̃, quia non solum per integritatẽ corporis, sed per amaritudinẽ passionis imitantur. Ne igitur quis miretur, ꝙ puella tã fortis reperiatur, vt pati possit talia dixit Ioannes. Ecce agnus stabat. s. paratus ad adiuuandũ. Iste agnus adiuuit pauperẽ fœminã, vt fieret virago, nam hic agnus tãtæ fortitudinis est, ꝙ os eius non potuerunt cõminuere Iudæi. Hæc puella ossibus agni roborata potuit constanter ferre martyriũ, nam de ỷginibus martyribus solũmodo vult Richardus illã visionẽ intelligi vnde ait. Et ecce agnus, & cum eo quia ei per iusticiã conformes stabant, subaudi quia & ipsi sunt auxiliatores centũ quadraginta quatuor milia. i. omniũ martyꝝ carne ĩcorruptorũ agmina. Ecce quomõ soli martyres ỷgines hic describuntur qui (vt ait) benedicũtur. 1ꝓꝓ000. centũ ꝓpter patriæ cœlestis expectationẽ, quadraginta per legis et euãgelioꝝ completionẽ, quatuor per virtutũ exercitationẽ, milia per totius iusticiæ consummationem Hij nomen eius ac patris eius habent. i. fidẽ qua vocantur christiani, & nomen patris eius. i. fidẽ, qua vocantur filij Dei scriptũ per interminabilẽ perseuerantiã, in frontibus per confessionẽ manifestam. Et bene primũ nomen agni, deinde nomen patris eius ponit, quia nemo nisi ꝑ mediatorẽ Dei & hominũ

agn⁹ iuuat puellas,

minũ ad patrem venit. Cũ iste agnus Dei ſtet etiã ſupra montẽ patrię cœleſtis, et ſupra totã cœleſtem curiã, demiror quidẽ, q̃ nomen ſuum ac patris ſui frõtibus puellarũ ſcripſit, cũ dicat ſanctis ſuis. Gaudete, & exultate quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Non videntur meliori loco ſcribi nomina ſeruorũ q̃ dñorum. Si nomẽ ſerui ſcribitur in cœlo cur in fronte fœminę ſcribitur nomẽ Dei, cũ potius in fronte angelorũ deberet exarari? Hic aduerte q̃ dupliciter poteſt aliquid ſcribi, vel vt ſcriptura confe-

nomẽ Dei fortificat.

rat authoritatẽ, ei cui ſuperponitur. Et ſic literis teſtimonialibus apponitur ſignum manuale. Vel vt ſcriptura accipiat authoritatẽ a loco, vbi collocatur & ſic Deus dixit. In manibus meis deſcripſi te. Nomen ergo Dei non ſcribitur in frontibus martyrũ, virginũ, vt a loco authoritatẽ captet, ſed vt eam cõferat frontibus earũ, quæ dum inſcribũtur nomine Dei, ſuper adamantẽ & ſilicẽ fiunt fortiores facies earum, vt fœminę tyrannos vincere poſſint, ac te-

Ezech. 3. b

nere eos, qui occidunt corpus vnde huic virgini, martyri dicitur. Ecce dedi faciẽ tuam valentiorẽ faciebus eorũ, & frontem tuã duriorẽ frontibus eorũ. Vt adamantẽ, & vt ſilicẽ dedit faciẽ tuam, ne timeas eos, neq̃ metuas a facie eorũ. Superſcriptio quidẽ nominis agni ac patris eius denotat confeſſionẽ humanitatis ac deitatis eius cõſtantiſſimã. hoc duplex nomen fecit facie huius ſanctę velut adamantẽ, & ſilicẽ. Duplex eſt nomẽ Chriſti quia Deꝰ & homo eſt, & ſic reddit geſtatores ſuos etiã debiles, vt adamantẽ quo ad alterũ, & vt ſilicẽ quo ad alterũ. Mirabile quidẽ, q̃ mulier infirmũ vas ab Apſlo vocata fiat iam adamas & ſilex, ſed nec mirũ, quia tantum valet mutare nomẽ Dei. Ad martyriũ ferendum requiruntur duo in illis lapidibus figurata. ſ. conſtantia ne quis honore oblato mollefiat, & fortitudo ne tormentis frangatur. Adamas huius eſt virtutis ac

valoris

valoris, ꝙ etiam in auro positus, non eleuatur, aut lętatur, quia ipse preciosior auro est. Silex etiã huiꝰ generis est, ꝙ dum amplius percutitur, mirabilius ostendit virtutẽ igneam, quę in se latebat, nam silex hic lapis dicitur, propterea ꝙ silentẽ ignẽ seruet quẽ dum excutitur, ostendit. Est igitur hæc sancta. N. adamas & silex iuxta duplicẽ virtutẽ sponsi sui .s. diuinitatẽ & humanitatẽ, Adamas fuit quando contempsit honores, & blandicias exhibitas, alioqui in martyr non fieret nã ad hoc requiritur plena carnis mortificatio, & omniũ appetituũ edomatio, vnde Gregorius in Homelia de virginibus ait. Martyr pro Christo mori non potuisset corpore, nisi prius desyderijs terrenis mortuus non fuisset in mente euectus namꝙ martyr in virtutis culmen tormenta derisit, premia calcauit, ante armatos reges ac præsides ductus imperterritus stetit, feriente robustior iudicante sublimior. Hæc ille ostendens quanta perfectio martyriũ præcedat, tamen gratias referamus ei, qui ex vitro facit adamantẽ, & ex puella inerme armatum militẽ. Dum quis ea quæ apparent cõsyderans, videt puellã gloria martyrij fulgentẽ, vix assentit euangelio dicenti. Regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nã puella hæc rapuit illud, tunc tamen puella non erat sed virago & adamas, qui nulli cædit. Si em̃ more humano quis vellet in hac puella fortitudinẽ indagari, nullã fere inueniret, nã vt ait quidã Philosophus in quinꝙ fortitudo consistit. .s. in vigore complexionis, in robore membrorũ, in abundantia cibi, in experientia belli, ęq artis, in constantia mentis. Solam vltimã partem habuit puella hæc tamẽ leonibus fortior facta est, non ob aliud nisi quia in eius fronte adamas erat. Hic em̃ qui alio nomine vocatur lapis reconciliationis ab adamando nomen accepit, quoniã ad fidelẽ amorẽ animũ gestantis irritat, vnde ꝑ hunc lapidẽ

adamas & silex quid?

designatur

designatur in ista fœmina, illa q̄ fortis est, vt mors dilectio fronti eius insedens, quia non erubuit sponsa eius dici, qui propter eā mortuus est, cui vicē rependens, eius se fatetur amicā, nec ī alio voluit gloriari, q̄ in cruce Dñi nostri Iesu Christi. Ideo frons charitatis quæ ōnia sustinet, quæ pati non erubescit facta est ei. ¶ Sed forte quis vestrū amore gemmę huius captus dicet. O si habere adamantē istum qui animū prestat, Deoq̄ animā conciliat. Audite frēs. huius lapidis proprietatē, vt ęmulari possitis sanctę .N. charitatē, Dioscorus ēm dicit, q̄ si adamas caute supponatur a marito capiti vxoris suæ dormientis, ipsa si casta fuerit, maritū inter dormiendū virtute lapidis amplexatur, si autē luxuriosa fuerit, tūc tanquā indigna præsentia lapidis, ab ipso resiliet, & extra lectū decidet. Castus maritus est Christ⁹ spō sa vero est anima, cui dū baptizatur dicit. Accipio te in meā. Iste nāq̄ nullas nisi ascendentes de lauachro, ducit vxores, quas nō vult iterū inquinari. Lectus quo anima dormit cū Christo est fides ecclesię carnalis autē copula significat charitatē, quæ animā cum Chro copulat, vnitq̄. Adamas aūt qui est lapis durissimus tribulationē huius mundi designat. Quando ergo anima spōsa Christi iuxta eū in lecto .i. in fide ecclesię dormit, & quando pace, & quiete lętatur, tunc nēpe maritus iste volens eā probare, quandoq̄ supponit sibi adamantē. i. tribulationem & aduersum quid. Tunc sane anima si casta fuerit si fornicationē peccati nō commiserit, ad sponsum amplexandū facile deuoluetur dicēs. Mala quæ hic nos pręmunt, ad Deū ire compellūt. Si autē anima peccatrix fuerit per diuersa genera peccatorū cadet a lecto fidei, & ab amplexu charitatis recedet, ac deterior fit, vnde Sapiens te hortatur dicens. Non deficias, cū a Deo corriperis, quia quē diligit Dñs corripit. q. d. alios non corrigit in pręsenti, sed in futuro dam-

tribulatio est adamas

Pro. 3.

so damnat, nam propterea mulier quæ publice prostituta erat, non puniebatur in lege, nõ em̃ erat digna, vt a legibus puniretur, & ideo vt adulterij rea nõ puniebatur alię aũt sic, qđ patet in Thamar quã Iudas non puniuit, dũ in scorto eã inuenit, sed iã reperta sub honestatis habitu accusata est de adulterio ac pœnę damnata. Ne miremur ergo fratres, quamuis Deus dissimulet peccata hominũ sine pœnitentia peccantiũ, quia hos in posterũ seruat puniẽdos, nunc autẽ iustos tribulari permittit, ne alieni sint a martyrio domestico, quod præ manibus habemus de quo Gregorius ait. Occũbere corã persecutore, martyriũ in aperto opere est: ferre vero cõtumelias, & odientẽ diligere maryriũ est in occulta cogitatione. Hactenus ille. Sed nunc videndũ supereſt, cur huic sanctæ dicitur, vt adamãtẽ & silicem dedi faciem tuã, satis esset ei adamanti assimilari, qui preciosior est cunctis lapidib9 ac fortior. Quid op9 fuit post adamantẽ addere & silicẽ? aliquis defectus est in adamante, qui per silicẽ oportuit suppleri, vt hæc perfecta ex omni parte ostenderetur. Vnde aduerte q̃ vt ait Ysidorus, adamas est paruus lapis ferri habens colorẽ, cristalli splendorẽ, ita durus q̃ nulli penitus cedit materiæ, nec ferro frangitur, nec igne calescit, tamen sanguine calido hyrcino rũpitur, & sic aliquando vir iustus licet sit paruus per humilitatem, ferrugineus per pœnitentiæ austeritatẽ, cristallinus per splendentẽ honestatẽ & ita durus per constantiæ firmitatẽ, q̃ igne tẽptationis interioris, ferro tribulationis exterioris, non vincatur a diabolo, tamen sangnine calido. i. infectione luxurię, & molliciæ mundanæ prosperitatis, aliquando superatur, ac demolitur, vt patuit in præcellenti viro Dauid, qui pulchritudine Berzabee captus est. Ne igit̃ tale quid nos de sancta ista suspicari contingat, nõ solũ adamanti sed etiã silici assimilatur. Non potuit eam

Genesis. 38

malos deꝰ nunc minime punit.

mulier fortes etiam vincit.

2. Regũ. xi

Syon ē per seuerantia

ꝑsperitas effœminare, nec aduersitas terrere. Ideo vtriq; lapidi similis inuenitur duabus potita fortitudinis partibus, ne blandicijs, nec minis posset cadere in vtraq; fortuna constantissima, vt agnus sponsus eius, cū quo pariter dicitur stare supra montem Syon, qui est perseuerantia, de qua Bernardus ait. Absq; ꝑseuerātia, nec qui pugnat victoriā, nec palmam victor consequitur. Nutrix est ad meritū, mediatrix ad prēmiū, soror patientię, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarū nodus, vnanimitatis vinculū, sanctitatis propugnaculū. Tolle perseuerantiā, nec obsequiū mercedē habet, nec beneficiū gratiā nec laudē fortitudo. Sola est cui æternitas redditur,

2, 2, q. 128, vel potius quæ æternitati hominē reddit, dicēte Domino. Qui ꝑseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. Perseuerantia sēd'm Thomā est in ratione bene instituta stabilis & perpetua permansio, ideoq; iure figurat in mōte Syon, qui & æternitatē gloriæ præfigurat, vbi stabilitas perennis, & finalis perseuerātia erit In hoc monte. s. perseuerātiæ qui vertex mōtium dicitur & corona omniū virtutū stetit agnus Dei habens adamantē deitatis, & silicem humanitatis. Adamas deitatis & si infinitę fortitudinis fuerit hyrcino. i. humano sanguine mollis redditur non solum in incarnatione sed in martyrū passione, qua iterum patitur filius Dei, qui propterea dicit. Cū ipso sum in tribulatione, eripiā eum, et glorificabo eū Ecce igitur quom ō hęc sancta. N. dicitur stare cum agno, quia per se non valeret tantū sustinere. Duplici nomine frons huius sancte munitur. s. agni & patris eius. Dum Christū in se consideras velut agnū reperies eum hominē, dū aūt patrem suū Deum respicis, eum etiā Deum credes, & tunc dices cū Petro. Tu es Christus filius Dei viui. Tunc sane confessione manifesta in fronte, habes duplex nomen, quo muniris. Deitate siquidē eius muniebatur hęc

duplex cogitatio erga Christū

sancta

ſancta in proſperis ei oblatis, quæ contempſit, dum deitatis Chriſti proſperitatē ſibi tribuendā contemplabatur. In aduerſis autē meditabatur aduerſitatē hūanitatis Ieſu in carne paſſi, vt nos tali cogitatiōe armati vſq; ad martyriū palmā deuenire poſſemus. Quid ergo dicā de te o virgo.

Angelis non impar quib⁹ per vitę meritū equaris.

Benedicta non ſolum inter mulieres ſed inter angelos diceris

Cōcupiuit rex decorē tuū qui falli nō poteſt

Delbora es tu etiā ſenes iudicans, defuerūt tibi muliebra, ideo audiamus te.

Exēpta fuiſti ab illa maledictiōe, ſub viri poteſtate (eris,

Fructu cēteſimo frueris in gloria,

Gratioſa ōniū oculis videberis vt altera ſunamitis O virgo:

Heſter eſto pro populo ſuo mediatrix,

Iael es tu quæ malleo. i. cruce, quia in malleo eſt ſignum Thau, quo ſuperbū dęmonē percuſſiſti

Lunę tua pulchritudo cōparatur in diebus ſuis nūc dies pleni inueniuntur in te,

Marię matri Dei ſodalis es, & imitatiōe coniuncta

Niue candidior iudicaris, quia ſuper niuem dealbata es in Selmon,

Optimā partem elegiſti ex fœminis virginitatem, ex viris martyrium,

Pugna tibi maior, victoria maior pręmiū maximū

Quęrelas carnis pręſcindere in tua ỽginitate voluiſti cogitans ſoſum quæ Dñi ſunt

Regina vocaris quia ſponſo tuo. 60. ſunt reginæ,

Sponſa maiori munere decorata quia ſanguine ſuo, & tuo,

Theſaurū abſconditū in agro corporis tui video,

Virgo aureola honorata duplici, Chriſti imitatrix etiā in gloria, quā mihi præſtet Ieſus tu⁹ Amen.

¶ Feria ſecūda tertiæ dñicę aduentus. De aduentu ad animam religioſam.

FERI. II. DOMI. III. AD.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio vbi ostenditur ꝙ Maria officiosa sitiẽtibus occurrit.

Gene, 24 a

CVm procurator patriarchę Abrahę timidus esset erga negociũ sibi cõmissum de querenda vxore filio Dñi sui, vt securus redderetur de bona expeditione futura, & bono euentu rei sibi cõmissę dixit ei patriarcha. Deus mittet angelum suũ coram te. q. d. non timeas, quia bonum ducẽ habebis, qui non solũ te diriget, sed ostendet tibi puellã, quam debes afferre, quia res Dei agitur Sic sane ilico effectũ est, nam nec ad dextrã, nec ad sinistrã declinauit procurator ille, sed rectissime peruenit ad ỽginem quã reperit suis vtilitatibus occupatam. s. educentem aquãa puteo sibi, & camelis suis exhibendam, quid mirabilius? quid iocundius? nam venientia tam remotis non opus fuit aliquem super negociũ suum alloqui, sed immediate cœpit loqui ei, quam quęrebat, & lętatus est nimis, dum experitur humanitatẽ suam, quoniã prius expertus est eam ancillã, ꝙ confiteretur dominã suã. O beata Dei genitrix ꝙ optime ista fœmina tui figurã gerebat, quæ prius voluisti ancilla fieri ꝙ domina. Salutabat quidẽ angelus dominam suam dicens. Aue gratia plena &c. sed illa recusans dominationẽ, amplectens seruitutẽ dixit. Ecce ancilla Dñi, quasi volens corrigere angelũ, ac dicere ei, non sum domina vt tu asseris, sed ancilla, vt ego scio. Ancilla ista domus Dñi habet officiũ sibi electum. s. haurire aquã gratiarũ ex puteo misericordiæ Dñi Dei sui, eam ꝙ præstare esurientibus, quibus semper occurrit onusta & plena sicut Rebecca Eliezer. Ille tamen non ausus est Rebeccã alloqui, nisi oratiõe præmissa, in hoc docens nos ꝙ si aquã gratiæ volumus a virgĩe obtinere, nõ pigeat ei priꝰ offerre genibꝰ flexis aue.

Maria priꝰ ancilla, ꝙ domina.

¶ Argumentum quo ostenditur ꝙ bonus concionator

nator est Eliezer.

VTait Gregorius Eliezer figurã tenet boni prædicatoris, et nominis eius ethymologia hoc idem ostendit, nã interpretatur Dei adiutorium, & referente Paulo concionatores boni sunt adiutores Christi, qui vtinã dicerent cũ Eliezer. Non comedam, donec loquar sermones meos Ex itinere fatigatus erat, tamẽ prius voluit prędicare q̃ comedere, similis illi qui fatigatus ex itinere, prius prædicauit samaritanę q̃ nec aquam biberet. Vnde quia Eliezer optimus prædicator erat, postq̃ locutus est sermones suos, dixerũt ei. A Dño egressus est sermo, non possumus extra placitũ eius quicquã aliud. Certe bonus Dei concionator typographus est, nã exarat cordibus audientiũ sermones et persuadet rẽ, quam intendit, vnde Chrysostomus loquens de optimo prædicatore. s. Ioanne Baptista dicit. Venit in via iusticiæ ad Pharisæos, quibus si tantum baptismũ pœnitẽtiæ prædicasset tenebant credere quasi iudices non personarũ sed rerũ, & si non quasi iusto tamẽ quasi iusta dicenti, quid eñ pertiet ad auditorẽ vita prædicatoris? si eñ male viuit illi? est damnũ solius, si aũt bene docet omniũ audientium lucrũ est. Sed Ioannes vltra venit ad vos in via iusticiæ sic manifestæ, vt conuersatio eius venerabilis, & angelica vita etiã publicanorũ & meretricũ corda concuteret, & p̃cussa pauore flecteret ad credendum, & vestra corda o Pharisæi non tetigit. Videtis ergo q̃ iuste publicani, & meretrices præcedent vos in regnũ Dei? consydera quom õ conuersatio bona prædicãtis prædicationi suæ præstat virtutem, vt etiã indomabilia domet corda. Ipsa quidem prædicatio iusta, vnam ex se habet virtutem, duplicem autẽ habet quando prædicatio iusta est & ipse qui prædicat iustus. Hæc ille ostendens quantũ adiuuat officiũ bona vita prædicãtis, qualis erat Eli

Gen. 24. d

prędicator est Eliezer

ezer qui oratione & verbis præmunitus multum fructū attulit Dño ſuo, ego igitur dū iuſte exequor prædicationē ſum Eliezer, ille fortunatus extitit p̄ hoc, q̄ (vt prædixi in ſalutatione) ſecutus eſt angelum Dñi, quærendo puellā filio Dñi ſui. Ego quidē animas quæro Chriſto filio patris æterni, quia hoc eſt officiū mihi iniunctū, & ſicut Eliezer habeo ante me angelū Gabrielē, huius in hac inquiſitione inſequar veſtigia, quia ſicut ille venit ad v̄ginem per ſtationes ſuas ſic ego per hui⁹ euangelij (cuius thema ſumpſi) metas & terminos ſatagens ero, vt virginem caſtā. ſ. animā religioſam exhibeatis Chr̄o, & hoc in priori parte, in altera vero dicā quantum religioſus præcellit ſœculari.

Diuiſio.

concionator eſt Gabriel,

¶ Non ſolum in procuratore Abrahæ, deſignatur prædicator euāgelicus, ſed in ipſo angelo Dei, nā ſi angelus interpretatur nūcius Dei, quid aliud facim⁹ nos q̄ vobis nunciare ſtudia eius? quāuis omnis angelus teneat prædicatoris figurā, potiſſimū eam tenet Gabriel, quoniā iſte præ ōnibus prædicauit ī nouo & veteri teſtamento, quæ nos quotidie prædicamus, & Gabriel quo q̄ præcipuū contionarē incarnationis. ſ. Ioan. Bapti. nunciauit patri ſuo Zacharię, vnde ex quo Gabriel miſſus eſt ad virginē vidētur deſtinati ac miſſi voluntate antecedenti ōnes p̄dicatores ad animas Deo maritādas, quod ſenſerat Ioannes, quando adhuc exiſtens in vtero matris geſtiuit Chr̄m prædicare, ſciens aduenisſe tempus loquendi poſtq̄ verbum Dei aduentaret ad nos. Iam ergo et de me ipſo v̄ba thematis refero. ſ. miſſus eſt angelus. ſ. nuncius Gabriel (hoc eſt) fortitudo Dei, quia eius eſt ſermo. Vnde doctrina mea nō eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. Qui ſeipſum prædicat adulterans verbū Dei non eſt Gabriel, non eſt fortitudo Dei, ſed pertinacia ceruicoſa vti eſt hæretica prauitas, qui autē non ſua quærit, ſed quæ ſunt Ieſu

Textus.

Chriſti

Christi fortitudinē Dei habet, quia Deus prestabit vim verbo suo, nā cuidam prędicatori puero dixit. Ecce dedi verba mea in ore tuo, & cōstitui te super gentes & regna, vt euellas, & destruas, ędifices & plantes. Non ad animā immediate mittitur prędicator, quia prius debet generalius aliqua visitare loca vnde sequitur in euang. Ad ciuitatē Galilęę, cui nomen Nazareth. Priusquā angelus perueniret ad virginem, visitauit prouinciā Galilęæ, deinde venit ad ciuitatē Nazareth. Prouincia Galilęæ alias habet ciuitates, nunc vnā, nunc aliā visitat Dñs. Prouincia hæc tenet ecclesiæ typū, quia Galilęa volubilis interpretatur, & ecclesia assidue voluitur: nam de militāte fit triumphās, & de victa victrix, de peregrina incola, de afflicta lętabunda, & semper ad idem redit, quia Deū semper in ōnibus querit. Ipse tamē diuersimode visitat ciuitates huius prouīciæ: vnde per prophetā Dñs quæ iratus fecerit narrans dicit. Plui super vnā ciuitatē, & super alterā ciuitatē non plui: pars vna cōpluta est, & pars super quā non plui aruit. Super hoc ait Gregorius. Cum ēm sanctæ exhortationis verba alia mēs suscipit, alia suscipere recusat, super ciuitatē vnam Dñs pluit, & super alteram nō pluit. Cū vero & ipse qui ꝓximos audit ab alijs se vicijs corrigit, atq; ab alijs emēdari contemnit, nimirū vna eademq; ciuitas & ex parte cōpluitur, & ex parte arida remanet, in qua a se prędicationis pluuiā repellit. Sunt etēm quidā, qui exhortationis verba ōnino nō audiunt, hij penitus suscipere pluuiā nolunt: & sunt nonnulli qui audiūt, sed hanc medullitus nō insequūtur, quia alia in se vicia resecāt, sed in alijs grauiter perdurāt. Sæpe ēm quosdam videmus, qui per prędicationis verbū a semetipsis auariciæ æstū repellunt: & non solū iam aliena nō rapiunt, sed & propria indigentibus largiuntur, nec tamē irę stimulos edomant, nec patientiæ moderami

Hiere. 1, a.

Textus.

ciuitas est anima.

Amos. 5, e

deramina per mẽtis tranquillitatẽ seruant. Et sæpe alĩ exhortationis verbo in se tantũ carnis immundiciam vincũt, corpus in castitate custodiũt, nec tamen adhuc animũ sicut debent proximis inclinant, sed per rigorẽ superbiæ in cogitatione se eleuant. In istis pars vna cõpluta est, qa fructũ fecit, & pars q̃ cõpluta nõ est, aruit: qa exhortatiõis verbũ non plene suscipiẽs ab onosterilis remãsit. Hæc ille, oñdens quõ nunc vnã, nunc aliã ciuitatẽ huius prouinciæ visitat Dñs.

consilia p̃ requirunt mandata, Textus

Frequentius vsitatur illa cui nomen Nazareth, quæ interp̃tatur florida, nam Deus bonis incœptis fauet. Nazareth igitur est anima, quæ cupit reduci ad meliorẽ frugem, & cõuolare de mãdatis ad cõsilia, quod facere nequit, nisi per aduentũ nouæ gratiæ: nec enĩ solum venit filius Dei, vt gratiam conferat, vti venit ad peccatores: sed vt gratiã augeat, & sic venit ad iustos. Aduerte tamẽ q̃ nazareth prius interpretatur custodia. s. p̃ceptorũ: nam frustra quis nititur cõuolare ad cõsilia, nisi prius obseruet mãdata: ex obseruatione mandatorũ oriri debet obseruatio consiliorũ, quia iste flos de radice eius ascẽdit: quoniã ex obseruãtia præceptorũ ascendit obseruãtia consiliorũ: alioquin est p̃posterus ordo, cum dicat Apls. Non tu radicẽ portas sed radix te. Dum radix. i. obseruãtia decalogi portat animã nostrã, ex ea tanquã ex vitgulto flos orietur, & custodia etiã consiliorũ. V̄ aũt illis qui manẽtes in sæculo nõ seruãt mãdata, & sumpto habitu arbitrantẽ se religiosos effectos, cũ potius sint destructores, &

Cantico,

vulpes q̃ demoliũtur vineas religionũ, de quibus dicitur in Cãtic Vineæ florẽtes dederũt odorem suũ. Nullus flos minus discernit q̃ flos vineæ, qui nõ pulcher apparet sed cõtẽptibilis, nec redolet: ideo hæretici religiosos cõtemnũt, temeritate ducti, cũ religiosi fuerint Gregorius, Augustinus, Hieronymus, Basilius, aliiq̃ quorũ propagines terrã implent. Aduerte

tamẽ

tñ, ꝙ vinea tunc potest dici florida, qñ racemi sunt maturi, et rore cœli ꝓfusi ac nitore. Colliguntꝙ mane ferẽtiã ex toto maturi, tũc enĩ auidi⁹ comedũtur, & pulchriores apparent. Olet aũt vinea cum vinũ veterascit, & rubescit in vitro, tũc sane odor eius apparet. Hoc ideo dixerim, ne quis putet, ꝙ vera religio in mũdo floret aut redolet, sed in cœlo: nã ideo dicitur. Vineæ florentes dederunt odorẽ suũ. s. Deo & angelis eius, quãdo religiosi qui sunt racemi, colliguntur ab hoc sœculo in cellã vinariã gloriæ ordinandi per mãsiones suas, & ad mẽsam Dei preſentãdi. Anima ergo religiosa dum manet sub vite sua dum manet in vinea, nõ se putet perfectã, donec iã matura colligatur ab hoc sœculo: interea tamẽ mũdis manib⁹ addat fortitudinẽ: quoniã de ipsa sequitur in euãgelio. Ad ỽginem despõsatã viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid. Omnis aĩa quæ peccato caret, virgo est apud Deũ, maxime illa quę despõsatur viro Ioseph. i. ꝓfectui: quod peculiare est animæ religiosæ, quæ tentur ad perfectionẽ tendere: vbi ait Gerson. Nec enĩ sufficit tibi, ꝙ sis virgo. i. ꝙ anima tua stt iusta: quia hoc sanctũ sęculare est, & sœcularib⁹ necessariũ. Anima vero religiosa debet habere spõsum Ioseph. i. ꝓfectui se obligatam cognoscere, eiꝙ ligatã dum vixerit, immo sẽper, quia ille nunquã moritur in hac vita: nam null⁹ tantũ profecit, quĩ ei adhuc nõ longa restet via. Vñ hoc significãs Dñs Iesus, cũ iam obiret dixit. Consummatũ est. Anima ergo religiosa semper ligata est viro suo Ioseph. i. ꝓfectui, dum ipsa viuit, nam ille nũquã perficitur in hac vita, nec finitur: ideoꝙ nõ absre minime dicitur ĩ sacris literis de morte Ioseph sponsi Mariæ: nõ dicitur aliquid de morte ei⁹ quoniã ꝓfectus animæ religiosæ nunquã moritur: vnde cũ sacra scriptura designaret longitudinẽ & latitudinẽ propiciatorij noluit altitndinẽ eius mensurari,

Textus, religiosus, tenet profi cere dum viuit,

Hebrę. 9. a

rari, ne quis putaret se terminū profect⁹ spiritualis attigisse. Omnia quæ ad hunc mundū spectant, hic suum attingūt terminū, qui est velut latitudo & lō gitudo, tamē spiritualia quæ sursum respiciūt, non pertingūt ad terminū suum, donec portētur ab angelis in sinū Abrahæ. Negociādum ergo est dū venit Christus, quia cū venerit, & receperit nos ad se ipsum, terminabitur profect⁹ noster, quod alibi clarius innuitur, vbi dicitur. Vbi ceciderit lignū, ibi erit, quia nec amplius germinabit, nec florebit amigdalus. Ioseph ergo est ꝓfectus, & hic debet esse de domo Dauid, quoniā si nō habet constantiā annexā parum valet profectus iste: nec enī proficit quisq; solū per hoc ꝙ pluribus annis permanet in relgione, quoniā istud & bonis & malis cōmune est, ad ⁊gines prudētes pariter & fatuas pertinet. Ille igit proficit, qui adiicit sibi sicut Dauid. Multiplex nāq; est genus proficiēdi. ſ. iuxta multiplicitatē exercitiorum, tamē ille ꝓfectus est melior, qui est de domo Dauid. Nec sufficio vobis dicere qualiter Dauid ascenderit per ōnes profectuū gradus, ab illo tēpore, quo pauculas oues in deserto custodiebat, vsq; dū propheta super senes intelligēs moriretur, cui⁹ profectus adhuc videtur perdurare ī psalterio suo, vbi nos docet ascensiōes in corde nostro disponere, quę terminari debent in visione Dei Deorum in Syon.

Fœlix anima, quæ sic niteretur ascendere, quoniam

Textus, de tali sequitur in euange. Et nomen virginis Maria quę interpretatur exaltata, vel myrrha maris. Scd'a interpretatio exponit primā, quia inuiatoribus est exaltatio super terrā, & est etiā exaltatio super ma-

tribulatio; re. Filij huius sœculi & etiā boni sœculares exaltan-

exaltat. tur super terrā dignitatibus & honoribus, tamen anima religiosa dicitur myrrha maris, quia exaltari debet in mari tribulationis ac passionis Christi sui. Myrrha de se amara est, & mare quoq; amarū est,

dum er

dum ergo tibi amarus est mundus & tu ipse amar⁹ es mundo, myrrhā maris habes, ita vt dicere possis Mihi mundus crucifixus est & ego mūdo. Non ergo velis in mundo exaltari, sed in mari cū Chro tuo qui ait in Psalmo. Exaltatus autē humiliatus sum et conturbatus. Super tribulationes exaltatur, qui eis non opprimitur, sed eleuatur ad Deū, vtens eis ad ascensionē suam sicut Christus vsus est cruce sua et sicut Ioseph qui venditus carceri mancipatus & afflictus, ac diffamatus prævaluit propter multitudinem virtutis, ita vt ōnia ei deseruirēt ad exaltationē quæ parabātur ad fraudē, & propterea cū Psalmographus diceret, mirabiles elationes maris, statim addidit. Mirabilis in altis Dns, qui. s. exaltat humiles elationibus superborū volentiū deprimere seruum Dei. Esto igitur vt Maria, quæ semper steterit non deiecta sed erecta iuxta crucē, cui adhęsit quasi firmamēto virtutis, quāuis parata esset ad eā deijci endū. Si ergo anima tua in aduersis fuerit exaltata dicetur de ea, id quod sequitur in pręsenti euangelio Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena, Dns tecum. In scripturis sacris pręlati dicuntur angeli, quoniā Ioannes episcopū Laodiciæ similiter & alios ecclesiarū pīlatos vocauit angelos, in Apocalipsi prelati ergo religionū angeli sunt, qui debēt intrare ad animā religiosam diligēter cognoscendo vultū eius, & statum et exercitiū ac profectū. Tria debet angelus iste operari erga animā religiosam. s eā per sacramenta purgare & ꝓpterea dicit ei aue. Secundo debet eā per doctrinā illuminare & propterea dicit eam gratia plenā. Nam religioso bene in spūalibus edocto dicitur de prælato suo. Implebit splendoribꝰ animā tuam, & ossa tua liberabit. Tertio debet eā pficere per bonū exemplū, vnde propterea dicit ei. Dns tecum. Prælatus etiā intrare dicitur ad animā religiosam possidendā, quando eā recipit

prælatꝰ est angelus.

Esaiæ. 58. d

cipit ad professionē, dicit ei, aue, quia tunc ei plenariam prestat indulgentiā, eam q̄ per indultū apostolicum restituit ad statum innocentię baptismalis eā q̄ gratia implet per alias indulgētias a summis pōtificibus concessas quibus defectus nostri supplent vt iā de cætero non peccemus, sed sit semper Dominus nobiscū. Sed quid opus est authoritate papę cū Christus dicat. Omnis qui reliquerit patrē aut matrē &c. propter nomen meū .i. propter salutē aniæ suæ centuplū accipiet, & vitam ęternam possidebit Dum ergo mundū relinquis, Deū accipis quem si retinuerimus, audiem⁹, quod sequitur. s. benedicta tu in mulieribus. Præ animabus sœcularib⁹ benedicta singulariter est anima religiosa, quoniā seruanti pręcepta dixit Christus. Si vis perfectus esse, vade & vende ōnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Si hoc attenderent hęretici præponerent religionē statui sœculari, quoniā singulari benedictione præuenit eā Deus dicens. Qui reliquerit domos aut agros, aut patrē aut matrē cætera q̄ huiusmodi propter nomē meum centuplū accipiet, & vitā ęternam possidebit. Ecce quom ō prælatus non eget concessione papali ad promittendū vitam ęternā profitenti, postq̄ euangeliū illam relinquenti sœculū expresse promittit. Si tamen consentaneā professioni vitā pręstemus, nā in hoc est tota vis, et altitudo status nostri, vt quod verbis promisimus, operibus exprimam⁹, alioquin parū prodesit nobis verbū quod in professione est vocale, nisi caro fiat, nisi incarnetur in exhibitione operis, vt visibile verbū fiat edictum iam in cœlū, quaten⁹ quilibet possit videre verbū quod distinxerūt labia nostra. Verbū per se inuisibile est, tamen quodāmodo incarnatur, dū opere formatur vnde vbi nos habemus qui fingis laborē in præcepto, quidā doctor ātiquus sic legit. Qui formas laborē in præcepto. Pa

religio benedicitur,

Textus,

Formatur Verbum caro .i. opere

nim pro

rum prodest verbũ consilij siue præcepti, nisi finga tur & formetur laboriosæ in opere. Væ nobis frẽs mei, quoniã informe habemus verbũ Dei, quod sẽ tiebat ille qui dixit. Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis. Vellẽ autẽ esse apud vos modo, & mutare vocẽ meam, quoniam confundor in vobis. Verba sunt optimi Pauli boni prælati volentis, ꝙ verbũ Dei fiat in nobis, ac formetur quod non sine labore poterimus in lucẽ edere, ideo dixit, quos iterũ parturio. Quidã partus est voti emissio post annũ probationis, tamẽ iterũ adhuc alius superest laboriosior per operis adimpletionem, quo formatur verbũ Dei, & efficitur in nobis Christus, tũc em̃ & nos nascimur & efficimur Christiformes. Alioquin non mutabimus vocem vt ibi mutata est, cũ dicitur. Verbũ caro factum est & habitauit in nobis. Alioquin & confundet̃ prælatus in nobis & ipse filius Dei, qui desyderat incarnari quodãmodo in operibus & affectibus cordiũ carnaliũ. Certe frẽs nil superest, nisi quod faciamus id quod sequitur in euãgelio. Quę cũ audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Tres legimus in Christo turbatos. s. matrem eius Mariã, & Marthã, & Petrũ, qui stupens dixit. Exi a me Dñe, q̃a homo peccator sum. Si nos perpendimus altitudinẽ status nostri, & deiectionẽ vitæ nostræ, ac pronitatẽ ad malũ etiam impellentem & captiuantẽ, sane turbati erimus: non solum cũ Maria & cũ Martha sed cũ beato Petro, atq; dicemus: exi a me Dñe, quia homo peccator & sœcularis sum non religiosus sed irreligiosus: ad hanc cogitationẽ respondet angelus. Ne timeas Maria, inuenisti em̃ gratiã apud Dñm. Solamine istorũ ꝟborum indiget nunc religio, quando hęretici conantur eam euellere, ac de ecclesia sancta eradicare, cũ ipsa sit preciosior pars ipsius ecclesiæ, & antiquior, nam

Galla. 4. c.

Textus. tres turbãtur de Christo.

Textus.

& pręter

religio nõ timeat,

& præter Apłos (vt refert Lucas) erãt in primitiua ecclesia viri religiosi, qui reuera nõ distinguerentur a cæteris in historia, nisi essent ab eis sanctiori vita separati, & voti emissione: nã & si tunc õnes christiani sancti erant: isti tamen qui dicunt a beato Luca religiosi inter alios erant voto distincti & habitu

Actuũ. 2. a

Hæretici ergo putant nos timore concutere, vt religio destituatur. Homo tamẽ timere non debet, qui apud ipsum Deũ inuenit gratiã, de quo scriptũ est. Quoniã nazarẹus vocabitur. Si ergo ipse Iesus religiosus & nazarẹus fuit, quid timere debet religio, quę talẽ habet sponsum? certe magnã gratiam inuenit religio apud Dñm glorię, postquã ei subditus fuit. Nec abs re signanter dicitur Dñs fuisse subdit9 in Nazareth, quoniã interpretatur custodia. s. religionis, quã ipse Dñs in se voluit prẹsignari. Igitur hæreticos nõ timeat nostra Maria, quoniã inuenit maiorem gratiã apud Dñm, ꝙ ille qui dixit. Si inueni gratiã in oculis tuis, ne transeas seruũ tuum. Hic obtinere volebat, vt semel ad mensam suã sederet angelus, tamẽ religio magis obtinuit a Dño, qui propter eam voluit in virgine religiosa concipi. & ex ea nasci, vñ velut ad literã dicitur religioni, id quod sequitur in euang. s. ecce in vtero concipies, & paries filium. Vterus religionis est vterus Mariæ fœminę religiosæ, nã in religione sunt õnia cõmunia, vbi nemo suum aliquid esse dicit sed religionis ideo vter9 Mariæ est religionis, vbi concipitur filius Dei. Nec desponsatio prẹiudicat voto castitatis quod hæc religiosa emiserat, imo nec ipsa filij conceptio aut natiuitas voto intulit præludiciũ, quoniã multa miracula fecit Deus in hoc opere, vt sine dispensatione fieret negociũ: nam dispensatione integritas non indiget. Mirabile quidẽ quod hæc fœmina religiosa, post votũ solemnæ castitatis sublimis, quod coram angelo iterare voluit dũ dixit, quoniã virũ non cog-

Gene. 18. a

Textus. religio est, mater Dei

noſco

noſco, & ſtante voto nupſit, & peperit vere & re-
aliter, quia in vtero cõcepit, tamen votũ nõ fregit
altiſſime caſtitatis. Certe & in hoc non paruã gra-
tiam inuenit religio apud Deũ, qui in religioſa ma-
tre ſua ſemper votũ voluit præualere, nec locũ diſ-
penſationi dedit, vt frangeretur, ne nos occaſione ac
cepta ſolueremus quod promiſimus, cũ ſcriptũ ſit.
Redde altiſſimo vota tua. Si ſub mortalis peccati
pœna cautũ eſt, ne nomen Dei quis in vanũ ſumat,
quanto amplius debet fugi, ne irritũ fiat, quod iura
mento & voto ſtabilitũ eſt? ſi animal per votũ ob-
latum Deo non poterat mutari, quanto minus de-
bet mutari homo qui eſt animal rõnale? Noluit Ma
ria diſpenſationẽ in voto ſuo, vt nos doceret ſtare in
voto iam emiſſo, cui facit id quod ſequit in euange.
Et vocabis nomẽ eius Ieſum, quod interpretat ſal-
uator. Fœlix religio quæ ſaluatorẽ edit. i. ſalutũ præ-
ſtat Dño famulatũ. Anima quæ voti ſui patitur ali-
quod detrimentũ, aut ſollicitat ſibi diſpenſari, ſalua
torẽ non parit, ſed corruptorẽ. Ieſus ergo eſt conſer
uatio voti, & integra perſeuerãtia, quę a periculo et
corruptione peccati liberat. Si õnia pereant, & pari
ter deſtruantur, dicat incolumis Ieſus. Euaſi ego ſo-
lus, vt nunciarẽ tibi. Iſte ſolus pro decẽ milibus cõ
putatur, qui õnia reſtaurare poterit quoniam ſcrip-
tum eſt. Deus meus fortitudo mea, & ponet pedes
meos quaſi ceruorũ, & ſuper excelſa mea deducet
me victor. Perſeuerantia ſaluat, quã quia non pote
rat a ſe habere dixit. Deus meus fortitudo mea, iſte
leues atq; agiles ponit pedes .i. affectus religionis,
ne luto adhæreant, vnde addit, ſuper excelſa mea.
.ſ. vota dedudet. ſ. finaliter victor, nã puſillo gregi
dixit Ieſus. Nolite timere ego vici mundũ. Ac ſi vic
toria eius õnes deberẽt potiri Sane quidẽ quia neq;
volentis, neq; currentis adhuc ſed Dei miſerentis,
qui dat velle & perficere, vt ſaluare poſſit, ſolos nã

Vota non debent diſpenſari.

Naum, 1, d

Leni. 27. b

Textus.

Ieſus ẽ perſeuerantia

Abac. 3, d, i

Scda pars,

q; pe-

q̄ perſeuerātes ſaluabit.

¶ Vt autē videas quomō perfectius habet religio Ieſum q̄ cæteri ſœculares aduerte, q̄ tres ſubſtātias Ieſu veneramur tribus votis religionis. Eſt nam q̄ in Ieſu deitas ſuprema, ad cuius honorē obedientiā ſeruo, dignū quidē eſt, vt in nomine Ieſu ōne genu flectatur. Eſt etiā in Ieſu aīa beatiſſima delicīs affluens, ad cuius honorē diligo paupertatē, & fateor me etiā bonitate paupertatē & virtute ſciens q̄ hęc aīma Chriſti beatiſſima eſurientes ac pauperes ſuos implebit bonis gratiæ in præſenti, ac bonis gloriæ in futuro, quoniā de plenitudine eius ōnes accipient gratiā pro gratia. Tertio in Ieſu eſt caro incorrupta, ad cuius honorē caſtitas ſeruāda eſt propter mundiciā Ieſu Chriſti, cui⁹ tactus aimā caſtificat, fluxum reſtringit. Iſte funiculus triplex religionis eſt Ieſus. ſ. religioſus quē perſeuerātia ligat, & vnit ne rūpatur. Ternarius ergo religionis perſeuerans eſt myſticus Ieſus, qui debet incrementū accipere, atq̄ ſubcreſcere: ſiquidē propterea ſequitur. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dñs Deus ſedē Dauid patris eius. Erit magn⁹ in incipiētibus, & filius altiſſimi in proficiētibus: & accipiet ſedē Dauid in perfectis. Vel magnus dicit propter obedientiā, quę magnificat ſectatores ſuos quēadmodū magnificauit & Chriſtū, qui propterea q̄ factus eſt obediēs vſq̄ ad mortē crucis, magnificatus creuit vſq̄ ad dexterā maieſtatis in excelſis: tanto maior angelis effectus, q̄ difficilius præillis obediuit. Scd'o myſtic⁹ Ieſus qui eſt religioſus, vocatur filius altiſſimi propter caſtitatē, quoniā qui hāc ſeruant, altiſſimā degunt vitā, & inter angelos cōputandi veniunt. Vñ Chryſoſtomus ſuper illud neq̄ vxores ducēt, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo, ait. Omnes quidē virtutes ſpirituales res ſunt angelicæ, pręcipue tamē caſtitas res angelica eſt: per

ſubde tria vota Ieſu,

hanc

hanc em̄ solum singulariter angelis assimilantur & vincitur natura virtutibus. Sicut libidini vacantes, agimus, quod animalia habent nobiscū commune, ideoq; animalia esse nos profitemur, sic etiā quando illud agimus quod est extra naturā carnalem, naturā carnis egredimur, & angelis coequamur. Sed quia primū quidem & naturale est animalibus vt non vnius masculi vel vnius fœminę lege contenta sint, proprium aūt naturale est angelis, ōnino separatos esse ab vsu libidinis. Qui vero vnius masculi vel vnius fœminę lege contemptus est, mediā tenet conditionem, & est homo. i. neq; angelus neq; animal est. Angelus quidē non est, quia nec est separatus ab vsu libidinis, animal non est, quia vnius lege contentus est, qui autē omnino separatur ab vsu libidinis, supergreditur naturā humanā, quæ media est, & ad conditionē transit angelicā. Hæc ille ostendens quo modo agens celibatum altissimā vitam ducit, ideo q; filius altissimi dici meretur. Tertio quidē religioso probo datur sedes regis Dauid propter paupertatem voluntariā pro Christo seruatam, nam Dauid pauper vnguitur, & in sua paupertate consecut⁹ est sedem regni in sœcula. Beati ergo pauperes spiritu & rebus q̄m ipsorum est regnū cœlorum, vbi religiosi plus Christiformes erunt in prēmio, quia ei magis propinqui dinoscuntur in labore, hic p̄ gratiam & in futuro per gloriam Amen.

castitas angelica quæ sit?

¶ Feria tertia tertię dominicę aduētus. De vniuersali effectu aduentus filij Dei.

Missus est angelus Gabriel. Lucę. i. c.

¶ Inuocatio de oīmoda Marię puritate & victoria

Beata Iudith victrix libentius gloriatur de eo q; dęmonem vicit, q̄ de triumpho actropheo quem ab Holoferne duce reportauit, ideo em̄ dicebat referens gratias Deo. Viuit autē ipse Dñs, quoniā custodiuit me angelus eius, & hinc eū

Iudit. 13. b.

tem, & ibi cõmorantem, & inde huc reuertentem & non permisit me Dñs ancillã coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentẽ in victoria sua, & euasione mea, & liberatione vestra. Hactenus illa, quæ quotidie beata virgo replicat in cœlo coram angelis Dei, vnde propterea Iudith laudans interpretatur, quia nunq̃ destitit magnificare Dñm, vnde cõtribulibus suis & sanctis õnibus ait. Viuit autẽ ipse Dñs, qui tunc moritur in nobis, quando peccamus. Sed Maria quia nõ peccauit lętabunda dicit. Viuit autẽ ipse Dñs. q. d. nunq̃ vixit alius in me nisi ipse Dñs, nam custodiuit me angelus eius præsertim a tribus. s. peccato originali & de hoc dixit hinc euntẽ. Et a peccato veniali, & de hoc dixit, & ibi cõmorantem. Et a peccato mortali, & de hoc dixit, & inde huc reuertentẽ. De cæteris aũt prauis inclinationib9 & motibus sensualibus subintulit. Et nõ permisit me ancillam suam inquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me. s. a mundo immundo. Non solũ sine peccato, verũetiã sine pollutione peccati Maria per gratiã Dei vixit: vnde lotione nõ indiguit, vt Petr9. Ex õnimoda puritate v̄ginis tria sequuntur, Deo gloria, & sibi euasio, & nobis auxiliũ: vnde propterea dixit. Reuocauit me vobis gaudentẽ in victoria sua, & euasione mea. & liberatiõe vestra. Ecce qualiter Deus vicit, Maria euasit mũdissima, & nos liberatura, quoniã ad hoc mũda seruatur, vt cæteros mũdet impetratione gratiæ, quã vt præsenti assequamur concioni, ei genibus flexis offeramus Aue Maria.

tria peccata quibus Maria caruit.

℣. Argumentum dicendorum.

CVm õnes missiones angelicæ pręparationes quædã fuerint ad istã (de qua loq̃mur) & figuræ, hinc est, q̃ pręsenti sermone vobis enodare curabo, quom õ ãgelus Raphael missus ad Thobiam & Sarã curauit eos ac lętos reddidit. In Thobia cæ

bia cœco designatur populus Hebræ⁹, in Sara vero gentilitas. Hos ambos curat filius Dei, in quorū equidē curatione animabus nostris magna inuenitur medela, ideo ad vnguē volo eam elucidare. In altera sermonis portione agam de Thobia illuminato, in altera vero dē Sara lętabūda, iam & liberata. Diuisio.

¶ Quando angelus mittitur, nō simplex sed multiplex negociū affert, ideoq; in vna missione sunt plures, quod nō solum in Gabriele patet, sed in eo de q̄ dicitur. Exauditæ sunt preces amborū in conspectu gloriæ summi Dei, et missus est angelus Dñi sanct⁹ Raphael, vt curaret eos ambos. Iste nō solum Thobiam & Sarā incolumitati restituit, sed eorū totam ꝓgeniē lætificauit: nec mirū quia illi duo vtrum q; populū designabāt. s. iudaicū et gentilicū. Thobias ergo, est populus Iudæorū, quia interpretat̄ bonitas Dñi: vñ aduerte q; á participatiōe diuinæ bonitatis nomē accepit: sed cū hæc participatio sit cōmunis (nā super ōnia opera sua effudit De⁹ bonitatē suā) videt q; quęlibet res bonitas Dñi dici valeat, maxime qa ipse vidit ōnia q̄ fecerat, & erāt valde bona Pro hoc notabis istud Scoti dictū. Bona creata, & si sint bona p̄ participationē, verius tñ sunt bona per p̄ticipationē vltimi finis in p̄ticulari, q; per p̄ticipationē ei⁹ in vniuersali. Ecce igitur quō & si ōnia ab vniuersali participatiōe dici queant bona, a particulari maior denoīnatio fieri potest, vñ quia populus Israel hanc prę cæteris affluēter habuit, ab ea nomē accepit, vt vocaretur bonitas, quasi diceret per hoc Bonitate Dei sum id quod sum, ideoq; dū bonitas dñi vocor, ei totā bonitatē meam refero. quia ex eo est. Fœlix ergo nomē bonitas Domī. Ad phrasim angelicā videtur hoc nomē imponi populo illi, nā angeli proprijs nō censentur nominib⁹, sed ab officio et ab ipso Deo nomē accipiunt, quapropter omnia nomina angelorū finiuntur in el, quod hebraice

prīa pars

Thob. 3. d.

bonitas Dei dat nomen.

1. d. 1. q. 4.

est nomẽ Dei. Optime igitur Israel vocat bonitas Domini: nam propterea mirat⁹ regius propheta dixit. Q; bonus Israel Deus. ¶Hoc nomẽ bonitas Dei nõ solũ est suspiriũ quoddã, quo dicimus O bonitas Dei, sed est quædã relatio cunctorũ bonoꝝ in Deum. Pro quo aduerte, q̃ hoc nomẽ bonũ est generale. honesta simulatq; vtilia cõplectẽs: vt bonũ animi, bonum corporis, bonũ fortunæ. Hinc si bonum virum dicimus, probũ significamus: si bonũ militẽ, fortem: si bonũ imperatorẽ, prudentẽ: si bonum latinũ, literatũ: si bonum oratorẽ, facundũ: si bonũ iuditem, iustũ: si bonum mercatorẽ, diuitẽ: si bonã faciem, pulchrã: si bonum monachũ, deuotũ: si bonã mulierẽ, castam. Ecce igitur quomodo quic quid ꝑbitatis est, sub nomine bonitatis includitur. Dum ergo plebs illa cerneret bonos sacerdotes adesse sibi, & bonos prophetas futura prospicere, sibi q̃ referre, ac bonos reges regno suo prẽesse, & bona fortunæ aduenire sibi, & ad nutũ cuncta succedere, quasi õnia simul Deo referens dicebat. Bonitas Domini. s. sit ei. Tota ista bonitas diffusa nobis, vnita simul referatur ei, vt bonitas Domĩ Domino sit, quia quæ sunt Dei deo. Cæsari mala, Deo aũt bona O si nos fratres mei similia faceremus, dum apud nos aliquid boni apparet, nam statim illud referamus Deo, vt faciebat ille qui dixit. Non nobis Domĩe, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. Et Richardus ait. Sicut nullũ est momentũ, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate & misericordia, sic nullũ esse debet momentũ, quo eum prẽsentẽ non habeat in memoria, vt per gratiarũactionẽ retribuat sibi õnia quẽ tribuit ei. Dum ergo plebs illa Deo adhærebat, bonitas Dñi vocari meruit: sed iam audite propherã dicentẽ. Proiecit Israel bonũ, inimicus persequetur eũ. Toties peccamus, eĩcim⁹ a nobis bonũ, quod absolute dictũ, vt ait Augustin⁹ capitur

bonitas est referenda Deo.

Oseę. 8. a.

pitur pro Deo. Nec solũ eijcimus Deũ, sed proijcimus. Per malã voluntatẽ eijcitur, per malã autẽ operationẽ proijcitur. Dimittitur ab illo qui ignoranter trãsgreditur: eijcitur ab illo qui per fragilitatem peccat: sed proijcitur ab illo qui per maliciã cadit.

¶ Sed tanto bono neglecto & reiecto, quid erit nobis? inimicus (inquit) persequtur eum. Traditus fuerat Thobias & positꝰ in captiuitate, dominioq; sublato a populo Israel, afflictus sedebat & cæcus: vnde ait sacra pagina de eius cæcitate. Contigit aũt vt quadã die fatigatus a sepultura, veniens in domum suã, iactasset se iuxta parietẽ, & obdormiuisset, & ex nido hirundinũ, dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretq; cæcus. Post Bedã & glosam ordina. ait Hugo de sancto Victore. Cæcatus Thobias populũ Israel significat. Cęcitas em̃ ex parte cõtigit in Israel. Fatigatꝰ a sepultura cæcatus est. Qui em̃ infatigabilis in bonis operibus cõsistit, fidei lumẽ non amittit. Ita & spiritualiter fatigatus dormit, qui vigilare, stare, & viriliter agere, & confortari negligit. Cui dicitur. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Hirundines propter leuẽ volatum, leuitatẽ superbiamq; designãt, quaꝝ immundicia eos quibꝰ dominatur excęcat. Nido hirundinũ suppositus dormit, qui lenitati, lasciuiæ, ac superbiæ se incautꝰ subijcit. Hæc cæcitas populo Israel imminente Dñi aduentu in carne, maxime pręualuit, cũ Romanæ seruitutis iugo laboraret, & diuinæ legis pręcepta male viuendo violaret. Propter ista dixit propheta (vt superius vidisti) Proiecit Israel bonũ, inimicus persequtur eum. ¶ Sed ne quispiã miretur ob id q; iustus ac sanctus Thobias mala peruersi populi præ se ferat, ac repręsentet, ait Beda. Nemo miretur, si aliquãdo bonus typice, & malus bonũ significent. Si em̃ hoc nõ liceret, nunquã nigro atramẽto, sed semper auro lucido nomẽ Dei scriberet, quia

cęcitas ex accidia.

Thob. 2. b.

Rom. 11. b.

Ephe. 5.

malꝰ designat bonũ & econtra

Deus lux est. Sed si nomẽ dyaboli calculo candido scribas, nihilominus tenebras significat. Cæcatꝰ ergo Thobias populũ Israel designabat. Sic emꝫ Iacob cũ angelo luctãs factus est claudus & benedictus: in claudicatione, suę gentis infidelitatẽ: in benedictione, suã significabat fidẽ. Sic ergo Thobias pietatis operibus intẽdens, suam prætẽdebat fidẽ, dum aũt cæcatur populi perfidiã designat, quẽ malicia obcæcauit. Sed hæc cæcitas nõ totalis erat, ideoq; spes adhuc remanet, vnde & ipsa beata Sara de qua locutu
Thob. 3. d. risumus, dixit in quodã colloquio diuino. Hoc autẽ ꝓ certo habet õnis qui te colit, qꝺ vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autẽ in tribulatiõe fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiã tuam venire licebit. Nõ emꝫ delectaris in perditionibus nostris, quia post tẽpestatẽ tranquillũ facis, & post lachrymationẽ & fletum, exultationẽ infundis. ¶ Afflictio a triplici causa euenire potest vel a Deo, & tũc premiũ habebit. De hac dixit. Vita eius si in probatiõe fuerit, coronabitur. Vel a mũdo, & hæc ꝓtectionẽ meretur, quoniã de hac dixit. Si in tribulatione fuerit, liberabitur. Vel ex nobisipsis, qui per plura peccata etiã nosipsos tribulamus. De hac dixit. Si in corruptiõe fuerit, ad misericordiam tuã venire licebit In his tribus afflictionibꝰ erat Thobias, ideoq; dicitur fatigatꝰ a sepultura, nã qui operibus misericordiæ nimiũ intendit, diuinitꝰ fatigatur, ac perinde coronabitur. Propter alterũ dicit Thobias in captiuitate positus, quoniã in hoc mundo velut in carcere sumus. Propter terciũ dicitur cæcatus, quia propria iniquitas hominẽ cæcat. Et quia (vt dixi) spes adhuc remanet, nec perire potest erga
Thobi. 3. a. seruos Dei, sequitur. Tũc Thobias ingemuit, & cepit orare cũ lachrymis dicẽs. Iustus es Dñe, & omnia iudicia tua iusta sunt, & õnes viæ tuæ misericordia & veritas. In his ỹbis a triplici afflictione præ-

dicta

tribulatio triplex.

dicta liberari flagitat, sed aduerte, q̄ homo semper debet arbitrari, q̄ tribulatio euenit ei propt̄ demerita sua, quāobrē dicitur. Tunc Thobias ingemuit. Super hoc ait glosa interli. Iustus in principio accusator est sui. Qui celat vulnera, nutrit: nos quoq; in ōnibus quæ patimur, Deū iustum & misericordē esse sentiamus: vnde, Misericordiā & iudiciū cantabo tibi Dñe. Dum ergo afflictus fueris, si & aliūde tibi afflictio potuerit euenire, tu primo iudica iniquitatē tuam ex te, nec alibi queras tui mali radicē. In gemitu ergo Thobiæ ostenditur, q̄ propter pia cula propria cognouit se affligi. Et quia maius totiꝰ infirmitatis remediū est cognitio ipsius, iure sequit. Cœpit orare cū lachrymis dicens. Iustus es Dñe. Lachrymæ oculos mūdant, visum iuuāt, & animā balneāt, & cor emūdant. In ȳbis ergo prędictis, vt afflictio, quā patiebatur, curaretur, primo īgemuit flens, vt sic illā emundaret, quæ a seipso prouenire poterat. Propter alterā quæ venit a Deo, dixit ei. Iustus es Dñe. q.d. impossibile est quin tribulatio immissa iusticiā operetur, quia iustꝰ Dñs dum affligit, iustificat. Si autē tribulatio prouenit a mūdo, etiā iuste permittit a Deo, ideoq; addidit. Omnia iudicia tua iusta sunt. q.d. iuste nos affligi p̄mittis: quia existens in mari oportet q̄ sentiat, quæ maris sunt. Si iuxta beati Ioānis sententiā totus iste mūdus in maligno. i. in malo igne positꝰ est, nec mirū q̄ comburant existētes circa ipsum, si pro his oībus malis subleuandis ad ipsum Dñm se contulit dicens. Omnes viæ tuæ misericordia & veritas. ¶ Quia vexatio dat intellectū, qui in vexatiōe est, semper profunde loquitur, ideo attētius scrutari debēt istius senis verba, quia pōderatione sunt digna, omnibusq; profi cua. Omnes vias dei reduxit ad duas. s. misericordiam & veritatē, quibꝰ venit Deus ad patres nostros & ad totū mundū: Vnde aduerte, q̄ triplex est misericor

triplex misericordiæ via:

sericordia: & triplex est pariter iusticia, quæ adinuicem obuiāt: nam hæc, quas dixit Thobias sunt sibi inuicē obuiantes, iuxta aliū prophetā dicentē. Misericordia & veritas obuiauerūt sibi. Est ergo misericordia purificās, de qua Esaias ait. Si fuerint peccata vestra vt coccinū, velut lana alba erunt. Est misericordia locupletans, de qua in libro Sapiētiæ dicitur Attingit a fine fortiter, & disponit ōnia suauiter. A fine. s. a principio cōuersionis vsq; ad finē. s. vsq; ad terminū defunctionis. Est & misericordia delicians siue delectās, quę erit in patria de qua Esaias ait Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulēta. ¶ Est q̄ triplex veritas, alia cōfessionis, de qua dicit. Ne confundaris pro anima tua dicere verū. Huic obuiat misericordia purgās. Est & veritas fidei de qua dicitur Spūssanctus docebit vos omnē veritatē. Huic obuiat misericordia locupletās, quia fides est fundamentum rerum sperādarū. Tercia veritas est operis, de qua Ioānes ait. Filioli mei nō diligamus ꝟbo, neq; lingua, sed opere & veritate. Huic obuiat misericordia delectans. Sed vltra est aduertendū ꝙ quādo aliqui obuiant se, facta obuiatione, alter incedit viā alterius. Via qua nos volum⁹ semper incedere, est misericordia, quia semper nobisipsis pepercimus. Via qua Deus vult incedere, est veritas, quæ odiū parit. s. punitionis. Nunc autē quia in Christo iusticia & pax osculatæ sunt, & quia in illa copula verbi ad humanitatē facta est pax in ꝟtute sua magna, vult Deus incedere viam nostrā, parcēdo semper nobis, verum cōsequenter oportet nos viam suā incedere. s. viā veritatis, odiētes peccata, recedēdo ab iniusticia ¶ Sed redeundo ad incarnationis negociū, aduerte q̄ cōueniēter dixit Thobias. Omnes vię tuę misericordia & veritas, super quod ait glo. Omne bonū a Deo collatū procedit ex diuina bonitate, & libera

Psalm.

Esaiæ. 33. triplex veritatis via

1. Ioan. 3. d.

litate

Istate, quæ est principiū & fōs misericordię. Ex hoc liquet, ꝙ Thobias ad ōnium donoꝝ fontem cucurrit. s. ad bonitatē Dei, vbi magnū latet sacramentū quia (vt vidimus) Thobias, interpretatur bonitas Dei, quomo ergo bonitas appellat bonitatē? an est inutilis repetitio? absit, sed magnū mysteriū, nā est vetus Thobias & nouus. Quod autē referente Paulo, veteraſcit, & seneſcit prope interitū est. Thobias ergo senior eget Thobia iuniore Israel eget Christo, lex eget euangelio, bonitas vetus eget bonitate noua quoniam Chrs dixit. Ecce noua facio omnia.

¶ Modum curationis videamus, de quo in eodem libro dicitur. Currensq; nunciauit viro suo dicens. Ecce venit filius tuus. Dixitq; Raphael ad Thobiā At vbi introieris domū tuam, statim adora Dominum Deū tuum, & gratias agens ei, accedens ad patrem tuum osculare eū. Statimq; lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim ꝙ mox apperientur oculi eius, & videbit pater lumen cœli, & in aspectu tuo gaudebit. Ecce q̄modo Thobias iunior seniorē Thobiam illuminat & lętificat. Si Thobias interpretatur bonitas Dñi, quando venit ad veterē Thobiam, nisi quando nouum fecit Dñs super terrā? Sed aduerte q̄ optime Christus dicatur bonitas Dñi, quoniā sicut tres personę sic sunt tres bonitates in Deo. Nam pater dicit bonus iuxta id. Q̄ bonus Israel Deus &c̄. Filius dicit bonus iuxta id. Ego sum pastor bonus. Et spiritus sanctus iuxta id. Quanto magis pater vester dabit spiritum bonū petentibus se? bonus etiam dicitur Deus trinitas iuxta id. Confitemini Dño quoniam bonus Incōgrue dicitur trinitas, bonitas Dñi quia non est nisi bonitas Dñs. Spiritus sanctus etiā incongrue, quia ęqualiter est patris & filij. Incongruentius pater dicetur bonitas Dñi, quia pater a nullo est, solus ergo filius dicitur bonitas Domini

Thob. 11, b.

trinitas triplex, bonitas.

f. pa

.ſ. patris ęterni, quæ venit ad Thobiam seniorẽ, de quo iam locuti sumus. Venit inq̃ ad eum, ita vt fieret filius eius, de quo dictum est. Currensq̃ nunciauit viro suo dicens. Ecce venit filius tuus. Sed quæ est hæc vxor, quæ tam bona nunciat? quæ est hęc tã velox, vt currens nunciet viro suo ęternum bonũ, aduentasse? ecce (inquit) venit filius tuus. O verbũ bonum, o bonitatẽ Dei. Ecce filius Dei venit fieri filius tuꝰ, qui nisi ad hoc venire nõ posset, quia vbiq̃ est Deus ĩmutabilis, tamẽ per incarnationẽ venit. ¶ Nuncians autẽ eius aduentũ seniori Thobię, est illa de qua paulo superius dicitur. Anna aũt sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodẽ loco specularetur aduentũ eius, vidit eum a longe. Vetula ista speculatrix vetus lex est, legitima quidẽ vxor Thobię senioris viuẽtis in legitimis suis. Hęc vxor non patitur muliebria, sicut nec vxor Abrahę, ideo q̃ vir tenebatur ei obedire. Nec mirũ q̃ lex dicatur vxor populi, quia ei cõiunctus erat per sacramentũ Dei. Si sapientiã vocamus amicã nostram, cur iustꝰ vir non vocabit legẽ vxorem suam? omnes laudes quas scriptura sacra de vxore bona prædicat, de lege Dei possunt dici. Hęc non est cæca, sed illuminans, mirabiliter a montibus æternis, nititurq̃ illumina re virum suum, per se aũt minime potest, quia teste Paulo, neminẽ ad perfectum duxit lex. Hæc aũt sedebat secus viã quotidie in supercilio montis. Mirabilia æquidem verba sunt ista. Sedebat (inquit) quia spem certa fide tenebat. Sed quare non stabat? speculator namq̃ stare debet. Officiũ habuit docẽdi, propterea sedebat, quoniã aduentum, quẽ speculabatur, docebat. Sed quo sedebat? secꝰ viam (inquit) Duas paulo superius vidimus vias. ſ. misericordiã & veritatem, iuxta alterã sedet Thobias. ſ. iuxta misericordiam sibi promissam, iuxta alterã sedet vxor eiꝰ

lex est vxor nuncia Christi.

Thob. 11, b.

.ſ. iux

.s.iuxta veritatē adimplentē misericordiæ promissionem. Superciliū montis est spiritualior intellectꝰ legis, vbi ipsa lex quiescit, & sedit, quia vltra ꝓgredi non potest nec ascendere. Dum ergo ex eodem, s.altiori loco, ex subtiliori intellectu speculare t̄ aduentum Christi, vidit eū a longe sicut Balaam, a lōge inq̄, quia nō cito venturū prędicabat, quando, dicebat. Si morā fecerit expecta eū. Lex igitur speculatur semper aduentū Christi, eū expectat, eum prædicat, eum præ se fert, eum prętendit, eum in ōni cerimonia, & sacrificio, & in ōnibus quæ gerit, speculatur quoniā eū aut repręsentat, aut promittit aut veneratur. Hæc ergo nunciat Christi aduentū viro suo.i. populo sibi coniuncto, quē monere non cessat dicens. Ecce venit filius tuus. Ac si dicat. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus veluti filius humilis. Ecce venit filius tuus. Pauca verba sed profunda. In ecce admiratio, in alio.s. venit incarnatio, in filiꝰ naturalis cognatio, in tuꝰ perpetua possessio. Quid vltra? Gaudeat Thobias, quia dicitur ei, ecce venit filius tuus. ¶ Sed ad quid veniat videamus, in eo quod sequitur. Dixitq; Raphael ad Thobiā. At vbi introieris domū tuam. Postea videbimus quisnā sit Raphael. Nunc de operibus Thobię iunioris videamus. Primo intrauit domū suam.s. sinagogam Vacua erat domus Dei sine Deo, sicut vacua est curia sine rege. Vacuę sunt cerimonię, vacuaq; lex, vacuę sunt figurę, ōniaq; vacua sine Christo qui ōnia venit adimplere. Vnde cū archa Dei primo introducta est in domū Domini dicitur, ꝙ maiestas Dñi impleuit templū Domini Antea vacua quidē reputabatur domus, sed intrante Dño, eius maiestate īpletur. Venit ergo filius Dei, primo vt domus suæ acciperet dossessionē. Secundo adorare vnde sequitur. Statim adora Dñm Deum tuū Filius in diuinis non adorat patrem, nec eū Dñm vocat, quia ōnimo

Nume.2.c

lex Chr̄m speculatur

Christꝰ implet synagogam.

da æqua

da ęqualisq; sublimitas hoc vetat, postea vero factꝰ filius hominis statim adorauit Dominū Deum suū qua profecto adoratione plurimū nobis meruit, ita q; in illa nos ōnes iustificauit, plus em̄ grata fuit patri, q̄ rebelles lumini displicuerāt ei. De hac sane adoratione dicitur. Qui cum in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse se ęqualem Deo &c̄. Tertio venit Deo gratias agere. Nam & statim quo natus est, hoc per angelos fecit quos in persona Christi cantasse scimus illud canticū gratiarū actionum dicētes. Gloria ī excelsis Deo &c̄. de quarto sequit Accedens ad patrē tuum. Antea erat Deus de longe, nunc autē per incarnationē accedens fit Deus de prope, Fitq; filius familias ac domesticus, quia ī terra visus est, & cum hominibus cōuersatus delicias putabat esse cū filijs hominū, & esse pariter filium hominis, ideoq; dictum est, accedens ad patrē tuū. De quinto additur. Et osculare eū. Dudū petierat totus populꝰ. Osculetur me, osculo oris sui. Et nūc venit filius Dei ad oscula gaudens. ¶ Secundum Bernardum triplex est osculū, primū reconciliationis, alterū remunerationis, tertium contēplationis Primū suscipitur ad pedes, alterū ad manꝰ, tertium vero ad ós. Primū suscipiunt peccatores, quando p̄ pœnitentiā & veniā reconciliant Deo, iuxta illud. Hæc autē ex quo intrauit, nō cessauit osculari pedes meos. Alterū suscipiunt iusti & amici, quādo remunerationem recipientes pro seruitijs osculant manꝰ Dominorū suorū, de quo in Psalmo dicitur. Iustitia & pax osculatę sunt. Iusticia em̄ hominis & pax Dei coniunctę sunt in hominibꝰ, quia nisi homo operetur iusticiā, non habebit pacē a Deo. Tertium suscepit synagoga quando per incarnationē osculata est a vero sponso suo Christo iuxta illud quod petierat. Osculetur me osculo oris sui. Itaq; primū bonum, alterū melius, tertiū optimū. A primo osculo

ad quid venit Christꝰ

triplex osculum,

Luc.

Psalm.

auertit

auertit os suum Pharisęus ille qui intra se dicebat. Hic si esset propheta sciret vtiq; quæ, & qualis est, mulier quæ tangit eū, quia peccatrix est. Inflatus em̄ de iusticia propria ad osculū reconciliationis, & pedum non procūbebat. Ideo improperatur ei. Osculum mihi n ō dedisti. In hoc ruit peccatrix illa Magdalena, quæ deposita verecundia etiā inter conniuā tes osculantur pedes eius, & vnguento vngebat. Hoc osculo Dauid osculatus est Absolon, quando rediit ab exilio, quo exulauerat pro morte fratris sui Amon, & reconciliatus est patri. Hoc etiā osculo pater osculatus est filiū prodigū reuertentē quando accurrens cecidit super collū eius, & osculat⁹ est eū Secundo autem osculo. s. remuneratorio Ysaac osculatus est filiū quasi pro seruitio sibi exhibito, nam postq; ei attulerat cibos, dixit. Accede, & da mihi osculū fili mi. Accessit, & osculatus est eū. Hoc & Iacob osculatus est Rachel, postq; adaquauit gregē ipsius, vnde pro illo seruitio obtinuit osculum. Hoc & Laban osculatus est Iacob, quando cōplexus eū & in oscula ruens duxit in domū suam. Hoc Iacob osculatus est Ioseph, quando intrans Aegyptū, videns eū irruit in collū eius, & inter amplexus fleuit Hoc etiā Iacob filios ipsius Ioseph applicitos ad se osculatus est. Hoc etiā Ioseph cū mortuus esset pater eius, ruit super faciē patris sui, & flens deosculatus est eū. Tertio. s. contēplationis osculo sponsa deosculatur sponsum inquiens in Canticis. Quis mihi det te fratrē meū, vt deosculer te. In osculo autē os ori coniungit, & sic in osculo incarnationis contractum & coaptatū est os diuinitatis ori humanitatis, quando exinauit semetipsum formā serui accipiens & verbū caro factū est & habitauit in nobis. In hoc ergo fœlice osculo alia duo includuntur, quia osculū incarnationis & est reconciliatiōis, ac remunerationis. Ista ergo duo sibi mutuo correspondēt. s. acce- Canti. 8.a.

dens

Cant. 1. a

dens ad patrē tuum, oſculare eū, & illud oſculet me oſculo oris ſui. Super quo ait Alanus. Promiſſā humanitatē & vultus ſuos clariſſimos nobis oſtendat & conſors, & cōparticeps ſanguinis noſtri, nos eiſdem vultibus contueatur, liceat ora infigere ori, & ſancta delibare oſcula. De iſto igitur oſculo, quod, Chriſtus dedit patribus, ꝙa generale eſt, poteſt itel ligi illud Apoſtoli. Salutate inuicē in oſculo ſancto Salus & ſāctitas eſt in oſculo incarnatiōis, & in copula illa Dei ad humanitatē, ex qua ſalus mūdi proceſſit. ¶ De ſexto quidē opere Chriſti ſequitur. Statim ꝙꝫ lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis. De hoc opere ſequitur infra in eodē capitulo. Tunc ſumens Thobias de felle piſcis liniuit oculos patris. Super hoc ait gloſa. Bedæ. Dominꝰ credentibus aperte reuelat, quāta ſit antiqui hoſtis malicia, qui ipſum in paſſione deuorare geſtiuit, ſed per hoc occiſus mēbra ſua. i. eos, quos āte tenebat amiſit. Et gloſa interli. ait. Iudęorū populus poſtꝙꝫ amariſſimam antiqui hoſtis maliciā cognouerit, amiſſam recipiet lucē. De modo autē huius curationis in eodē capitulo ſequitur. Et ſuſtinuit quaſi dimidiā fere horam & cœpit albugo ex oculis eius quaſi mēbrana oui egredi. Cœpit inquit, quia non totaliter nec ſtatim Thobias illuminatur, quoniā cęcitas ex parte contigit in Iſrael, tamē ad hos qui ſunt illuminati, & ad hos qui ſunt illuminandi facit albuginis & oui cōparatio. In ouo bona ſpes data per Chriſtū veris iudęis notatur de qua ſic ait gloſa interli. In quo ſpes ſignificatur, quia nondū viuit, & animatū eſt, ſed ſperatur, ſi autē quod nō videmus ſperamꝰ per patientiā expectamus. Euāgelica quoꝙꝫ parabola ſub nomine panis & vini & oui tres ſummas virtutes exprimit charitatē, fidem & ſpē. Hoc ſit pro veris Iudęis quos felle pœnitentiæ in prædicatione illuminauit Chrs, illi autē qui credere noluerūt albugi-

Oculos linit chriſtꝰ.

Ouū ſpes.

nem

nem patiuntur de qua sic ait glo. ordi. Albugo designat stultitiã populi sibi placẽtis, habentis zelũ Dei, sed non secundũ scientiã, de quibus dicitur. Suã iusti Rom.10.c
ciam volentes constituere iusticiæ Dei non sunt subiecti. Pupilla ẽm nigra videt, alba tenebrosa est, & quia sibi sapiẽtes vidẽtur, & dicunt. Nunqd & nos sumus cæci: in eis veritas non est, qui autẽ fragilitatis, & ignorantię conscij dicũt, Dñe Deus illumina tenebras meas, a Dño illuminantur. albugo est presumptio.

Et venerabilis Beda sic ait. Habet adhuc populus iudęor velamẽ ante faciẽ cordis, vt non intelligat gratiã Chri. Habet albuginẽ, quia candidus & iustus sibi videt quasi membranũ oui, quia cęcitatẽ sustinet mentis sub spe stultissima Christi adhuc nasciturj, iudęos liberaturi, & imperiũ magnũ daturi. Cũ autẽ velamẽ ablatum fuerit, agnoscent quia Chrs iam venit, & mundũ sanguine redemit, vnde sequitur, quia visu recepto glorificabant Deũ, Thobias cũ vxore sua. 2.Re.22.c

Sed glosa Lyrę non inferior cæteris ait. Per hanc linitionem significatur charismatis iniunctio, quando Iudęus aliquis baptizatur a fideli, & tunc exit albugo de oculis mentalibus baptizati, quando velamen quod est super oculos iudęorũ aufertur, ab eo per illuminationẽ fidei christiane, vnde & ab oculis Pauli exierũt albugines tanq squamæ, & ad hanc illuminationẽ sequitur laus diuina. Hactenus ille, attamẽ dicam & ego propositionẽ meam sup hanc rem. Si Thobias interpretat bonitas Dñi, & huius felle Christus liniuit oculos ad illuminationem, quid voluit significari nisi q felle passiõis suæ bonitas diuia elucidatur in oculis nostris? bonꝰ Dominus & laudabilis nimis, qui amaritudine passionis, quã pro nobis passus est, illuminat adhue anias iustorũ ad cognoscendã bonitatẽ Dñi, qui p nobis talia sustinuit. Fœlix fel, quod nos perducit ad nimiam dulcedinẽ, quoniã dulce lumẽ & delectabile oculis fel ẽ passio Christi.

culis videre solẽ Christum, qui nisi per fel suæ passionis non videtur, & cũ isto non poterit non videri, vnde sequitur in assumpta parabola. ℣. Scias em̃ ℣ mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumẽ cœli & in aspectu tuo gaudebit. Ecce quom̃ fel gaudiũ attulit. Quis vnq̃ vidit gaudiũ cũ felle mixtum, nisi in Thobia & Symeone: alter alterius gessit figurã, dum em̃ lętus Symeon dixisset. Nunc dimittis Dñe seruum tuũ in pace &c̃. meminit fellis & ait Mariæ. Ecce positus est hic in ruinã &c̃. tuam ipsius animã pertransibit gladi⁹ Ecce quom̃ risus dolore miscetur, ex quo magis lætus fit. Nunc ergo contemplari oportet, qualiter & Symeoni sicut & Thobiæ consentanea sunt verba illa. Videbit pater tuus lumen cœli, & in aspectu tuo gaudebit. Symeon lętus in terra vidit lumen cœli, quando Christũ in vlnis suscepit, quãdo ipse dixit. Quia viderunt oculi mei lumẽ ad reuelationẽ gentiũ. In cœlo est Christ⁹ lumen ad reuelationẽ angelorum quos illuminat, in terra vero lumẽ ad reuelationem gentiũ quas vocat. Differentia quidẽ magna est inter lumẽ cœli, & lumẽ terrę. Alterũ est ad reuelationem, alterũ vero ad obcæcationẽ, vt patet in Philosophis de quibus dicitur. Obcæcatũ est insipiens cor eorũ, & cũ sapientes essent stulti facti sunt. Sed quæ est tanti discriminis ratio? quia lumen mũdi habet mel adiunctũ, quo decipiunt homines, lumen autẽ cœli habet fel quo illuminant, vt patet in Thobia & Symeone, qui felle passionis redemptoris illuminantur. Quis autẽ eloqui valet, quantũ in aspectu Thobię iunioris lętatus sit Symeon, vel quantum luminis acceperit? secundũ multitudinẽ dolorum Christi quos præuidit lætatus est, quoniã plurimum de passione prægustauit, plurimum lętatus dinoscitur, quoniã illud fel vertitur in mel teste Dauid. Omnia igitur opera quæ generaliter superi⁹ d

Thobias est Symeõ

tumẽ cœli & terrę varium. Roma. 1. c.

cta sunt, fecit Christus dū in templū præsentari venit, sed quia etiã est lumen gentium, de hoc in altera sermonis parte videamus.

¶ Vidimus curationem Thobiæ .i. Iudaici populi, nunc videamus curationẽ Saræ, quia vt superiꝰ dicitur missus est Raphael, vt curaret eos ambos, de ãbobusq; Symeon fecit mentionẽ, quia salutare Dei paratū asserit ante faciẽ omnium populorū, quod etiam est lumen ad reuelationẽ gentiū. De hac ergo Sara dicitur. Contigit autẽ, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Mœdorū audiret improperiū ab ãcilla patris sui. Nam Sara tradita fuerat septẽ viris & dæmon occiderat eos mox vt ingressi fuerãt ad eam. Cū ergo, pro culpa sua increpareꝫ puellã, respondit ei dicens. Amplius ex te non videamus aut filium aut filiã super terrã interfectrix virorū suorꝫ Nunquid occidere me vis sicut etiã occidisti septem viros? ad hanc vocẽ perrexit in superius cubiculū domus suæ, tribusq; diebus ieiuna orauit, ac deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam Factū est autẽ die tercia, vt compleret orationẽ suam benedicẽs Deum. Super hoc ait Hugo post Bedam. Sara turbã nationū significat, cuius cuncti doctores vitam tantū huius sœculi, quod septẽ diebus euoluitur, nouerant, eternã nesciebãt. Ideo a diabolo rapti quasi ydolatriæ mãcipati, donec venit Christus verus spõsus, qui eam sibi fide despõsauit, hoste superato, sicut Sathan alligato diabolo, prẽsente & cooperante angelo, in quo saluatoris diuinitas, sicut in Thobia signatur humanitas. Nec mirãdum, ꝙ duas personas, angeli .s. & hominis, vnã Christi figurare personã dicamus: quia in expositionibꝰ patrum legimus vnã eius esse personã in Ysaac & ariete figuratã, qui in humanitate occiditur vt ouis: in diuinitate permanet impassibilis cū patre: sicut Ysaac cum Abrahã domū reuertitur incolumis. Si eñ

Scda pars,

Thobi.3.b.

gentilitas visitatur.

aries Christi humanitatē, homo signat diuinitatem cur non aptius homo humanitatē, angelus deitatē? Ecce igitur quomodo ad gentilitatē curandā mittitur Raphael, qui interpretatur medicina Dei: & est verbū salutis æterni patris: & mittitur Thobias iunior. i. noua bonitas Dñi. s. humanitas eius quæ habet piscis fel, de quo superius diximꝰ, quo Raphael vtitur: tamē non habet illud, quia deitas Christi amaricata nō est. De tēpore autē exauditionis dictū est. Die autē tercio cōpleuit orationē suā. Super hoc ait glosa Bedæ. Nomē plenitudinis in bono solet accipi, vnde vbi venit plenitudo tēporis, misit Deus filiū suum. &c. & impleti sunt dies purgatiōis Mariæ. Et de Moyse, ad finē vsqꝫ cōpleuit. Per terciū autē diem quo ipsa cōpletur oratio, mysteriū trinitatis designatur, vñ ait glosa inter. Lumine sanctę trinitatis cōplemur, vt orationem cōpleamus. Venit ergo Christus filius Dei, vt patris reuelet mysteria sed nō passim, nec Herodi, nec deiectis, verū ascendenti in cœnaculum superius domꝰ interioris, quia tunc lumē signatū super nos, reuiuiscit, tunc solum Deum inuocamꝰ, tunc errores deprehēdimus, tunc verū Deum expetimus: vnde ait glosa Bedæ. In superiori eñ mētis nostræ debemꝰ orare: vnde Christus in mōte, Daniel in cœnaculo orat: et Helizeus habet cœnacula, & Christꝰ in cœnaculo pascha celebrat. Dum ergo populus gentium ascendit cœnaculum interius, naturaliter quæ legis sunt nō solum sciunt, sed exoptant, alioquin Christus nō esset expectatio gentiū. Tercio ergo die, ad mysteria videlicet trinitatis illuminatur gentilitas, dum se pœnitet septē viris copulasse, quibꝰ Christꝰ pręponitur, cui in spōsam tradit. O fratres mei si & nos relicto vicio rum valle, ascēderimꝰ in spiritu in templū animæ nostræ cū Symeone & Sara, quæ velut nauta cū ad portū nauem appellat, sic animā suā duxit ad superiora,

Luce. 2. c.

Dani. 6. c.

4. Re. 4. f.

anima, & caro.

riora, vt ibi oraret Deū verius. O si et nos huic simi lia faceremus; nam est in nobis Sara, & est ācilla in solens, quæ carpit dominā suā. Vnde Lyra ait. Per Sarā quæ interpretatur principissa, significatur anīa & per eiꝰ ancillā caro, quæ debet animæ subīci: sed in multis caro spiritui dominatur, & sic Sara ab ācil la turpiter increpatur. Vnde Bernardus ait. O ho mo cur animā tuam vilipēdis, & carnē tuam ei prę ponis? Dominā ancillari, & ancillā dominari mag na abusio est. Et sic pro remedio querēdo Sara ascen dit superius cubiculū, vbi deuote orat & attentius Deū, sic ergo anima debet in Deū per sacrā medita tionem & orationē deuotius eleuari. Tunc mittent ad eam Raphael & Thobias, qui sūt deitatis & hu manitatis memoria, quæ secū affert fel pœnitentiæ Nam si per piscē diabolus intelligitur, eius fel est a maritudo æterna, quæ dum super carbones charita tis ponitur: salubriter timetur: & sic per amaritudi nem timoris ōne genus peccatorū expellitur, quia ignis charitatis foras mittit omne malū. Sed multi sunt qui nō fel, sed pulmentū huius piscis nūc deuo rant, seruātes fel comedēdū in futura vita. Vos fra tres mei nō sic, quia nouissima eius vobis erūt ama ra quasi absinthiū, nisi nūc eius fel comedatis vt po stea mel glorioſæ fruitionis possitis inuenire, in glo ria, quā mihi & vobis pręstet Iesus Amen.

¶ Feria quarta dominicæ terciæ aduentus. De ob umbratione Deiparæ virginis.

Thema. Missus est angelus, vt dicat. Virtus altis simi obumbrabit tibi. Luce. i. d.

¶ Inuocatio de obūbratione Ioseph sponsi Mariæ.

QVando angelus Marię loquebatur, aberat Ioseph, ideo negociū latebat eū, & absco ditum erat ab oculis eius: tamen postquā Mariæ vēter intumuerat, velut in vmbra obscura cœpit rem inspicere. Videbat, & non videbat, quia

tumorē alui cōspiciens, causā ignorabat, ideoq; Mariæ timebat & sibi: vnde variæ cogitationes ei succedebāt, inter quas decreuerat eam dimittere, & solus solitariā ducere vitam. Hæc aūt eo cogitante, ecce āgelus in somnis apparuit ei dicēs. Ioseph fili David, noli timere accipere Mariā. s. in corde tuo. Super hoc ait Chrysostom⁹. Necessaria fuit Ioseph reuelatio diuina. Si em̄ ipsa Maria quæ angelū viderat, & audierat sibi loquentē, tam de sua cōceptione, q̄ de Elyzabeth, ascendit in montana, vt videret Elyzabeth, & ipso cōfirmaretur aspectu, quāto magis Ioseph post verba cōceptionis Mariæ, post cōsyderationē vitæ eius adhuc nutabūdus necessariā habuit reuelationē diuinā? Propter tres ergo causas apparuit ei. Primū, ne iustus homo ignorās faceret rem iniustā ex proposito iusto. Deinde propter honorē matris ipsius: nam si dimissa fuisset, & si nō apud fideles, tamen apud infideles turpi suspitione carere nō poterat. Tercio vt intelligens Ioseph sanctā cōceptionē, diligentius se in futurū custodiret. Prius em̄ seruauit se propter disciplinā iusticiæ, postea vero & propter timorē partus huiusmodi. Sed queris quare nō ante cōceptionē virginis venit ad Ioseph: vt ne cogitaret quæ cogitauit, ne pateretur quæ passus est. Zacharias culpā infidelitatis incurrit de cōceptione cōiugis iam longeuæ. Incredibilior em̄ erat res, virginē posse cōcipere q̄ anum. Si ille sacerdos cōstitutus rem faciliorē fore nō credidit, quāto magis iste popularis, rem difficiliorē fore nō credidisset? Si ipsa Maria angelo sibi dicente de cōceptione sua, pene nō credebat propter virginitatē suam dicens. Quom̄ō fiet hoc, quoniā virum nō cognosco? quom̄ō Ioseph fuerat creditur⁹ referenti de altera q̄ sine viro cōciperet? Hæc ait Chrysostom⁹, ostendens q̄ oportunius apparuit Ioseph angelus post q̄ Maria cōceperat: tunc em̄ orauerat, vt eum

Matth. 1. f. tur angel⁹ apparet Ioseph.

illumina

illuminare dignaretur Deus circa ſpōſam ſuā prę-
nantem. Quæ ſingultibus etiā Deum exorauerat, p
ſponſo illuminādo: quod figuraliter patet in matre
Sāpſonis, quæ ſollicita fuit, vt angelus quæ apparue
rat ei nuncians futurū partū, dignaretur etiā illū ma
rito ſuo reuelare. Ecce igitur qualiter Marię meritis
Ioſeph inſtruitur ne anceps iam ſit. Cū ergo nos eti
am minus inſtructi ſimus, minuſq; docti ab eadem Iudic. 13. a
ỽgine poterim⁹ edoceri, gratiā ſupplicibus pręſtan
te, ſi tamē ei genibus flexis offeramus Aue.

℣. Argumētū vbi oſtēditur ꝙ ātiquit⁹ excelſis lita-

ANtiquitus in excelſis nemoribus (batur
ſacrificare ſoliti erāt homines, propter vm-
bram nemorū, quæ reuerentiā eis immitte
bat quoad animā, & refrigeriū eis præſtabat quo
ad corpus: nam qui ſub vmbra eſt, ab ardoribus ſo- vbi fiebat
lis protegitur. Deus aūt vt eliminarētur peccata ex ſacrificiū
celſorū, & vt ydolatria eſſet abolita, & vt peccatū olim.
primorū parentum purgaretur, ſibi victimā voluit
parare in montanis Nazareth, vbi nō humanā ſed
potius diuinā cauſauit vmbrā, de qua Mariæ dicitur
Virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Duo in ſermone Diuiſio.
oſtendā vobis, alterū quomodo beata ỽgo eſt do-
ctoribus, & angelis, & ſibi obūbrata, ſoli aūt Deo
peruia & clara. Oſtendā ſecundo, qualiter ei pręſti-
tum ſit refrigeriū, non ſolū pro ſe, ſed pro omnibus
ad vmbrā alarum ſuarū confugientib⁹. De ỽgine a
ỽtute omnipotentis obūbrata, & ſub vmbra illius
quē deſyderauit poſita, quid a me vultis audire? nū
quid oculi mei poterunt penetrare illā caliginē, qua doctorib⁹
poſuit Deus latibulū ſuum? Dicā ſane vobis. Obū eſt obūbr
brata eſt, nō potero ad eam. Quin & beat⁹ Bernar ta Maria.
dus hanc Mariæ vmbrā non poterat penetrare, dū
aiebat. Nihil eſt ꝙ magis me delectet, nec ꝙ terre-
at magis, ꝙ de glorioſa ỽgine Maria habere ſermo
nem. Vmbra terrere ſolet inſpectorē, & ſic Bernar-

dus territū fatetur ſe ab vmbra Mariæ, ſicut & illi quos nubes lucida obūbrat ſuper montē, qui timuerunt timore magno, viſa maieſtate Chriſti, & ceciderūt in facies ſuas, nō valētes eam ſcrutari. Pari ergo aut ſimili forma ỽtus altiſſimi obumbrat ỽginē ita vt antiqui doctores nō valeant penetrare latibulum eius: nam Hieronym⁹ ait. Timeo ſatis, & valde ꝓtimeſco, dum veſtris cupio parere profectib⁹ ne forte ſicut improbus, ita & indignus laudator inueniar, profecto cū nec ſanctitas, nec facūdia ſuppetat, vt beatā & glorioſam ỽginē digne laudare queam. Quoniā vt verū fatear, quicquid humanis poteſt dici ỽbis, min⁹ eſt a laude cœli, quia diuinis eſt & angelicis excellentius prędicata, & laudata præconijs, a prophetis quidē prēnunciata, a patriarchis figuris & enigmatibus præfigurata, & ab euāgeliſtis exhibita & mōſtrata, ab angelo venerabiliter & officioſiſſime ſalutata. Ecce quomō beata virgo doctoribus eſt obumbrata. i. in vmbra quā ipſi non valent penetrare poſita. Sed erit ne, angelis quoq; obūbrata? Angelus & maxim⁹ erat, qui dixit. Virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Vnde nec lux angelica poterit elucidare totam ỽginē, quoniā cū fieret (vt ait Ezechiel) vox ſuper firmamentū, quod erat ſup caput animaliū ſanctorū, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas. Animalia ſancta pennata & vndiq; oculis plena ſunt angeli perſcrutātes ac videntes myſteria, ac peruolātes ad ſuperiora cōſpicienda, tamen cum fit ſermo de firmamēto altiori. ſ. de Maria quę ſtabilita & firmata eſt ſuper angelos, quamuis ipſi ſtent, & ſe erigāt ad eius contēplanda myſteria, tñ alas ſuas dicuntur ſubmittere quia eius archana ſuperiora ſunt eis, & luci cōparata inuenitur prior. Dū ergo ſubmittūt alas ſuas, etiā eis videtur obumbrata, ideoq; angelis & hominibus obūbrata eſt Maria, vnde ab ea de ſeipſa oportet teſtimoniū quęrere

Ezech. 1. g angelis obūbratur Maria

quę me

quę melius se nouit, tamē aduerte ꝙ angelus nō dixit, obūbrabit te, ꝙ angelus nō dixit, obūbrabit te sed tibi, quasi diceret. Archana quę facturus est in te virtus altissimi, etiā tibi non erunt peruia, nec ea ex toto poteris intelligere, quia obumbrabit tibi: non elucidabit ea tibi, sed obūbrabit. Ex quo nobis maior euenit admiratio: quis namq; nō mirabitur, dū audit in Maria fieri aliqua mysteria quæ ipsa nō intellexit, cū ipsa interpretetur illuminata? & quēadmodū vnigenitus Dei, quia est in sinu patris, ōnia sua nouit, sic mater vnigeniti, postquā habuit eū in sinu vteri sui, ōnia gesta eius deberet callere. Cum Dalida Sāpsonis amica, ōnia secreta eius nouerit, dū eum habuit in gremio suo. Magis deberēt impetrare vbera matris, q̄ gremium meretricis. Tamē audite quia semper manet verū, ꝙ Maria etiā sibi est obūbrata, nec se nouit ad plenū. Sed statim queres quare eam Deus celauit sibijpsi, cū in alios prodig⁹ videatur, qui sapientiā dat omnib⁹ affluenter etiam abundātius ꝙ petūt? Audite rationē fratres, quoniā sicut Deus nō potest facere impossibile sine eo ꝙ suæ potentiæ imputetur, sic non potest dare Mariæ tantā lucem, vt totaliter cōprehēdat se. Notum est apud Theologos, ꝙ Deus non possit facere impossibile, & hoc nō prouenit ex parte sui, quia ōnipotens est, tamē a parte rei datur aliquid quod fieri nō potest. Exemplū est in vase pleno ad summū, quod ipse Deus de lege ordinata, nec de potentia absoluta non potest amplius implere. Et hæc impotentia nō prouenit ex parte Dei, sed ex parte vasis, quod āpli⁹ capere nequit. Bene nostis, ꝙ Maria est vas aurisolidū, & gratia plenū, quāuis capacissimū, tum quādo spiritus sanctus superuenit in eā. i. venit super illam plenitudinē suā, de qua eā commēdauerat angelus dicens, aue gratia plena. Quando ergo sup hanc plenitudinē venit spiritus Dei, virgini obūbrauit q̄

sibi cur obūbratur Maria.

præsta

prestabat ei, quia sicut vas plenū non potest recolligere superabundantiā sic nec Maria superuentionē virtutis altissimi, quod ipsamet fatetur, quia dum in spiritu exultaret, & velle tab ipso spiritu Dei cōpulsa enumerare, pro gratiarū actione reddenda, gratias sibi ab eodē spiritu exhibitas, minime potuit, sed obscure & sub vmbra loquēs dixit, quia fecit mihi magna, qui potens est. Non dixit quæ & quāta nec enarrauit quot magna receperat, quia ingētia, quia innumera, quia īmensa, ideoq; remittit nos ad ōnipotentiā Dei dicens, quia potens est. q.d. secūdum potentiā suā fecit mihi magna. Si quis introiuit in potentias Dñi scrutari poterit magna quæ fecit mihi. Non solū secundū voluntatē nec solū iuxta sapientiam suā fecit Deus magna genitrici suæ, quia voluntas Dei aliquando parua est diuidēs singulis prout vult, vni dedit quinq; talenta, alij vero vnū. Sapientia quoq; Dei iuxta merita disponit prēmia sed beata virgo ōnia transcendens ipsam Dei potentiā collaudat ore & corde tenus dicēs, quia fecit mihi magna, qui potens est. Igitur laudate eā quantū potestis, quia ei Deus exhibuit quantū potuit. Et quādo eam sine labe conceptā dixeritis, solū allegate potentiā Dei, quando eā in vtero prēuentā libero arbitrio asseritis, allegate solū potentiā Dei, quando eam in corpore assumptā dixeritis, allegate potentiam Dei, quando eā sine vlla rebellione carnis ad spm̄ fuisse proloquimini, allegate potentiā Dei, viso q; ipsa nihil aliud allegat dicens. Quia fecit mihi magna, qui potens est, sicut ergo est ōnipotens ego sum potentissima, ille ōnis sapientia, ego sapientissima, ille ōnis bonitas, ego autē optima, & ille ōnis iusticia, ego in ōni iusticia pleniſſima, ille ōnis misericordia, ego misericordissima, ille ōnis clementia, ego clemētissima, quare? quia fecit mihi magna qui potens est. q.d. potentiā suā ostēdit in magnis q̄ prē

potētia dei magna fecit Mariæ.

Hester. 1. a

stitit

ſtitit mihi. Nec mirū quia rex Aſſuer⁹ in ciuitate q̄ exordiū regni ei⁹ fuit, grande parauit multo tempo re conuiuiū, vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinē, atq; iactantiā potentiæ ſuæ. Hæc omnia Deus Mariæ condonauit. ſ. diuitias glorię. i. filium ſuū in quo ſunt ōnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Et magnitudinē. i. ſpiritū ſanctū mag nificantē Mariā. Et iactantiā potentiæ ſuę, nam iac tat ſe Deus in exaltatiōe humiliū, dum ait. Ego hu miliaui lignū ſublime, & exaltaui lignum humile. Maria lignū aridum ac ſterile Deus tantū exaltauit vt fructū diuinum poſſet afferre, in quē deſyderant ob eius pulchritudinē angeli proſpicere Quin & ip ſe Deus captus amore ſuo reſpexit humilitatē ancil læ ſuæ. Profecto illud pulchrū dicitur et iure dicitur pulcherrimū, quod allicit oculos ſapientis, humili tas autē Mariæ ipſius Dei, qui falli non poteſt alle xit, qui oculos ſuos a nobis auerterat, & poſtq; Ma ria venit in mundū reſpexit. i. iterum aſpexit nos q̄ retro eramus, tanq̄ obliuioni traditi, ſed ob eius pul chritudinē nos quoq; reſpexit, quia nullū Deus aſ picit, niſi quatenus accedit ad gratiā Mariæ matris gratiæ, vnde merito ſubiunxit. Ecce em̄ ex hoc bea tam me dicent ōnes generationes. Quare ōnes eā beatam dicerent propter Dei reſpectū, niſi quia & propter eā reſpexit nos? vnde ipſe dixit. Oculi mei ad fideles terræ. i. deuotos Mariæ, quæ eſt terra be nedicta, ob quā Deus auertit captiuitatē Iacob. i. pa tris Adæ in domū ſeruitutis & captiuitatis deſcen dentis ac ducentis filios ſuos, qui per humilitatem Mariæ liberantur, quā Deus reſpicit, & nos propt̄ eam, vt omnes gentes eā beatam prædicent. Dum ergo beata virgo ait. Reſpexit Dñs humilitatem. i. profunditatē ancillæ ſuę aſſerit, ſe a ſolo Deo metiri cui non obumbratur, quia ei nullū latet ſecretū no bis autē & ſibi ipſi non eſt peruia, ſed obumbrata,

Deo nota eſt Maria.

Pſalm.

& ſe

& ſecreta. Sic proculdubio abſcondita eſt eius ſubli
mitas ab oculis noſtris, vt quo altius eā elucidare ni
tamur, eo ſublimius aſcendat, quantūcunq; noſtrū
conuolet ingeniū, ad eius ſcrutanda myſteria, nā ſi
quæris a me qualis & quanta ſit Maria, dicam tibi.
omni crea turę Maria eſt obum brata
Eſt filia ęterni patris, mater æterni filij, ſponſa ſpūs
ſancti. Dum autē inſtans quærens qualis filia, quan
taue mater, aut q̄ pulchra ſponſa, iam rem obūbras
quoniā tibi dicam. Perpende patris qualitatē, & ſci
re poteris filiæ dignitatem. Eſt quippe Maria talis
primogenita, quantā decuit patrē æternum habere,
non ſibi ſed patri refertur quia iure diuino & huma
no habetur, q̄ qualis pater talis eius proles, paterni
tatem intuere, & filiationē poteris indagare. Quæ
ris vltra qualis ſit mater Chriſti. Qualis ei cōuenit
qualem eū decet contēplare filij maieſtatē, & ſcire
poteris matris ſublimitatē. Qualis eſt filiꝰ, talis eſt
& mater eius, q̄ ſapiens, q̄ potens q̄ bonus talem
fecit matrē ſuam, quia inter hos inuidia cadere non
poteſt, ideo ſibi cōſentaneā fecit eā qui fabricatꝰ eſt
aurorā & ſolem. Si Dei ſapientia vſibus apta ſuis,
cuncta condidit, putas q̄ in matris ſuæ fabricatiōe
deficeret, cum in archa fabricanda mirabiliter curi
oſus fuerit ipſe filius Deiꝰ denicq; talē ſibi prædeſti
nauit matrē, vt ipſe non dedignaretur filius eius fie
ri, & vocari, et vbicq; locorꝫ propalari, nā & ipſe ſę
vt plurimū filiū hominis dicebat .i. ſolius Mariæ,
nā homo eſt cōmune duorū, & Maria viçē duorū
habuit in cōceptione filij, cuius eſt mater & pater,
vicem habens vtriuſq; parentis, ſicut pater in cœlo
dum filium generat, cōſorte caret, ſic mater in ter
ra eundē filium concipiens, debuit carere coniuge.
ſpōſa Dei eſt Maria tamē obū brata.
Talis ergo eſt Maria q̄ omnibus his reperitur dig
na. Quæris vltra qualis ſit ſponſa ſpūſſancti. Iam ip
ſa inquiſitione obumbraſti eā, quoniā explicari ne
quit, niſi per obumbrationē, clarius nam q̄ dicitur,

q̄ ex

ꝙ exponatur, gloſa ſiquidē obſcurior erit textu quæ dum exponitur, obumbratur. Et huius ꝓfecto cō-ditionis eſt totū euangeliū prēſens, quod dū ampli⁹ enodatur obſcurius redditur, vt dixi loquēs de toto agno immaculato, nam quando Maria inteſtina ei⁹ audiebat, videns angelum ſemper ad maiora in ſuo ſermone procedentē, ne opprimeretur a gloria ma-ieſtatis manu ſilentiū indicens ait. Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſecundū verbū tuum. Quę turbata fuerat in ſermone eius, non dixit, fiat ſecundū ſermonē tu-um, ſed totum proceſſum ad verbū reduxit. Sciens ꝙ ſi explicetur, non poterit orbe vniuerſo cōtineri, ſi autē conſtringatur, fiet verbū abbreuiatū ſup ter-ram ſermo, quē cœlorum orbes cōplectere nequi-bant. Sic eſt in prēſenti ſpeculatione, dū quis adnita-tur exponere, quanta ſit ſponſa ſpiritusſancti, quid ſperat niſi obſcure audire reſponſum? eſt quippe ta-lis ac tanta qualē decebat talē ſponſum. Sublimitas eius non refertur ad ſe, ſed ad ſponſum eius, ideoꝙ ineffabilis eſt, vnde ipſe Ioannes miratur dicēs. Vi- Apo. 21.2
di ego Ioannes ſanctā ciuitatē Hieruſalē nouā deſcē-dentē de cœlo, a Deo paratā, ſicut ſponſā ornatā vi-ro ſuo. Sponſa hęc non prēparatur a ſeipſa, quia vix parū olei poſſet habere, tamen præparatur a ſuo pa-tre Deo, qui eā nuptui tanti ſponſi tradere voluit. Præparauit eam non abſolute, ſed viro ſuo, vt apta eſſet tanto ac tali ſponſo. Perpende tandē ſponſi ei⁹ celſitudinē, quoniā reſpectu illius ornatur ſponſa, i-deoꝙ et ſibi obumbratur, nā ſuper montē Thabor apoſtoli obumbrātur, quia tunc eorū lętitia nō po-terat compręhendi, niſi ab ipſis qui fruebant ea quo-rum gaudio non admittebatur extraneus. In virgi-nis autē eloquio non dicitur, obumbrabit te, ſed o-būbrabit tibi, quod quidē magis eſt, nā adeo mag-num fuit ſacramentū in ea peractum, quod nec ipſa valuit cōprehendere, ideoꝙ ſibi obūbrat. Sponſus

autem

autē eius, & si ad vnguē eam intus, extraq; nouit, tamen obumbratā etiam omni creaturę laudauit eā stupore nimio in Canticis dicens. Quę est ista, quę progreditur, quasi aurora cōsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castroꝝ acies ordinata Teste Iob peccati nocte concipitur homo, vñ propterea dixit. Noctē illā tenebrosus turbo possideat. Maria vero consurgens simul cū gratia, semper etiā ab initio sui dinoscitur surrexisse. Ioannes qui noctē participat vocatur Lucifer, cui lux gratiæ propīqua fuit, Maria tamen aurora est, Luciferū præcellens, ideo non dicitur quasi Lucifer, sed quasi aurora consurgens, nā ille cecidit, Maria vero semꝑ consurgit simul cū gratia concepta. Quando alij cadūt, ipsa cōsurgit, quia ex tūc videtur obūbrata, ne peccati ęstu lædatur, aurorā ergo nostrā Lucifer veneratur eiq; deseruit. Asserit etiā Albertus super missus est ideo beatā virginē aurorā dici, quia sicut aurorā pręcedit stella matutina eius nuncia, sic Mariā pręcessit Gabriel nuncius natiuitatis eius. Quod & Ioannes Damascenus astipulat̄. Dum ergo Maria initio suo aurore confertur, cæteris sanctis anteponitur quorum maximus dicitur Lucifer, sed quia parū visum est hoc in oculis Dei additur. Pulchra vt luna. Cum sit luna stellarū mater, recte designat ecclesiā, cui toti simul Maria collata est, nam & in festo assumptionis eiꝰ vocatur formosa tanq̄ Hierusalē, vbi sanctis omnibus cōparatur. Nec mirū ꝙ omni ecclesię assimiletur, nam & ipsa Dei genitrix collū eius est, per quod in totū corpus transit alimentū. Quin & luna .s. ecclesia sub Mariæ pedibus describitur, nō despectiue, sed ad protectionē captandā, quia Mariæ calcaneus serpentē pessundat, ideoq; ōnia protegēda, subiecit Deus pedibus eius. Sed iā tertio progrediamur, & obūbrabitur magis. Satis quidē dinoscit̄ obūbrata dū ecclesię vniuersali comparatur, in qua

Canti. 7. c. aurora est Maria.

Maria ē lunę cōparata.

sunt

sunt plusq; decies centena milia lęgantiũ, imo & arenã maris & pluuiæ guttas, & dies sœculi, & stellas cœli ecclesia supergreditur, quia nõ est numerus militũ eius, vt ait Iob. Et ipse Ioannes multitudinẽ vidit quã dinumerare poterat nemo. Et huic sancto cœtui, & innumerabili cuneo, Maria comparatur. Quod si ita est, quom õ non dicã eam obumbratam cum õnis comparationis intelligentia vtriusq; extremi notitiã præsupponat, & extremũ cui cõparatur sit nobis incõprẽhensibile? sed tertiam cõparationẽ attendamus, qua dicitur electa vt sol. Hęc em magis obũbrat eã magisq; nobis eã reddit inuisam Quis em vestrũ agnouit modũ, quo sol promotus est in patrẽ siue præsulẽ planetarũ? Quis prior dedit ei votũ suum? vel quot & quos habuit electores vt ipse esset diebus sœculi ad lucendũ super terrã? vel a quibus annis electus est. Profecto nemo scit, nisi Deus solis auctor. Tamẽ relicta foris litera scrutemur profunda Dei, & obscurior videbitur Maria, quæ electa perhibetur etiã vt sol iusticiæ filius eius, dum ergo de Maria sermo nobis affuerit, nemo asferat alios sanctos, quia nõ vt illi, sed vt sol est ipsa electa, immunis a peccato, vt ille, tota pulchra, vt ille, tota plena, vt ille, excelsior cœlis, vt ille, chariss ima patri, vt ille, quia electa (inquit) vt sol. Soliusticiæ Christus Deus noster lucẽ habitat inaccessibilẽ quæ caligat aspectũ, nec admittit oculos, nisi diuinos vnde õnibus alijs nube tectus dicitur, quia prę fulgoribus suis se videri nõ permittit, quod Marię hodie præstatur, dũ dicitur ei. Virtus altissimi obumbrabit tibi (hoc est) replebit splendoribus animam tuam, ita vt præ nimia refulgentia videri nõ valeas Nec dicitur fabricata siue lucida vt sol, sed electa. s. inter electos ab æterno vt sol, in quo nos pater elegit (teste Paulo) etiã ante mundi constitutionẽ ac etiam in Maria, quã elegit, vt esset cunctorũ viuentium ma

Maria est electa vt sol christi?

Maria est acies castrorum.

um mater sicut sol Chrs est cunctorū viuētiū patet Sed quid adnitor inspicere solis īuisibilē lucē? nihil explicare volo, quia obūbrata est & nō eā attingit visus sed repellitur ab eius vmbra sacra. Dicitur & terribilis, vt castrorū acies ordinata, vbi aduerte q̄ luctator ille, qui vim Deo inferre nitebatur, dū angelos habuisset obuios dixit. Castra Dei sunt hæc.

Gene. 32. a.

Maria igitur, multitudini cœlestis exercitus comparatur, vt coniectare quis possit, q̄ sola tantū valet contra aereas potestates, quantū ōnes angeli simul. Vnde si vt ait scriptura, solus Dauid pro decē milibus cōputatur, nouerit ecclesia triumphās, q̄ sola Maria mater Dei est terribilis, vt castrorū acies ordinata. Sed quid oportuit ordinata dici cū ignoret etiam minimā confusionē, nisi vt ostendatur q̄ eius ordinata charitas etiā terribilis est ipsi Deo nā propterea de Maria dicitur. Fortis est, vt mors dilectio,

vmbra dei sanat mundum.

.s. Marię, quę amore Deū mactauit, dū ipsum in nostram redegit mortalē formā. Virtꝰ ergo altissimi Mariæ obūbrauit, sed tunc ipsa Deū ad regionem vmbręq̄ mortis descendere fecit, vt eius vmbra vitā

Treno. 4. d

pręstaret infirmis. Nonne sub vmbra illius, quem Maria nobis genuit, viuimus inter gentes? & etiā inter vicia & peccata tuti poterimꝰ manere, si Chrī adhęreamꝰ exēplo? vmbra corpis similitudinē eius exprimit, sic vita Chrī Christū præ se fert, ideoq̄ vmbra eius est nimiū salubris de qua tēpore aduentus incipit ecclesia officiū matutinale dicēs. Aspiciēs a longe, ecce video Dei potentiā venientē, & nebulam totā terram tegentē. Incongrue vidētur vniri Dei potentia & nebula, tamē beata virgo in vtero suo vnixit diuinitatē, & humanitatē, quæ sunt potēcia & vmbra. Talis quidē est vmbra, qualis & potentia, quia coutuntur, ac mutuo adinuicē se conferūt. Qui ergo sub vmbra Chrī. i. sub eius euāgelio & exemplo & sacramentis & sanguine ac meritis

protegitur

protegitur, maneat securus quia potētia Dei secum est, de qua poterit eos rapere nemo, quia hæc vmbra tenacissima est, ac potentissima vt protegat sibi adiunctos. Vnde cuilibet vestrū non incōgrue dicere poterā. Virtus altissimi obumbrabit tibi, quos em̄ non protegit vmbra Christi?

¶ Secunda & optima sermonis pars, vbi exponū tur verba Esaiæ prophetæ. c. [illegible].

NVnc in posteriori sermonis parte Marię thematis verba iterū ingeramus dicentes. Virtus altissimi obumbrabit tibi. i. refrigerium præstabit. Super hoc ait Bernardus in sermone ascēsionis. Virtꝰ altissimi obūbrabit tibi, ne nimio splēdore prestricta diuinitatis fulgur etiā illa singularis aquila, tolerare non posset. Et super missus est dicit q̄ illa portio carnis quæ in vtero Mariæ vnita est, Deo, prestitit Mariæ ōne refrigeriū, fuitq; sibi quasi vmbraculum. Tunc sane virtus Christi erit caro Christi, quæ secꝺm Gregorij sententiā detinuit ignem diuinū, ne virgo consumeretur, ad quid facit illud Esaię, qui de incarnatiōe verbi loquens ait. Creabit Dñs super ōnem locum montis Syon, & vbi inuocatus est, nubē per diē, & fumū, & splēdorem ignis flāmantis in nocte. Super ōnem gloriā protectio, & tabernaculū erit in vmbraculū diei ab æstu & in securitatē, & abscōsionē a turbine & a pluuia Mons Syon beata ỽgo est, in quo Deus templum humanitatis construxit sibi, vbi & inuocatꝰ est. Nā huic monti dicitur. Et vocabis nomen eius Iesum. Propter nominis, & templi reuerentiā totū locum montis voluit Deus protegere. i. totam virginem, quoniā ideo dixit se velle super ōnem locum eiꝰ creare nubē per diē. Nec mirū q̄ tota virgo virtute altissimi agatur, & exerceat̄, nam vt ait Richardꝰ, in operatione cuiuscūq; virtutis, totus homo deberet occupari, vnde ait. Septē ista in cuiuscunq; virtutis executione

obumbrat̄ Mariæ.

Esaiæ. 4.

ſeptē virtuti neceſſaria.

executione obſeruare debemus. Primū illud quod ad os pertinet. ſ. anteacta mala damnare, & accuſare Secundū quod ad oculos pertinet. ſ. quid agendū ſit, diligenter inueſtigare & per inueſtigationē cognoſcere. Tertium quod ad cbauditionē pertinet. ſ. inuento conſilio cōſentiendo acquieſcere & obtemperare velle. Quartū quod quaſi nariū ſit, agēdo bono inſidiantia mala caute deprehendere, & prudenter diſcernere. Quintū quod etiā quaſi ad manꝰ ſpectat, deliberatū bonū opere explere. Sextū quaſi q̄dam promotione pedū, ex bono inceptoſemp ad meliora rendere. Sed quia ad nullū horꝝ per noſmet ipſos ſufficientes ſumus, ad ōnia hæc diuinū auxilium implorare debemus. Hæc ille oſtendēs quomō in opere virtutis totus occupatur vir, quod ſi ita eſt quanto integrius tota virago Mariæ occupari credenda eſt in opere incarnationis, vbi ad vltimū potentiæ ipſa virtus altiſſimi operabatur? ſi ergo tota Maria operari debuit, ſanctificari totaliter oportuit vt dignius cōcurreret. Vnde Dñs ōnem locū montis Syon voluit protegere. Nec ſolū propter illā totalem occupationē dictū eſt, ſed vt magis ad rem ſ. quar aduerte, q̄ cū Dei filius conceptus ſit ex puriſſimis ſanguinibus virginis quæri ſolet a qua parte ſāguis ille in matricē eius ductus ſit, an forte ex corde vt quemadmodū pater ex corde verbū eructat, ſic Maria ex corde ſuo formet illud. Ad hoc dubiū reſpondetur, q̄ ex tota Maria ſanguis adducitur ad eiꝰ matricē pro formatione Ieſu neceſſarius, & ideo dicitur ei. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Ecce igitur quare totus locus montis Syō protegitur, ac refrigeratur, vbi tria fuiſſe dicūtur. ſ. nubes diurna, & fumus, & ſplendor ignis flāmantis in nocte. Per nubē diei anima Chri deſignat, ſper fumū eius caro, nā ex tunc eā Chriſtus obtulit i holocauſtū pro nobis in odorē ſuauitatis. Splendor ignis eſt

ex quo ſanguine fit Chriſtus.

nis est Christi diuinitas, cum & sit splendor glorię Propterista quæ dixim⁹ decentius coniungēda dicitur. Super ōnem gloriā protectio, qua. s. virtus altissimi obūbrauit Mariā. Dicitur illa protectio supę omnē gloriā, quia detinuit illā, ne Maria opprimeretur a gloria, vñ Bernar. ait. Nihil itaqę mirū si sub tali vmbraculo talis etiā a muliere sustineatur amictus. Mulier (inquit) amicta sole, plane amicta lumine tanqę vestimento, quia vestit Deū carne, & vestitur ab eo gloria maiestatis Obūbrat Deū, & obūbratur ab eo. Pro eo quod in prima sequitur auctoritate aduerte, qę humanitas Christi dicitur in Apocalipsi tabernaculū Dei, de quo additur vbi supra. Et tabernaculū erit in vmbraculū diei ab æstu et in securitatē, & absconsionē a turbie, & a pluuia. Hic dicitur qę Christi hūanitas fuit vmbraculū Mariæ de quo ait thema. Virtus altissimi obūbrabit tibi. Virtutē altissimi vmbraculū habuit virgo, quę fuit ei securitas et ꝓtectio ab ęstu, & a turbine, & a pluuia. Protexit eam a trib⁹ iuxta alia tria quæ supi⁹ diximus, nam in beata virgine aspexisti nubē. s. aīam Christi, quæ eā ab æstu etiam minimo carnalitatis ꝓtexit, quia eius cōceptio reducta est ad modū naturæ bene institutę, qua innocentię statui fœminę conciperent sine pruritu. Protegitur ergo Maria ab ęstu carnis per animā Christi, quę nos ōnes concepit & fecit vt Maria non carnaliter sed corporaliter conciperet in vtero, ita purissime, vt anīa Christi concepit nos in mēte sua. Fuit etiā in Maria fumus odorifer us ac saluberrimus, de quo Esa. dixerat alias. Et dom⁹ repleta est fumo. Domū gloriæ Christi (quā vidit Esaias) assero fuisse Mariam, quæ fumo carnis Christi odoratur, nam in ea Dñs Iesus obtulit sacrificium pro nobis. s. carnē suam, quia & si crux altare sit huius holocausti, tamen in vtero Mariæ affectualiter seipsum obtulit Christus immaculatū Deo

Apo. 21. a.

Maria protegit dum concipit

Esaiæ. 6. a. fum⁹ (Chri optim⁹.

in odorē ſuauitatis. De Noe recenter egreſſo ab ar-
Gene. 8.d. cha dicitur. Aedificauit aūt Noe altare Dño, & tol
lens de cunctis pecoribus & volucribus mūdis ob
tulit holocauſtū ſuper altare. Odoratuſq; eſt Domi
nus odore ſuauitatis. Et ait ad eū. Nequaq̄ vltra ma
ledicā terræ propter homines. Hoc ipſum quod fe-
cit Noe dū ab archa egreditur fecit & Chriſtus dū
archā ſalutis vteri materni eſt ingreſſus, vbi anima
lia munda. i. corpora ſenſus, & mundas quoq; vo-
lucres. i. animæ ſuas potentias Deo patri obtulit ho
ſtiam viuentē, omni exceptatione digna. Et ad hoc
vterū matris fecit altare altiſſimi, quo Dñs dici
tur ſuauiter odoratus, quia ex tunc ſuauis Dñs vni-
uerſis hominibus fuit, & miſericordia eiꝰ ſuper ō-
nia opera eius. Vnde recte ſequitur. Et ait Dñs ad
eum. Nequaq̄ vltra maledicā terræ propter homi
nes. Filio Dei propter homines homine facto, iu-
rat pater q̄ non erit vltra nobis maledicturus, nam
indecenſeſſet. q̄ pater malediceret eos, propt̄ quos
benedicendos eius filius factus eſt homo. Maria er
go habuit fumū. i. experientiā holocauſti, quod in
altari vteri ſui filius Dei obtulit p̄ nobis, & magis
pro matre ſua, quæ fuit altare vbi totū reponit̄ ſacri
ficium. Hic fumus protexit Mariā a turbine infide-
turbo eſt infidelitas litatis, qui poſſet irruere tūc temporis, nā tempore
ſacrificij magis tētatur fides, vt patet in illo, q̄ ma-
nu diſcretionis abigebat aues rapaces irruentes i-ſa-
crificiū eius. Peccatū quod fidei opponitur tam ma
lum eſt, q̄ caret nomine, tamē communiter vocat̄
infidelitas, quæ eſt in turbine figurata, de quo dicit
Hier. 23.d. Ecce turbo dominicę indignationis egredietur, &
tempeſtas erūpens. Dñi prouocat indignationem,
peccatū illud, q̄ & Gabrielē irritauit, quando Za-
charias non credebat ei, apparenti iuxta cornu alta
ris incenſi. Ab iſto ergo turbine protegitur Maria,
per fumū eiuſdem rei, quā fieri credebat in ſe. i. per

compleſ

complementū experientię, vnde Richardus ait. Fides pręcessit, & ples succeſſit, & fides receſſit. Nō em̄ adhuc credere, ſed iam ſcire oportuit, quod rei experimento probauit. Hæc Richardus ſuper illud Pſal. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Fum⁹ ergo ſacrificij ab eiuſdem incredulitate ꝟginem defendit nam tunc fruebatur illo, & Chriſtus erat ſibi odor vitæ in vitā, fruebatur quidē fumo. i. fragrātia eius qui euaporauit (vt ipſe inquit) habitationē ſuā. Ter tio fuit in Maria ſplendor ignis flāmantis in nocte, ſplendor. ſ. gloriæ paternalis Mariā ſui amoris flamma ſuccendens. Hic protexit eā a pluuia illa de qua dicitur in Pſal. Terra mota eſt (. i. Maria turbata) et enim cœli diſtillauerūt a facie Dei Synai, a facie De Iſrael. Pluuiā voluntariā ſegregabis Deus hęreditti tuæ, & infirmata eſt, tu vero perfeciſti eā. Mariæ pluuiā gratię Deus ſegregauit incarnationis tempore, non ad virginis meritū, ſed ad beneplacitū eius, qui voluit ad eā deſcendere, ideoq; dicitur voluntaria. ſ. ſecundū nimiam charitatē ſuam qua dilexit eā Deus. Tanta ęquidem fuit illa gratiarum pluuia, q; Maria ifirmata eſt, & ſuperata amoreq; victa, ideoq; dixit in Canticis ſe amore languere. Quid aūt cōtulerit Mariæ pluuia illa, quā etiā omnes cœli dicūtur deſtinaſſe præſente Deo luculenter oſtenditur, dum concluditur. Tu vero perfeciſti eā. In ipſo incarnationis tēpore perfecit Deus Mariā, quoniā cōtulit ei totā gratiā ad quā prędeſtinata erat. Nec volo nec vires ſuppetunt enarrare, quomō hanc Dei hęreditatē tot pluuię gratiarū inundare fecerūt et enim cœli diſtillauerūt ſuper eā. ſ. angeli & prophetæ & ſpūs ſancti dona, & ipſa trinitas, maxime tēpore illo, quod gratiarū plenitudo poterit nūcupari. Sed vos fratres mei forte intra vos ipſos dicetis, me a meo propoſito declinaſſe, propoſui vobis exponere, quomō Maria protegebatur a pluuia & ta

Eccl. 24. b pluuia gratiarū in Mariam Pſal. 67. b.

lem pluuiã attuli, vt & vos cupiatis in ea ſuffocari
precioſa morte iuſtorũ, qui non in mari rubro cum
Aegyptijs, ſed in aquis quæ ſuper cœlos ſunt cũ an
gelis natare, & etiã ſubmergi cupiũt, nam aquę gra
tiarũ non poſſunt tranſuadari, quarũ impetus lętifi
cat ciuitatẽ Dei Mariã, & etiã cooperiunt illã deſu
per veniẽtes in ſe. Me ſaniorẽ diceretis, ſi oſtenderẽ
eam ſecurã & protectã ab illa pluuia quæ venit ſup
Gomorrã. Sed aduertite queſo, nam ſuper Mariam
non niſi pluuia optĩa & apta deſcendit. Fruſtra qui
dem ꝓtegitur quis, ea parte qua minime impugna
tur. Non alia pluuia deſcendit ſuper Dei hæreditatẽ
niſi voluntaria, quã diximus, vt fructũ diuinũ poſ
ſet afferre. Sed nec parum putetis eam ab illa pluuia
fuiſſe defenſam, quoniã ſi vt ait Valerius Maximus
nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ nõ
tangatur, quomõ beata virgo poſſet recipere glo
riam vbi ſine vana gloria, niſi ab ipſo verbo totalit
edocta fuiſſet, ꝙ nihil haberet a ſe? nam ipſe Luci
fer molę donorũ preſſus (veluti pluuia ſalutari) cor
ruit. Et plures ceciderũt pluuia gratiarũ ꝙ ſulphu
re imo miſerabili⁹, vnde Yſidorus ait. Quiſquis ex
deteriore iã melior eſſe cœperit, caueat de acceptis
extolli virtutib⁹, ne graui⁹ per vanã gloriã corruat
ꝙ prius per lapſum vitiorũ iacebat. Et Gregorius
ait. Cũ bene viuitur, valde timendũ eſt, ne mẽs de
ſpectis cæteris, de gloria ſingularitatis eleuetur. Cũ
ergo inanis gloria ſemper bonis operibus, & exhi
bitę gratię inſidetur, opus eſt, vt ſanctiſſim⁹ quiſq;
inter dona ipſa protegatur, ne ſuccumbat. Vnde au
deo dicere, ꝙ neceſſarior fuit Mariæ protectio ex
parte pluuiæ ſalutaris, ꝙ alia ex parte turbinis, aut
æſtus, quia ex illa parte viri pręcellentes frequenti⁹
inuaduntur. Et propterea maiori niſu expreſſit pro
pheta illã protectionẽ, ꝙ alias, dum dixit in Maria
virgine fuiſſe ſplendorem ignis flãmantis in nocte

vana gria.
plus nocet
iuſtis

Nã ſplen

Nam splendor ille in nocte.i.in humilitate Mariæ, ita claruit, vt a veritate nullo modo posset ipsa declinare. Tunc sane videres noctē, & splendorē simul immorātes, sibiq; mutuo fauentes, nā splendor nō tollebat sed inflāmatam reddebat humilitatis noctē ideoq; dicitur ignis flāmātis in nocte, Nec nox ipsa quoquo modo fuscū sed clariorē reddebat splendorem, dū ei omnia dedicabat. Nunc fratres mei signanter dicitur nomē virginis Maria, quæ interpretatur illuminata splendore tantæ gloriæ, ꝙ nō solū Dñs sed ipsamet respiceret humilitatē suam, qua effici poterat tanq̄ vas perditū, nisi manus Dñi eam solidaret in honorē gloriæ suæ, de quo dicit̄ ei. Virtus altissimi obūbrabit tibi, nunc per gratiā, & in futuro per gloriā, quā mihi & vobis pręstet Iesus.

¶ Feria.5.tertiæ dominicæ aduentus. De missione Gabrielis ad Chr̄m confortandū, & quemlibet fidelem morientem.

Missus est Gabriel angelus. Lucæ.i.c.

¶ Inuocatio, vbi ostenditur, quantū placet Mariæ salutatio angelica.

TAntum placuit beatæ Mariæ angelica salutatio, quādo primo ei ab angelo allata est, ꝙ aures eius nunq̄ impleant̄ huius salutationis auditu, vnde in hac salutatione non habet locum illud quod cōmuniter dicitur.s.verbū repetitū, generat fastidiū, nam dum beata Maria visitaret Elizabeth eandē salutationē audiuit ab ea dicēte. Benedicta tu inter mulieres, & benedict⁹ fructus vētris tui. Hoc vltimū ęquiualēter explicuit angelus: dū dixit Mariæ de filio suo. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Maria igitur cū a beata Elizabeth ꝟbis angeli se salutatā iterū cerneret, ita lætata est, ꝙ spiritus eius exultans in Deū tantū ascenderet, vt præuideret, quom ō pariforma & nos eā sæpius salutaturi eramus, vnde propterea exclamās ait· Ecce em̄ ex hoc

Lucæ.i.e.

Marię placent angeli v[illegible]ba

ex hoc beatã me dicent ões generationes. Ex hoc ꝙ Gabriel angelus beatã Mariam humillimã ſalutauit, prouenit, vt & nos eã toties ſalutemus ꝟbis illius, nã verba maiorũ ſemper placẽt, vnde fratres
Gene.50.c Ioſeph vt eũ flecterent dixerunt ei. Pater tuus ante quã moreretur, præcepit nobis, vt hæc tibi verbis illius diceremꝰ. Verbis illius inquiũt, quia grata & dulcia erunt tibi verba ſua. Sicut Ioſeph gratiſſima fuerunt patris ſui verba, propter quæ fratribus ſuis nimiã prẽſtitit clementiã, ſic precioſa ſunt in aurib⁹ Mariæ angelica verba etiã ſi proferantur per os noſtrum condemnandũ, nam verba Iſraelis protulerunt fratres Ioſeph traditores, nihilominus miſericordiã plenam cõſecuti ſunt propter ea, & ab ore Ioſeph audierũt. Ego paſcam vos, & paruulos veſtros. Sponſa Ioſeph Maria nos & paruulos nr̃os, & parua deſyderia noſtra paſcet gratia ſua, vt creſcamus in bonũ. Paſcam inquit. ſ. lacte gratię vos & paruulos veſtros in vtero alere volo: donec formetur Chriſtꝰ in eis. Quia ita eſt fratres, dicamꝰ Chr̃o Beatus venter qui te portauit, quia in eo portantur bona deſideria noſtra, vt coagulẽtur. Et beata vbera quæ ſuxiſti, quoniã arentia nõ ſunt, in eis adhuc remanet lac tuæ gratiæ, quã vt aſſequamur Mariæ offeramus Aue.

℣. Argumentum dicendorum.

SOlemniter deſcribit nobis Lucas miſſionẽ Gabrielis ad virginẽ, & hanc miſſionẽ ſic exacte voluit enarrare, ne opꝰ eſſet ſibi in alijs miſſionibꝰ huius angeli ſe detinere: nam ſæpe miſſus eſt, vt eãdem rem ad finẽ vſq; perduceret Nec arbitror ꝙ eius miſſio ceſſabit, donec veniat cũ tuba Dei nouiſſima dicens. Ecce ſpõſus venit, exite obuiã ei. Nam ideo Gabriel interpretat̃ fortitudo Dei, ne quis putet eum deficere, donec expleat ſuã legationẽ, quæ adhuc viget, dum iterato mittitur ad virginẽ. i. ad

eccleſiam

ecclesiam ẏbo Dei fœcundã. In hoc ergo sermone agam de missionib⁹ Gabrielis: In priori parte quo modo missus est ad caput: in posteriori aũt quomodo missus est ad mẽbra Christi: nam de õnibus cura est ei, donec eos introducat in promissionis terrã viuẽtiũ. ¶ Prima pars vbi agitur de missione Gabrielis ad Christũ. Diuisio

¶ Legimus in Genesi ꝙ cum Dñs iuberet, vt pater Abrahã filium prędilectũ sacrificaret ei, post velut pietate motus angelum suũ destinauit, qui necem pueri vetaret: ideoq; celeri volatu adueniens, antequã sacrificãti appropiquaret, clamauit de cœlo dicẽs. Abrahã, Abraham, Senex iste bis vocatus fuerat: prius, vt filiũ immolaret: & nunc similiter reuocatur bis, vt ab immolatione desistat, nec extendat manũ in puerũ, nec faciat illi quicquã. Quasi anxius videtur hic angelus pro puero, dum addidit, neq; faciat illi quicq;. Nec mirum quia pietas angelica magna est super nos. Insuper nõ esset mirandũ, si precib⁹ suis mortẽ pueri reuocauerit angelus: nam Deus bis vocauerat patrẽ ipsius, vt eum immolaret, angelus aũt forte tũc deprecatus est Deũ pro puero, & arietẽ pro immolatione se allaturũ repromisit, quẽ & attulit, ne irritũ fieret sacrificiũ. Ecce igitur quom õ per angelũ Ysaac liberat a morte. Sed querendũ est ab eo, cur Christum cuius cõceptionẽ matri eius nuncians persuasit, nõ eripuit a crudeliori morte, cũ & innocentior esset altero, & magis necessarior matri suę ꝙ alteri quinimo Ysaac eripuit a morte, & Christũ hortat⁹ est ad mortem, eiq; obitum persuasit: de quo mirat⁹ Euãgelista dixit. Et ecce angelus de cœlo confortãs eum. De cœlo clamauerat Abrahã, Abrahã, vt a sacrificio desisteret filiali: nunc aũt de cœlo apparuit Christo, eumq; cõfortat, vt sacrificiũ plus ꝙ filiale perficiat. Quid est hoc ãgele Dei? videtur ꝙ clemẽtior fuisti erga filiũ Abrahæ ꝙ erga filiũ Dei. Red-

angel⁹ liberat Ysaac.

Luc. 22. c

de ratio

de rationē contrarietatis huius, cur illū a morte libe
ras, & Iesum in mortē hortaris. Primo, quia (refe-
cur non li- rente Burgense) Ysaac erat puerulus. s. quindecī an-
be-at chri- norū, ideoq; non libenter ibat ad mortē: nam opor
stum. tuit vt ligaretur a patre, ne fugeret. Deus aūt nemi-
nem cogit, quia vult vt volūtarie sacrificetur ei. Fi-
lius aūt Mariæ ita libenter ibat immolari pro nobis
vt tanquā ouis ad occisionē duceretur ad crucē, quæ
inter animalia libentius vadit ad macellū, vnde an-
gelus illud anial obtulit pro sacrificio Abrahę quod
nō solum libēs vadit ductus ad mortē, sed & oues
ducit ad macellariū post se. Christ⁹ aries est, qui &
voluntarie se obtulit macello crucis, & martyres
ęgit post se, qui sequūtur agnū quocunq; ierit. Chri
stus ergo nō vt Ysaac fugit mortē, sed Iudā depræ-
catur, ne eā procrastinet, ideo enī dixit ei. Quod fa-
cis: fac citius. q. d. maiorē voluntatē habeo morien
di, q̄ tu me tradēdi. Propter hanc voluntatē repre-
hendit Petrū, quoties eū voluit a morte subtrahere
confortat Helias per angelum
Agonia vero Christi ex prompta moriēdi volunta
te processit, quia cū spiritus eius prōptus contra in-
firmā carnē sententiā dedisset, dicens patri: nō mea
voluntas sed tua fiat, statim ipsa caro quasi morti ad
iudicata, passa est agoniā, & extunc se morti tradēs
sudorem vltimū cœpit emittere, non vt hij qui coa
cte, moriuntur, vi aut infirmitate oppressi, sed sudo-
rem sanguineū, quo quidē moreretur, nisi conforta
retur ab angelo ad maiora sustinēda supplicia: nam
in fortitudine cōfortationis illius ambulauit Chri-
stus vsq; ad montē Caluariæ, vbi & eius caro vo-
luntaria erat etiā in cruce, vbi petijt calicē, quem bi
bere nolebat in horto dicens. Sitio, & dederūt ei bi
bere myrrhatū vinum, quod teste Euāgelista Iesus
petijt, vt adimplerētur scripturæ, quæ de eius loque
bātur passione. Huic ergo sentētiæ quā Christus de
dit cōtra se dicens: nō mea voluntas sed tua fiat, ita

caro

caro eius se subiecit, vt deinceps etiã affectaret ipsa caro mori, quia nouerat, ꝙ quando dixit Christus, nõ mea voluntas, voluit dicere, nõ fiat volũtas carnis meæ, quæ naturaliter abhorret illum calicẽ mortis, de quo ego dixerã apostolis, Potestis bibere calicem quẽ ego bibitur⁹ sum? Nec propter hoc fratres mei arbitremini carnẽ Christi rebellẽ, aut culpãdã quia renuit prima fronte tantã amaritudinẽ, quoniã Christus dixit. Caro autẽ infirma. Nostra caro & si putredo sit, tamẽ sana sibi videtur. Qui sibi sanus videtur fugat medicũ, & eum irridet, tamen qui se iudicat infirmũ, obtẽperat medico. Caro Christi se habuit vt bon⁹ infirmus, qui postquã audita medico sibi pharmacũ sumendũ, caput inclinat, rationẽ nõ scisscitatur, sed manibus periti medici se tradens dicit. Nõ mea voluntas sed tua fiat. Tunc sane confortãdus est infirmus, exponẽdo ei & annunciando futurã sanitatẽ, quę promitti nõ debet ei qui se sanũ putans curari negligit. Propter hanc ergo rationẽ, Gabriel Christũ confortauit ad mortẽ, ob quã sanitas vniuersæ carni puenit, & Ysaac abegit, quia nõ voluntarie se fatebatur infirmũ. Item sc̃do potest dici, ꝙ Gabriel nõ dissuasit Ysaac mortẽ, nam nihil dixit ei, sed patri suo volẽti eum interficere interdixit, ne extẽderet manũ aduersus puerũ, vbi & nos docemur ad martyriũ sanctos hortari, & illatores pœnarum monere ne faciãt eis quicq̃ mali, quia Dñs protector & vltor eorũ existit. Insuper altius aduerte, ꝙ vt ait glosa super illud Geneſis: Apparuit ei Dñs, sedenti in hostio tabernaculi. Abrahã sedens ibi, tenebat figurã Cayphæ põtificis anni illius quo passus est dñs, & illo sedens loco. s. in cõualle Mãbræ, (vbi tunc tẽporis Hierusalẽ sita erat) Dñm adiudicauit morti. Sic etiã potest nũc impręsentiarũ dici, ꝙ pater Abrahã filium propriũ interficiens, figurã tenebat populi Iudæorũ, qui iustũ Iesum filiũ suum,

infirma caro chri cõfortatur

Gene. 18. a.

ex eo

ex eo descendẽtem, perduxit super mõtem Moria qui est Caluarię mõs, ad quẽ fecit, vt Dñs Iesus ligna crucis, super quæ immolãdus erat perduceret, & ipse populus deferebat ignẽ & gladiũ. Ignis qui exarsit in synagoga eorũ fuit velocitas, & acceleratio mortis Christi, qui media nocte captũ, & meridie sequenti mortuũ deposuerũt de ligno, & sub lapide signato absconderunt. Gladiũ brachij sæcularis a Pilato acceperũt, quia gladius eorũ non visus est eis ita acutus, vt totaliter valeret extinguere Iesum. Si aũt quis dicat, q̃ Abrahã prẽceptũ habuit de filio immolando, & Iudæi nõ habent iussionẽ vt Christũ interficiant, sed potius ecõuerso, vt. s. eum honorẽt

duplex est voluntas Dei.

Hic aduerte q̃ duplex est voluntas Dei. s. voluntas beneplaciti & secundũ hanc Iudæi Christũ interimunt. Alia est voluntas quæ dicitur signi, & secũdm hanc dictũ est populo Iudęorũ. Ne extendas manũ tuam super puerũ Iesum, ne facias illi quicq̃. Tamẽ populus durę ceruicis nõ est auersus, nec retrocessit ideoq̃ sicut in Ysaac immolatione magnificata est fides Abrahæ, sic dũ populus hebręus imolat Christum hebræũ ostensa est mũdo infidelitas eorũ. Nã dum pater Abrahã immolabat filiũ, teste Paulo fidem fixam corde tenebat, q̃ illũ a morte suscitaret sibi Deus, & q̃ adhuc adimpleret in eo promissionem multiplicandę posteritatis. Iudęi autẽ Chrm interimunt, vt spes credentiũ periret, et resurrectio ab ipso prædicata inanis ostẽdatur. Nã ideo dixerũt Sinite, an veniat Helias, ad deponendũ eũ. Heliam credebãt Iudæi venturũ tempore messiæ, ideo nũc irridentes dicunt, q̃ ei nullũ adiumentũ præstabit.

non mors Ysaac sed Christi, prodest,

℣ Tertia ratio & principalis ob quã Gabriel, non Ysaac sed Christo mortẽ adduxit est vt ostendat q̃ mors Ysaac nec mors cuiuscunq̃ alterius, prodest nobis, sed sola mors Christi Iesu, qui mortẽ suorũ moriendo destruxit. Gabriel ergo iure interpretatẽ

fortitudo

fortitudo Dei, quia (vt ait Bonauentura) Chrm cõ
fortauit ad mortẽ, vbi filius Dei suã ostendit fortitu
dinẽ, quoniã Chrysostom⁹ ait. Christ⁹ non incidit
in mortẽ propter infirmitatẽ naturæ quasi homo,
sed ipse traxit in se mortem propter potentiã quasi
Deus, vt nõ absorberetur a morte, sed vt ipse absor
beret mortẽ, ergo non Chrm mortuũ in morte cre
dimus, sed mortẽ mortuã in Christo: sicut scriptũ
est. Quia destruxit quidẽ mortẽ, illuminauit aũt vi nõ christ⁹
tam. Nã sicut ꝑpter mortẽ homo visus est, sic ꝑp- in morte
ter destructionẽ mortis Deus apparuit. Hæc ille do sed mors
cens quomõ, eo tẽpore quo magis deprimit Chri- in Christo.
stus, maiorẽ ostendit fortitudinẽ, quia statim q̃ san-
guinẽ sudauit in horto, egressus ad ostiũ prostrauit
cohortẽ, & quando in cruce dixit, Deus Deus me⁹
vt quid dereliquisti me? ad latronẽ ingerit. Hodie
mecũ eris in paradiso. Ecce quomõ infirmitatis tẽ-
pore ostendit fortitudinẽ suam Iesus, ideo tunc spiri
tualiter adest ei Gabriel angel⁹, quia realiter osten-
dit fortitudinẽ Dei. Angelus ergo iste duxit filium
Dei ad mundũ, & eduxit illũ de mundo, perduxit
incarnationẽ nunciando, eduxit ad passionẽ confor
tando. De primo ait Chrysostom⁹. De aduentu in
carnationis eius quid enarrẽ: nisi mirabilia eius? an
gelus adueniens, qui est vehiculũ verbi, infudit Ma
riæ, cõcepit credens verbo, hoc verbũ caro factum
est assumẽs quod erat nostrũ nõ amisit quod erat ex
patre. ☞ Hic aduerte q̃ Gabriel a sinu patris tulit
verbũ in vterũ matris, & ab ea tulit etiã Chrm in
crucem, pro secunda dicta peragẽda confortauit eũ
quia difficilior erat. Nonne christiani õnes hanc viã
vniuersæ carnis ãbulamus? nonne plus indigemus
confortatione? nã & si Christus erat factus in ago-
nia, nos etiã Apõ referente in agone contendimus
& ab õnibus nos oportet abstinere, vt incorruptã 1.Cori.9.d,
coronã valeamus obtinere. Cõfortatione igitur i,

digemus

digemus angelica, vt læti peruenia⁹ ad mortem. Tantū quidem bonū potius est angelicū q̄ humanum, neq; a nobis ipsis habere possumus contemptum mortis, nisi ab illo, qui vera potitur vita. s. ab angelo. Vt aūt scias quantū valet contēptus mortis audi Chrysostomū dicentē. Sicut ōnia mala operatur, timor mortis, sic ōnia bona operatur contemptus mortis. Qui timet mori. i. qui non sperat viuere post mortē, neq; eleęmosinas dat, neq; orationibus īstat, neq; ieiuniū celebrat, neq; paupertatē sustinet, quia nec opprobrium suffert, neq; damnū substātiæ suæ contemptus est pati, neq; corporalē iniuriā sustinet propter Deū, sed hoc suæ lucrū vitæ existiat, si bonis istius mūdi fœliciter fruitus fuerit, & hoc damnū vitæ suæ putat, si fuerit alienat⁹ ab istis bonis. Quare? quia laborū suorum in resurrectiōe prę mium non sperat. Si autē non timet mori. i. qui vitam sperat post mortē, omnia quæ dixim⁹ libenter sustinet propter Deū, quia laborū suorū mercedem multiplicē indubitanter expectat. Ille est ergo perfectus discipulus Christi, qui hæc ōnia patitur, aut pati paratus est. Nō ergo ideo Dns mandat, nolite timere eos, qui occidūt corpus, quia necesse est omnem Christi discipulū occidi, sed ne ōnes illas res, quas supra dixim⁹ per singulos mandet, quasi per compendiū dixit. Nolite timere eos qui occidūt corpus, quoniā qui occidi nō timet, multo magis contempnit cætera aduersa carnalia quæ sunt ante mortem, quia leuiora sunt morte. Qui ergo quod grauius est non timet, multo magis contēpnit quod leuius est. Qui autē cæteras molestias, quæ sunt ante mortē non est contentus pati propter Deū, quom ō sustinebit ipsam mortē? consydera autē, vt quid nobis ī natura creauit Deus timorē mortis, vt quid naturale est timere mala mortis, aut diligere bona carnis? non quidē vt mala carnalia timeam⁹, sed vt per

contēptus, mortis optimus est.

timorē

timorẽ malorũ carnaliũ intelligamus magis timenda esse spiritualia mala. Vt puta, scis quia malũ est, pati dolorẽ carnis, per hoc intellige, quia peiꝰ est dolorẽ animę pati. Scis quia malũ est confundi coram hominibꝰ, per hoc intellige, quia peius est cõfundi coram angelis, quanto em̃ angeli meliores sunt hominibus, tanto cõfusio illa peior ꝙ ista, nam dolor & pudor corporalis cũ corpore finitur, aut soluitur dolor & pudor animæ semper cum anima irruit ad pœnã. Ita nõ vt diligas bona carnalia, quæ diligis, sed vt per bona carnalia intelligas magis diligenda esse bona spiritualia. Vt puta, scis quia bonũ est gaudere carnaliter, per hoc intellige, quia meliꝰ est gaudium animæ, gaudiũ quippe carnis cũ carne finitur gaudiũ autẽ animæ cũ anima perseuerat. Scis ꝙ bonum est gloriari in terris, per hoc intellige, quia melius est gloriari in cœlo. quanto em̃ clarius est cœlũ ꝙ terra, tanto clarior est illa gloria q̃ ista & gloriosior, de malis autẽ thesauris bonorũ vel malorum, quasi modicũ gustũ dedit mundo, vt ex modico gustu malorũ vel bonorũ plenitudinẽ cognoscamus. Hæc ille, vt nos doceat quomõ in quocunꝙ rei euẽtu debemꝰ ad mortẽ confortari, & fortitudinẽ Dei sumere, sicut Christꝰ in horto: quia si sic, vere de nobis dicetur. Missus est Gabriel angelus. s. ad cõfortandum eũ. ¶ Secunda pars vbi agitur de missione generali Gabrielis maxime ad moriẽtes.

¶ Plus indigemus nos Gabriele ꝙ Dñs Iesus, nã ille dixerat. Tristis est anĩa mea vsꝙ ad mortẽ. Tristitia vero nostra, & timor extenditur vsꝙ ad vitã nostrã futurã, cui sane timendũ est. Christꝰ pro termino tristitiæ suæ habuit mortẽ, nos autẽ forsitan habebimus eã pro initio totius mali, quod ęternaliter sequetur post mortẽ, ideo plus indigemus Gabriele hora mortis nostræ ꝙ Christus, qui solũ dispensatiue, & pro forma doctrinę cœpit pauere, & tedere

vexatio dat intellectum

Mar. 14. d.

tœdere et mœstus esse tẽpore mortis suę. Pauet quidem propter periculũ, quod timebat Iudęis venturum, si eũ occiderent, & ideo ait Bernardus. Vsq; adeo siquidẽ pręualuit, ea quę fortis est vt mors dilectio, vt Chr̃m angelus Dei cõfortauerit. Profunda sunt hæc verba, quibus docet Bernard⁹, q̃ Christus ex amore quẽ habet persecutoribus suis pauet et timet eis, ne tantũ facinus cõmittant. Secũdo tœdet eum tã dura pati propter debiles, quibus eius agonia fuit quædã compassio, nã ex his quę passus est didicit condolere, vnde & Bernardus ipse ait. Deniq; agnosco & in hoc ipso paraclitũ maximũ, agnosco paraclitũ benignissimũ, qui prope sit his qui tribulato sunt corde. Paraclitũ vocat Christũ agonizantẽ, quia tunc voluit pacientiũ esse participem vt cõsolarentur tali consorte. Tertio tristatur passionis tẽpore, vt excusabiles reddat eos, qui veluti renitentes patiuntur, ac inuicti nolentes expoliari vnde Bernardus ait. Non despero iam Dñe, etiã si molesta videatur tribulatio, quã patior, etiã si pusillanimis sum, etiã si desydero, vt transferatur calix a me Quarto Christus agonizat in horto, vt nos doceat calamitatis tẽpore, quemadmodũ & ipse fecit, ad patrem misericordiarũ confugere, vnde Bernard⁹ Didici etiã ex hoc ipso non ad carnalẽ siue caducam recurrere consolationẽ sed ad angelicã, sed ad spiritualem, sed ad cœlestẽ. Ecce quatuor optimas quidem rationes ob quas tantũ contristatur Dñs Iesus tãmẽ omnes referuntur ad suos, quibus vexatio sua dedit intellectũ, vt affectent assidue deuotionẽ Gabrielis angeli qui nouit anxios eõfortare, nec eñ Christus fuit primus, nam & matri eius dixerat. Ne timeas Maria. Et beato Ioseph etiã intulit. Ioseph fili Dauid, noli timere. Et regibus dixit, ne redirent ad Herodem crudelẽ, a quo & Christũ liberauit, dũ beato Ioseph dixit. Surge tolle puerũ & matrẽ eius, &

ob quatuor Christ⁹ est in agonia,

Gabriel õnes confortat,

Matthæi, 1,

Matthęi, 2,

fuge in

fuge in Aegyptū, futurū est em̄ vt Herodes quęrat puerū ad perdendū eum. Defuncto autē Herode, iterum in Aegypto apparuit Ioseph, asserens finitū exilium suū per defunctionē quęrētium animā pueri. Ecce quomō omnes cōfortat, etiā mulieres quoniam Euangelista dixit. Et ecce terremotus factus, est magnus, angelus em̄ Dñi &c. vt aiunt, qui de virtutib⁹ exacte scripserūt, Fortitudo quinq; habet partes. s. magnanimitatē: patientiā: fiduciā: securitatem: & constantiā. Has partes habet hūana fortitudo, sed diuina. s. Gabrielis qui interpretatur fortitudo Dei ōnia fortificat, tamē magnanimitatē contulit Mariæ, patientiā Christo, fiduciā Ioseph, securitatem Magdalenæ & alijs mulieribus & apostolis regibus autē magis constantiā tribuit. Nolo hęc ōnia enodare, quoniā nec tempus sufficeret, nec vires suppeterent ad enarrandū huius angeli fortitudinē quæ vsq; hodie subuenit toti ecclesiæ, non solū personaliter ad nos descendēs, sed virtualiter nā in omni alio angelo ad nos destinato Gabrielē intelligo, non solū propterea q̄ in vno quoq; angelo est Gabriel. i. fortitudo Dei, sed quia visis tā generalibus, apparitionibus eius ab initio ecclesiæ credendū est, q̄ nunq; desistit, quia fortitudo Dei non fatigatur. Item tertio propter principatū eius nā si Gabriel est primus inter angelos, aliorū virtutes ei tribui possunt, quemadmodū Lucifero āte casum eius tribuebantur. Nā beatus Gregori⁹ super illud Ezechiel. omnis lapis preciosus operimentū tuum ait. Ecce nouem dixit nomina lapidū, quia profecto nouem sunt ordines angelorū quibus nimirū ordinibus ille prim⁹ angelus ideo ornatus, & opert⁹ extitit, quia dum cunctis agminibus angelorū prælatus est, ex eorum cōparatione clarior fuit. Sicut ergo per nouē lapides ibi citatos intelliguntur virtutes nouē ordinum, quas habet Lucifer, quia cæteris maior erat, sic ego

Matt2, 8, a

partes fortitudinis,

ob quatnor Gabrieli tribuitur omnis missio.

Ezec.28.d

Gabriel est summus

sic ego arbitror ōnes missiones āgelorꝝ Gabrieli tribuēdas; qa cæteris maior est, nā ipsemet Gregori⁹ loquens de Gabriele ait. Qui sūma vero annūciant archangeli vocantur, hinc est em̄ ꝙ ad Mariā virginem non quilibet angelus sed Gabriel archangelus mittitur, ad hoc quippe ministeriū summū angelū venire dignū fuerat, qui summū omniū nunciabat. Quarto cæterorū missiones Gabrieli deferunt, eiq; propter eas debemus gratias, quoniā qui caput angelorū. s. filiū Dei duxit, videtur etiā adolescētes ꝟtualiter duxisse. In Canticis per adolescentulos angelici spiritus intelligūtur, qui cū sponso venire perhibentur. Qui sponsum adduxit, videtur adduxisse suos. Sponsus filius Dei paranymphus eū adducēs Gabriel dinoscit, cū quo & ad natale Dñi facta est, multitudo cœlestis exercit⁹, vt innuatur ꝙ angelos quosq; destinare poterit ad ecclesiæ peragēda negocia. Sicut ergo totū debetur ei, qui vnguentū posuit in capite, quoniā ex capite ad barbā & ex barba vsq; ad orā vestimenti prouenit, sic totū debem⁹ Gabrieli, qui vnguentū Christū (nam Chr̄s interpretatur vnctus) posuit in principio ecclesiæ, ex quo ad nos qui pedes summus perueniet vngendos, nā sic affluenter vnctus est Chr̄s, vt ōnes christianos valeat ipse vngere oleo lætitiæ. Quāuis igitur ōnibus administratorijs spiritibus plurimū debeamus, hūc debemus tota deuotione colere, qui toties vt vidistis ad viros ecclesiæ & ad caput ecclesiæ Christum destinatus venit in cuius ditione cōtinua est veniēdi potestas, nā ex quo ad beatā ꝟginē Chr̄m adduxit potestatē habet eū adducēdi quoties & quibuscūq; voluerit, nā ideo Gabriel alias interpretatur fortis Deus meus, vbi quædā possessio & proprietas videtur includi, qua est suus Deus, vt. s. eū ducere valeat deuotis suis, & terris quando ei placuerit inferre ad roborandū eos, qui deficientes in seipsis exoptant ful

Gabriel est princeps missionū

tant fulciri firmitate Christi sui, quã omnib⁹ seruat Gabriel, qui nõ sibi soli fortis est, sed nobis. Certe qui hunc angelũ non inuocat, meretur fieri mutus, sicut Zacharias, cui nunciauerat Ioannẽ & quia nõ ilico credidit, adhærere fecit linguã eius palato suo, vt innueret, ꝙ se mutũ debet iudicare, & exauditione iudignũ, qui huius angeli patrociniũ nescit magnifacere. Quid ergo dicã de te o Gabriel, tu ades cõtemplantibus ad eos illuminandũ, vt patet in Zacharia, cui dũ incensum poneret apparuisti. Tu ades sacræ lectioni deditis, vt eis ingeras verbũ salutis, vt patet in Maria cui dũ legeret Esaiam, verbũ salutis attulisti. Tu ades dubitantibus, vt eos certiores reddas, vt patet in Ioseph, dũ anxie dubitaret, quid sibi faciendũ esset circa matrẽ Dei. Tu ades bonis viatoribus ad eos dirigendũ, vt patet in regib⁹ magis, qui per te responso accepto in somnis ne redirent ad Herodẽ per aliã viam reuersi sunt in regionem suam. Tu ades incredulis, vt eos ad fidẽ reducas, quod patet in Christi resurrectione, quã docuisti mulieres. Tu deniq; ades morientibus ad eos cõfortandũ, vt patet in Christo agonizãte, quem confortasti. Tu ades prophetis, vt eis reueles mysteria vt patet in Daniele, quẽ illũinasti. Ergo fratres mei adhærete huic archangelo, eũ pulsate precib⁹, ei q̃tidie offerte vota vestra vt saltim valeatis eũ in agone vestro habere propiciũ, quo maiori calamitate, spũs noster opprimetur, ideoq; maiori auxilio indiget. Quod & præstabit Gabriel, nã ideo apparuit Christo agonizãti, vt ei promitteret tali tempore, non deesse eis, qui suũ imploraturi essent auxilium Nam ideo in modo narrandi ostendit Lucas, ꝙ dũ Gabriel affuit Christo in horto, magis erat ꝓ nobis q̃ꝫ pro illo, ait em̃, & apparuit ei angel⁹ de cœlo confortans eũ. Nusq̃ꝫ Christus fuit sine angelis, sẽ per ei assistebant, esto ꝙ tunc ipse Gabriel nouo ap

multis adest gabriel

Lucæ.22.c

parendi modo recenter e cœlo aduenisset, eiq; ingereret rationẽ primi aduentꝰ & huiusmodi, vt eũ cõfortaret non ad mortẽ sed ad seriem passionis, nam mortẽ præ manibus habebat, dũ sanguinẽ sudabat sed quia iota vnũ nec vnus apex legis prætermittẽdus erat, donec õnia passionis tormẽta experiretur confortauit eũ, maxime tamẽ in membris suis. Ad uerte igitur, q̃ in illis verbis tres actus Ierarchicos tetigit Lucas, quibus egemus hora mortis, primus est purgatio, secundus illuminatio, tertius perfectio Propter illuminationẽ quæ ad fidẽ pertinet, dixit, apparuit ei. Propter purgationem quæ pertinet ad spem dixit, de cœlo. Propter perfectionẽ charitati necessariã dixit cõfortans eum. Hora igitur mortis meæ o Gabriel, appareat mihi fortitudo Dei vincens scientiã nostrã, quæ me illuminet in fide. Nam & si tot opinionibꝰ, & sensibus hominũ velut tenebris obscurata fuerat, necesse est in gruẽte morte illuminari & actuare fidẽ sanctæ matris ecclesiæ quã Gabriel virgini prædicauit. Si spes mea honoribus & diuicijs fœda & immunda fuit, obitus tempore nil mihi arrideat nisi de cœlo, euanescat õnis terra, coram Gabriele, qui sedẽ Dauid, & regnum Iacob cœleste prædixit tradendũ filio v̄ginis, vt regni eiꝰ non esset finis. Si charitas mea tepida remãserat, dũ vita manebat, iam vt lãpas accendatur, & confortetur ab isto angelo, qui amorẽ Dei ad homines v̄ginis nunciauit, qui tantus fuit, vt eũ morti traderet, propter nos. Ergo cũ defecerit virtus mea Deꝰ, ne derelinquas me, sed mitte fortitudinẽ virtutis tuæ, Gabrielẽ, quia dignabitur venire propter reuerentiam Chrsti tui, quẽ confortauit in horto, quoniam ego quamnis in deserto attamẽ ouicula eius sũ, propter quã tunc bonꝰ pastor percussus est, qui vsq; hodie non cessat, reducere oues suas vt eas ad ouile gloriæ reducat Amen.

actus Ierarchici ad mortẽ necessarij

Feria

¶ Feria.6.tertiæ dominicæ aduentus. De missione Gabrielis ad custodiendū Mariā, quæ multo comitatu abijt in montana.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ.i.c.

¶ Inuocatio vbi ostenditur, quomō Deus, est prope nos in Maria.

VT regum narrat historia, Ochozias lapsus e cœnaculo, ægrotans consuluit Belzebub Deū Accaron, & cū ad eū mitteret nuncios, angelꝰ Dñi locutus est ad Heliā dicens. Surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, ac dices ad eos. Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad cōsulendū Belzebub Deū Accaron? ac si nobis diceret angelus. Est ne alia natio tam grādis, quæ habeat deos appropinquātes sibi, sicut Deus noster adest vobis? quid igitur perquiritis Deū Accaron? hęc ciuitas interpretatur sterilitas, dæmon siquidē est deꝰ sterilitatis, Deus Accaron quā sterilem reddit, vt sic maledicta sterilis dānetur. Sed nunquid nō est Deꝰ in Israel qui saluet? nunquid non est Deus, qui fœcundet ibi? sane quidē, nā Israel interpretatur pualens cū Deo, & est beata virgo, quæ tantū præualuit cū Deo angelorū, vt eū faceret Deū nostrum ac fratrem nostrū. Qui ecōuerso est Deus fœcunditatis, nam virginē fœcundauit, tali modo vt esset, ab omnibus benedicta. Sed cū angelo quæro a vobis. Nunquid non est Deus in Israel? nunquid non est, Deus in Maria? quid alibi quæritis, quod habetis in ea? non quomōcunq; sed meliori modo est Deus in Maria. s. sicut fructus in arbore, quā pro alijs fœcūdat, ita vt ipsa dicat Transite ad me ōnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini q.d. nemo properet ad Deū Accaron, nemo ad deū sterilitatis pergat, nemo ad peccatū declinet, quia nihil nisi sterilitatē animæ suæ inueniet, ac perinde maledictionē æternam, quia maledicuntur steriles,

4. Reg. 1. a

dæmō sterilis est.

Eccl. 24. c plenis dat benedictio

ad me quæ ſum Iſrael, vbi eſt Deus veſter venite, pro ſola nẽpe concupiſcentia & bono deſyderio, a generationibus meis poteritis adimpleri, ac per eõ ſequens benedici. Pleni ſiquidẽ obtinent benedictionem, ideoq; angelus videns Mariã gratia plenã, dixit. Benedicta tu inter mulieres. Et beata Elizabeth videns plenũ ventrẽ eius dixit. Et benedictus fructus ventris tui. Similiter & mulier euangelica Chr̃o dixit. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Ecce quom̃o ad plenitndinem ſequitur benedictio, quoniã habenti dabitur, & abundabit. Sterili nõ dabitur benedictio, ſed habenti gratiam dabitur gloria, & nõ alteri. Vt ergo fratres gratiam cõſequi valeamus, præſenti ſermoni conſentaneam pergẽtes ad virginẽ, ei offeramus aue.

Diuiſio

¶ In priori ſermonis parte oſtendã, qualiter beata virgo, ab angelo magni cõſilij. ſ. filio Dei cuſtodiebatur. In poſteriori vero dicã, q; & alias quidẽ habuit cuſtodias. ¶ Prior cõtionis pars.

¶ Angeli, vt frequẽter audiuit charitas veſtra, ſingulis hominibus pręſunt, & archãgeli dicuntur ciuitatibus pręeſſe, ex quo (vt opinor) motus eſt beatus Bernardus dicere, q; Gabrieli poſt incarnatiõis myſteriũ, tradita ſit beata ỽgo cuſtodiẽda tanq; ciuitas Dei peculiaris. Nã ſi homo, dũ fit rex aut prælatus adipiſcitur maiorẽ angelum cuſtodẽ, cur beata ỽgo cenſenda eſt, hoc priuilegio caruiſſe? tamẽ ipſa myſterij magnitudo patitur, vt nos circa eam varia ſentiam⁹, ego eñ arbitrarer, q; incarnationis tẽpore minime indiguit nec ipſius Gabrielis præſidio q; tunc diſceſſit a ỽgine teſte Luca, ſed nec alterius angeli ab initio ſibi cuſtodis, quoniã ciuitas Hieruſalẽ (vt in Apocal. dicitur) non eget ſole, neq; luna quia lucerna eius eſt agnus. Et ſic poſſet im pręſentiarũ dici, quandoquidẽ agnus Dei genitus eſt in Maria, cuius virtus ſemper æqualis fuit. Tenellus nam q;

an indiget Maria cuſtode.

matrem

matrē poterat custodire, cū em̄ dixisset Esaias, paruulus natus est nobis, ilico addidit, & vocabit̄ nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri sœculi. Optime quidē nam per illa tria nomina quicunq; requisita ad virginis custodiā denotantur. Faciunt etiā ad hoc plura quæ dicunt̄ in glosa super Exodū, vbi ait. Videtur De⁹ respondere ad primā petitionē ipsius Moysi in qua volebat ꝙ nullus angelus interponeretur regimini populi, nō autem per hoc fuit responsum ad scd'am. s. illā in qua dixit. Ostende mihi vias tuas &c̄. quæ quidē respōsio fuit hic prætermissa, eo ꝙ Moyses non solū desiderabat requiē suam propriā, habēdo diuinā gubernationē immediatā quo ad se, sed etiā quo ad populum, sic ꝙ Deus ambularet cū eis per cohabitationem in tabernaculo in medio populi, prout fuerat āte peccatū per Deum ordinatū, supra Exodi 33. vñ sequitur. Ait Moyses. Si non tuipse præcedas &c̄. qualiter aūt ipse petebat, ꝙ De⁹ eos pręcederet, statim declarat dicens. In quo enī scire poterimus ego & populus tuus inuenisse gratiā in cōspectu tuo, nisi ābulaueris nobiscū &c̄. in quo petebat, vltra prędicta insignū diuinæ placationis, ꝙ tabernaculū fœderis in quo Deus facie ad faciē loquebatur Moysi quod tunc erat propter peccatū populi elongatū extra castra, vt supra eodē cap. reduceretur intra castra in quo sciretur ꝙ nō solū Moyses, sed etiā populus inuenisset gratiā in conspectu Dñi, vt iam glorificaretur ab ōnibus populis, prout litera immediate sequens declarat: ad quod sequitur respōsio Dñi. s. dixit aūt Dñs ad Moysen &c̄. ex quibus ꝟbis videt̄ Deus cōcessisse Moysi duo. Vnū enī implicite, qd' etiā implicite Moyses petierat. s. ꝙ regimē populi esset per Deum & nō per angelū. Scd'm autē quod Deus ambularet cū populo per cohabitationē in tabernaculo prædictā, quorū primū patet ī executiōe

Esaiæ. 9. a.

Exodi. 33.

Deus ipse custodit synagogam.

Tum quia non legitur in toto processu Mosaicę vitæ, ꝙ fiat mẽtio de angelo loquẽte cũ Moyse, vel ei apparente post hoc sicut antea. Tũ quia de Iosue immediate successore ipsius Moysi legitur Iosue. 5. d. ꝙ apparuit ei angelus in persona viri, cũ gladio euaginato dicens. Ego sum princeps exercitꝰ Dñi, nũc veni. q. d. prout exponitur ab antiquis. Ego fui impeditus tẽpore Moysi magistri tui, sed nunc venio. Cui Iosue inclinatus in terrã dixit. Quid Dñs meꝰ loquitur cũ seruo suo? Ex quo patet, ꝙ subiectio populi Israelitici ad angelũ incepit a Iosue, nõ autẽ tẽpore Moysi. Facit etiã ad hoc, quod legit Deu. 32. b vbi agitur de deductiõe populi per desertũ, dicit ergo. Dñs solus dux est eorũ, & non fuit cũ eo Deus alienus & c̃. vnde in hoc quod dicitur, Dñs solus intelliguñ excludi angeli a ducatu illiꝰ populi. In hoc autẽ quod sequitur. Et nõ fuit cũ eo Deus alienꝰ, intelliguntur excludi dæmones. Hactenꝰ glosa Burgensis, quę si iuxta spiritualẽ intelligentiã capiantur vera sunt quia tabernaculũ fœderis beata ꝟgo est q̃ in signũ gratiæ & clemẽtię adducitur intra populũ Dei, vt ipse Deus habitet in ea, qui per peccatũ primorũ parentũ Deus erat nobis de longe, sed ꝑ Mariam fit nobis Deus de prope. Et verissimũ est, ꝙ viuente Maria, filius Dei in ea velut in tabernaculo fuit, nostrũq; immediatã curã habuit, nec tunc angelo indigebat ecclesia, quia filius Dei angelico (melius ꝙ Moyses) vtebatur officio, ꝓpter fœderis tabernaculũ, in quo nobiscũ manet fœdere sempiterno. Vñ iuxta mortẽ Christus dixit, Ioan. 17. b. Pater sancte serua eos in nomine tuo, cũ essem cũ eis ego seruabã eos in nomine tuo. Si viuẽte Moyse ac Deo in tabernaculo fœderis cõmorante (vt aiunt) synagoga nõ indigebat angelo, cũ Maria fit tabernaculũ fœderis, dum in ea filius Dei manebat, non videtur indigere angelico prẽsidio. Q; ipsa sit tabernaculũ

Deus ipse custodit Mariam

tabernaculũ est aniã. Eccl. 24. c

naculum fœderis patet per eandē quæ ait. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. q.d. me sibi tabernaculū creauit præ cæteris charū sibi. Omnis vt nostis, conscientia quieti spiritꝰ, ac modesti tabernaculum Dei est, vnde Psalm. ℣ dilecta tabernacula tua Dñe virtutū &c. vnde ad populū christianum dicitur. ℣ pulchra tabernacula tua Iacob, & tētoria tua Israel. Tabernacula Iacob sunt corda actiuorum, tentoria Israel sunt corda contemplantiū pulchriora quidē ac p̄cio siora. Tabernacula Iacob sunt quasi valles nemorosę, quia iusti actiui alios obumbrant, & quasi horti iuxta fluuios irrigui, quoniā vbertim fructificāt. Tentoria vero Israel sunt quasi cedri prope aquas. Glosa. Quasi angeli prope diuinam sapientiā. Et quasi tabernacula quæ fixit. Dñs. Glosa. i. sicut illa æterna tabernacula, quæ ostendit Moysi, cū construeret tabernaculū dicens. Vide ōnia, & fac scd'm exemplar tibi ostensum in monte. Verū licet hæc tabernacula plura sint valde, ac dilecta Deo & hominibus & āgelis, tamē respectu Mariæ sunt vt gutta roris, quia diligit Dñs portas Syō super ōnia tabernacula Iacob. Si portas huius tabernaculi tantū diligit, quantū arbitraris eū amare omnia interiora eius? tantū æquidem vt ipse dicat. Trā sibo in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum Dei in voce exultationis & cōfessionis. Ecce q; lætus properat filius Dei, ad tabernaculū suum in oculis suis et in oculis nostris mirabile, īmo & in oculis omniū viuentiū. Transibo (inquit) a patre videlicet in locū tabernaculi matris meę, quā volo facere domū Dei. Tabernaculū erat Maria ante incarnationē verbi, postea vero domꝰ Dei est. Transibo (inquit) vsq; ad domū Dei, vsq; dū tabernaculum ℣ginis faciā domum Dei in voce exultationis et cōfessionis ipsius dicētis. Magnificat anīa mea Dñm, & exultauit spiritꝰ meus in Deo salutari meo. Sed istū tran

Num. 24.a

tabernaculū est Maria.

Psalm.

Psal. 41.a

transit deꝰ in Mariā.

ſtum tranſitū Dei quis contēplari valet, niſi q̄ ſcru-
tatur qualiter ex filio Dei fit vſq; ad filiū hominis
tranſitus: ex vita ęterna in mortē, nō quidē peſſimā
ſed precioſam, ſed diuinā, qua mors ipſa moritur. A
ſummo cœlo vſq; ad infimū terræ, a ſinu, a corde
patris in viſcera matris, in locū (inquit) .i. in vterū
tabernaculi admirabilis Mariæ, vſq; dū eam faciam
domū Dei lætiſſimā in voce exultatiōis. Nūc opor-
teret ſcire, ad quid tranſiuit filius Dei in hoc admi-
rabile tabernaculū. Diceret quiſpiā, q̄ tranſiuit ad
cōponendas amicitias nobiſcū, ideo q; vocari taber-
naculū fœderis, & vt eā faceret locū cauſarū com-
munē, nam ſi quid cauſę aut querelę oriebatur ī po
pulo, ſtatim ferebatur ad oſtiū tabernaculi. Erat q;
ſacellū populi, ac refugiū ad quod & populꝰ adora
bat, eiq; offerebat preces ſuas. Erat q; ibi regimē to
tius multitudinis, quæ reſpiciebat quādo erigebat̄,
vel amouebat̄ tabernaculū, locū q; eius, vt vnaquę
q; tribus ſe diſponeret ſcd'm diſpoſitionē ſibi præ-
fixam reſpectu tabernaculi admirabilis, quod ōnes
duces ac exercitus circūdabat, & ſequebatur. Quā-
uis hæc ōnia ſcd'm allegoriā beatæ Mariæ aptētur,
nunc de cuſtodia eius, loqui ſolū libet, quæ mirabi-
lis eſt, quoniā ad hoc deſcendit filius Dei, vt eā im-
Eſaiæ.7.c. mediate cuſtodiret mirabiliter, quoniā Eſaias dixit.
Ecce ꝟ̄go concipiet &c̄. & ſequitur. Antequā ſciat
puer reprobare malū & eligere bonū derelinquet̄
terra, quā tu deteſtaris a facie duorū regū ſuorum.
Hic Richardus in ſuo Emanuele pluria optime no
tat vbi aduerte, q; terra dicitur a terendo, quia ſem
per teritur, & figurat humanā fragilitatē noſtram
quæ dicitur terra captiuitatis, & terra contritionis,
vbi eſt triplex malū .ſ. corruptibilitas, paſſibilitas,
tres partes terrę nr̄æ. mortalitas, ex prima ſequitur altera, & ex ſecunda
ſequitur tertia. Terra ergo noſtra has tres miſeras,
regiones habet, quibus quotidie teritur. In hac nr̄a
terra duo

terra duo reges exactores tyranni sunt duo vitia potiora .s. concupiscentia & ignorãtia, ille opprimit, iste seducit, vterq; in terra nostra captiua regnũ sibi vendicat, sed ille per violentiã, iste per fraudulentiam. Ignorantia subiecit sibi ões infideles, concupiscentia plures fideles sed malos. Quos tamen nõ vexat ardor concupiscẽtiæ? quos quęso quandoq; non circũuenit error ignorantię? qui post concupiscentias eunt, vni istorũ regum seruiũt. Alteri autẽ deseruiũt, qui dicũt bonum malũ, & malũ bonum ponentes dulce in amarũ, & amarũ in dulce, ponẽtes lucẽ tenebras, & tenebras lucẽ. Habemus itaq; in duobus regibus, duplex vitiũ, tenemus in terra captiuitatis nostræ triplex malũ, quod prius vidisti Duo reges sunt ad culpã, tria mala sunt ad pœnam. Sed pię mẽtis est illa sustinere, quæ sunt ad pœnam detestari autẽ ea quæ sunt ad culpã. Impietatis vero est illa quæ ad culpã sunt libẽter amplecti, ea autem quæ ad pœnã sunt gratanter detestari. Hinc est, q̃ ad impiũ regem Achã dicitur. Terra (inquit) quam tu detestaris. Absq; dubio impij detestant mortalitatem, quia semper viuere vellent, vt semp̃ peccare possent. Detestantur passibilitatẽ, quia vellẽt trãsire impune, quod cõmittunt cũ desyderio, & delectatione. Terra ergo nostra vt saluatorẽ germinaret, ab illis duobus regib⁹, ab illis duob⁹ vitijs oportuit immunis reddi, nã Richardus ait. Virgo Maria nisi ab omni vitiorũ contagio pœnitus fuisset aliena, Dei filiũ generare non posset, vt eñ virgo concipe ret, virgo pareret summa puritate ac sanctitate op⁹ habebat, & hoc est quod prophęta dixit. Antequã puer sciat reprobare malũ, & eligere bonũ: relinquetur terra a facie duorũ regũ suorum. Ac si apertius dicat. Anteq; Emanuel concipiat in eius matre, terra de qua veritas oritur a gemino peccatorũ fomite liberabitur. Nã spũs sanctus superueniẽs eam exuit

cõcupiscẽtia & ignorantia

terra secura ẽ Maria.

a fomite

a fomite ignorãtiæ, & virtus altissimi a fomite concupiscentiæ. Derelinquetur (inquit) libera. Sed nihil dixit de terræ huiꝰ innouatione, sed tantũ de eius liberatione, de qua & ipse propheta dixerat. Anteqũ sciat puer vocare patrẽ suum: & matrẽ suam (.i. anteqũ sciat loqui, vt Chrysostomus exponit) auferet̃ fortitudo Damasci, & spolia Samarię. Isti sunt duo tyranni, quos diximus terrã nostrã in pace relinquere. Sed hæc terra & si libera manfit, nõ tamen innouata, quia vt notat Richardꝰ, illud remansit in virgine: quod erat ad meritũ ob pœnã: & illud recessit qꝺ erat erat ad culpã. Vitiositas recessit, pœnalitas remansit. Ad hoc ergo transiuit filius Dei in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domũ Dei. i. vt Mariam impeccabilẽ faceret, sicut est domus Dei, vbi peccatũ minime regnat. Sed in hac liberatione siue libertate Marię quoddã mirabile est, dũ. s. in ea manent passibilitas & mortalitas quæ sunt causa ignorantiæ & concupiscentiæ, tamẽ effectus nõ sequeꝝ. Contra naturã itaq; videtur, qꝺ causa perdurãs suo effectu priuetur, ideoq; tanq; ad prodigium, vocat nos propheta dicens. Venite, & videte opera Dñi: qui posuit prodigia super terrã. Quæ aũt sint illa prodigia, quæ tantopere miratur, cõsequenter adiungit cum dicitur. Auferens bella vsq; ad fines terræ, arcum conterens, & cõfringens arma, & scuta comburens igni. Quæ est ista obsecro terra, de qua bella omnia fine tenꝰ auferuntur nisi illa de qua idẽ propheta alibi protestat. Veritas de terra orta est, & iusticia de cœlo prospexit: de hac itaq; terra omnis pugna tollitur. In hac terra pax plena reparatur. Arcum (inquit) conterens: & cõfringens arma. In arcu & sagitta percussio quidẽ est, non tam ꝟtuosa qꝺ artificiosa. Per arcũ em̃ intelligimus temptationes fraudulentas, per arma vero tẽptationes violentas. Attende itaq; in quantę securitatis arcẽ se erexit, ad

Esaiæ. 8. a.

Psal. 45. c.

pax Mariæ totalis est,

quãtam

quantã violenta q̃ fraudulẽta tẽtatio nullum deinceps acceſſum habere iam potuit. Arcũ (inquit) conterens & cõfringens arma, & ſcuta cõburens igni. Sicut per arcũ ſeductiones, ſicut per arma oppreſſiones, ſic et in ſcutis intelligim⁹ excuſationes. De quibus in propheta ſic habes. Non declines cor meum in verba maliciæ, ad excuſandas excuſationes ĩ peccatis. Excuſationes profecto quaſi quędã vitiorũ ſcuta ſunt, quibus ſe contra veritatis iacula muniũt & contra virtutũ iaculationes nõ mediocriter ſe defẽdunt. Sed illud oportet ſciri, quia vbi non eſt locus, accuſationi, nullus proculdubio relinquitur excuſationi. Quẽ ſua nãq̃ conſcientia in nullo accuſat, non eſt vnde ſe excuſare oporteat. Virgo itaq̃, cui nihil de virtutũ conſummatiõe defuit, nõ indigebat excuſatione, quia ignis diuin⁹ etiam excuſationes conſumpſit in ea. Illud em̃ quod igne cõburitur, ita conſumitur, vt nihil materię remaneat, vnde vel ex parte reparari queat. Vnde iuxta hanc prophetiã intelligi datur, q̃ dininus amor in Maria adeo cõualuit, adeo eam ipſam in õni bono ſolidauit, vt de cætero ſpiritualis qualiſcũq̃ defectus in eã incidere õnino non poſſet, nec aliquid quod qualicũq̃ excuſationi ſubiaceret, quia fuit in õni bono quod accepit cõfirmata. In cæteris ſanctis magnificũ habetur, q̃ a vitijs non poſſunt expugnari, in iſta mirificũ videtur q̃ a vitijs non vel in modico impugnari. Cæteris ſanctis in cõmune precipitur, vt in mortali eorum corpore peccatũ non regnet, ſoli Mariæ ſingulariter datur vt mortale corpus eius peccatũ non inhabitet. Nõ regnet (inquit) Apoſtolus peccatũ in veſtro mortali corpore. Ecce precipit, vt nõ regnet, ſed nũquid vt nõ inhabitet? attẽde ſuper hoc quod alibi dicat. Si em̃ quod nolo malũ, id ago, iam nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Sed quod de exterminio peccati erga Mariã factum creditur, futurum

ĩmunitas Mariæ,

peccatum regnat in malis

futurū in ōnibus sanctis speratur. Et ideo tabernaculum in hoc sæculo pertendit vsq; ad domū Dei, vbi mortalitas nostra induet īmortalitatē. Sed hoc fuit in Maria supra modū mirabile, & præ cæteris sanctis ōnibus singulare ꝙ in ea simul cōuenire potuit tanta corruptibilitas cū tanta incorruptibilitate Corruptibilitas in his quæ pertinēt ad pœnā, incorruptibilitas in his quæ pertinēt ad culpā. Sed sibi ad futuræ gloriæ augmentū nobis autē ad pacientię documentū profuit, ꝙ passibilitatis nostrę iugū cū tanta puritate portauit. Quia ergo dixerat propheta, in pace factus est locus eiꝰ, ideo filius Dei dixit. Transibo in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad domū Dei, vt. s. ita purus sit locus ille, vti est domus Dei, cœlestis in requie opulenta. Ecce igitur quō magni consilij angelus Chrs a summo cœlo trāsiuit vt matrē suā custodiret eo modo quo paradisū custodit.

¶ Pars scd'a, de varia ỹginis custodia.

¶ Quāuis Deus solus existens in Maria custodierit ciuitatē, adhuc non frustra est adhibita ei archangeli custodia, qui dū virgo in Aegyptū pergeret ac reuerteretur ita sollicitus fuit in eius custodia Ioseph, reuelādo vt tolleret puerū, & matrē eius, cæteraq; huiusmodi eis nota faciens, vt valeamꝰ de ipso dicere. Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel. Quīuis ergo possimus dicere ꝙ Dns solus custos eius fuit, non ideo videt secludēda custodia Gabrielis subordinata, vt Matthias probat cōtra Burgensem de synagoga in loco præallegato, quę quāuis posita fuerit sub manu Moysi, nō propterea Michael princeps synagogę fuit ab ea semotus, nec ab eius custodia depositus, & sic impræsentiarū possumus dicere, ꝙ & si filius Dei existens in matre sua vt pupillā oculi custodierit eā, non ideo Gabriel semouendus est, vt patet figuraliter in eodē capitulo Exodi iam appellato, vbi & si Moyses in tabernaculo Dñi

trinitas custodit Mariam,

Exodi. 33. c

culo Dñi staret, eiusq; curã haberet, dicitur tamẽ ibi dem. Minister eius Iosue filius Nun puer nõ recede bat de tabernaculo. Iam quidẽ vestra charitas nouit quomõ deipara ỹgo est tabernaculũ Dei, Moyses Christi hominis figurã tenet, qui existens in taber naculo ipsi Deo loquebatur, dũ pẽdebat super illud nebula, quæ obũbrationẽ spiritussancti designabat in ỹgine qua mirabiliter protegebaẽ, nihilominus Gabriel minister Moysi non recedebat de taberna culo ỹgineo. Sed iure minister iste vocatur filiꝰ Nũ quod interpretatur ętternꝰ vel permanens & est pa ter Deus ex parte cuius missus fuerat Gabriel, nam filius & spũssanctus in personis propriis missi fue ran tad virginẽ, & velut ex parte patris Gabriel as sistebat ei, vt sic tota trinitas custodire videretur ta bernaculũ istud de quo scriptũ est. Elegi emꝫ & sanc tificaui locũ istum vt sit nomen meũ ibi in sempiter num, & permaneãt oculi mei, & cor meũ ibi cunc tis diebus. Hæc sunt ỹba totius trinitatis de templo suo Maria loquẽtis, Pater dicit, elegi, spiritussanctꝰ dicit, sanctificaui, filius autẽ ait. Vt sit nomen meũ ibi in sempiternũ, & permaneãt oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus. Ecce quomõ tabernaculũ fit domus Dei vbi filius habitat, qui natus ex ea di misit ibi cor suũ, & ponit super eã oculos suos in sẽ piternum. Propter custodiã trinitatis figuratur bea ta virgo in illa domo Dei ostensa Ezechieli, quę tri plici muro cingebatur, de qua etiã dicit. Ista est lex domus. In summitate mõtis omnis finis eius, ĩ cir cuitu sanctũ sanctorũ ẽ Glo. In tabernaculo a Moy se descripto & a Salomone fabricato, solũ interior pars sanctũ sanctorũ appellabatur, sed in hac domo omnes termini reputãtur in sancta sanctorũ. Nam in Ioãne Baptista, & in alĩs quibuscũq; sanctis san ctificatis tantũ superior portio ratiõis reputabatur in sanctũ sanctorum, vbi erat oraculũ pars autẽ rati onis infe

2. Para. 7 c

Ezec. 43 d

Maria tota sancta sanctorū est.

onis inferior dicitur sanctū, atriū aurē extra est sensu alitas, apud Mariā vero termini ōnes in sancta sanctorū reputantur, quia totā Deus inhabitat, totū vigilanter custodit, totā sibi vendicat, ac deuincit, vñ propterea dictū est. In summitate mōtis ōnes fines eius, & in circuitu sanctū sanctorū est. Cautū erat, in lege ne bestia montē tangeret, nec videret eū, & vt taliter ab eo semoueret, ne videri posset ab ipso

Exod. 34. a

monte, vnde Dñs ait. Stabis mecū super verticem montis, nullus ascendat tecū, nec videatur quispiā, per totum montē, boues quoq; & oues nō pascantur econtra. Iste mōs Dei quo insedit Deus, beata ẏgo est, quæ non solū pecorib⁹ vitiorum ōnino caruit, sed nec ea vidit ecōtra, nam ita erat ōni ex parte munita, q; nec aduersus eā stare audebant. Stant vitia e regione, quādo se memoriæ nostræ offerunt vt saltem obiectu suo turbēt nos, Maria vero in custodia sua ita inoffensa permānsit, q; nec vidit corruptionem, nec memor fuit operū malorū. Immo pl⁹ volo asserere, q; nec memor erat operū bonor̄. Bonę cogitationes aliquādo distrahunt cōtemplantis animū, dum veniunt tēpore non suo, nā dęm ō etiā bonas cogitatiōes immittit, vt a melioribus separet nos. Et ipsa bonę lectionis cōsuetudo aut sanctarum rerū occupatio dū in sacris stam⁹ solet occurrere nobis importuna vt luctus in cōuiuio nec em̄ est in manu viri, sic ordinare cōtemplationes suas, q; altera alterā non offendat, sedeat q; iuxta ætatē suam, & iuxta primogenita sua scd'm dispositionē quam

bona cogitatio impedit aliquādo meliorem,

Cantic. 2. a

habuit Ioseph in cōuiuio fratrū suorū. Fœlix ergo quę dixit. Introduxit me rex in cellā vinariā, & ordinauit in me charitatē. Maria vero ab hūanis eleuata sicut nec vitiorū cogitatiōes videbat, sic nec bonarum obiecto poterat occupari, erat em̄ virgo in vsus cōsecrata diuinos, ideo nec nostra cōsyderat, nisi pietas materna eam excitet aliquādo. Hoc sane no

uerat

uerat ſpūſſanctus, dum monuit nos dicens. Adiuro vos filiæ Hieruſalē per capreas ceruoſq; cāporū, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipſa velit. Capreæ, ac cerui ſemper alta petentes, angeli ſunt, quorū non eſt cū hominibus cōuerſatio: horū morem gerit Maria ſomno contēplationis ita ſepulta, vt mortuā ſenſibus crederes. Vnde pronitas ſenſuum noſtrorū, quæ deprimit animū contemplātis non potuit nocere Mariæ, quæ ab intus potius q; ab extra cuſtodita erat ac præuenta. ¶ Hactenus de cuſtodia ꝟginis Mariæ aliqua tetigi, ſed nunc aſſero q; fere nulla indiguit cuſtodia, preſertim a tempore incarnationis, a quo quidē habuit fines ſuos pacem, quæ ſola erat vt caſtrorū acies ordinata. Cur debet cuſtodiri, quę ſcit hoſtes nō poſſe nec ei appropinquare? nunquid Gabriel aut beatus aliquis eget cuſtodia? ſi ad nos vſq; aduētaret ſancta Barbara deferret ne cuſtodiā ſecum? minime. Cum ergo beata Maria teſte Richardo, ab ipſa incarnationis fœlici hora, cōfirmata vt iangelꝰ Dei fuerit in gratia, & in omni bono, dicendū eſt, q; nō eguit cuſtodia. Quæro eā te ſi haberes tibi magnū ignem, vt eo corpꝰ tuū protegeres a frigore, focus aut fornax vbi eſt ignis ille, indiget a frigore cuſtodiri? Ignis totius charitatis Dei aduenit Mariæ pro nobis frigidis, nā filius eius dixit. Ignē veni mittere in terrā, quid volo niſi vt ardeat? iſte ignis fuit in Syon, eo ipſo q; erat ibi ſeruabat eā, non alio actu, ſed primo, ita vt nec opus eſſet de cuſtodia cogitare. Legimꝰ in libro regum, & in libro Paralip. q; allata in domū Dñi arcba, ſic maieſtas Dñi impleuit templū, vt ſacerdotes nō poſſent miniſtrare, nec ſtare, ſed & cantores corruerūt. Et ergo poſtq; filius Dei deſcendit in ꝟginem, ita erat occupata, q; vix poſſet animū ſuum retrahere ab illa maieſtate, quæ ſibi totū animum virginis vendicauerat, quā ita ſecurā reddit Deꝰ, vt

Cantic. 2. b

Maria caret cuſtodia.

3. Reg. 8. b, 2. Para. 7. a

nulla

nulla deinceps indigeret custodia quia frustra custo
ditur, quod impugnari nō potest. Vnde Ioānes ait
Apo. 21. g. in suo Apocal'. Portę eius non claudētur per diem.
Esa. 60. c. Sed hoc melius prędixit Esaias, dū ait. Et aperiētur
portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudētur, vt af
feratur ad te fortitudo gentiū, & reges earū addu-
cantur. Gens ēm & regnū quod non seruierit, tibi
Maria nos peribit. Gloria libani ad te veniet &c. mirabilia e-
custodit ructat ibi Esaias de securitate ỽginis nostræ, q̄ custo
dia non eget, cū sit ipsa totius ecclesiæ protectio, nā
ei adduxit Deus fortitudinē nostrā, ideoq; vocatur
vrbs fortitudinis nostræ Syon, quæ patulas habet
ianuas, vt afflictus quisq; pro auxilio impetrando,
libere possit introire. Reges etiā dicūtur ad eam ve
nire pro auxilio, vt ad literā patet in magis. Nā hęc
ỽgo beatissima est turris Dauid, vbi ōnis armatura
fortiū reperitur. Q̄uis Maria nō eget custodia ob
Dei prędentiā omnipotentē, quę cōfortabat eam, ta
men in scripturis sacris multipliciter describitur ei⁹
custodia, quæ magis ad ipsius honorē seu decorē, q̄
ad subuentionē ei exhibita est: sicut & cœlestis Hie-
rusalē dicitur habere custodiā, qua quidē non eget,
quia nō habet timores nocturnos: tamē dicitur cu-
stodiri, quoniā beat⁹ Ioannes describens patriā cœ
Apo. 21. c. lestem ait. Habebat murū magnū & altum, haben-
tem portas duodecim, & in portis angelos duode-
cim. Sicut ergo cœlestis patria, quæ propter inhabi
tationē Dei non eget custodia, custoditur adhuc, sic
beata ỽgo semper custodiebatur dū in carne mane
bat. Primo vt nobis pręberet exemplū, ne quis es-
set absq; muroꝝ ambitu, ne quis negligeret se: nam
custodia si forti apponit custodia, debilis inermis qualis erit?
sui, Si Mariæ quæ Dñm exercituū ferebat secū, adhuc
se custodit, peccator quid deberet facere? Arbitrant
sane aliqui, neglecta cura sui, q; angelus pedagogus
totaliter eos etiā dormiētes custodiet. Si vigilātib⁹

& non

& nõ desidibus iura subueniũt, quãto melius putas angelũ sollicitum erga vigiles q̃ erga desides? Nũc nihil aliud vobis dicere volo, nisi illud q̃ patriarcha Moyses custos antiqui populi dixit, postquã ostenderat, quomõ Deus præ õnibus dijs custodiebat filios Israel, nam eis dixit. Non est alia natio tam grãdis, quæ habeat deos appropinquãtes sibi. &c. & post pauca subdit. Custodi ergo te ipsum, & animã tuã sollicite. Eis quos Deus & angeli ac leges & cerimoniæ custodiebãt, præcipit, vt se & animas suas custodiant, vbi voluit ostendere, q̃ nulla custodia subueniebat negligenti. Quãuis ergo habeas custodem angelũ Dei, esto etiã tuipse angelus tuũpsius: quia propterea dicitur tibi. Custodi ergo teipsum, & animã tuã sollicite. Teipsum (inquit) & animã tuam, ac si apertius diceret. Qui corpꝰ custodis, cur animã non custodis? vtinam custodires animã sicut corpus, quod sic nutris, & induis mutatorijs. Quid portas in corpore nisi stercora? in anima vero habes imaginẽ Dei, & regnũ Dei intra vos in anima est. Cur ergo depositũ non custodis? Habes in anima tua, nisi quod habuit beata ỽgo in vtero suo, vel q̃ non est Christus formatus in te? sed a quibus inquies me custodire debeo? tres sunt inimici tui. s. dęm õ ab hoc te Deus custodit. Mundus ab hoc te custodit angelus: Caro, & ab hoc tu custodi te & animã tuam ne dicas. Oculus meus deprędatus est animã meam. De Maria vero Chrysostomꝰ ait. Infinitã militiam angelorũ ad glorioſę ỽginis obsequiũ deputatam nullatenus ãbigimus, vt custodirent lectũ veri Salomonis gratissimũ, & curarent, cauerentq̃ ne præparatũ ęterni regis hospiciũ hostis inuaderet. Doctor autẽ illuminatus tenet, q̃ imediate ab ipsa trinitate custodiebatur, & vltra hoc sibi in obsequiũ plures angelos destinatos, tertio q̃ nullus dæmon permissus est ad eã accedere, ego autẽ arbitror q̃ fu-

Deut. 4.

custodia Mariæ exhibita.

giebant ab ea tanq̃ a cruce. Cum autẽ beata virgo dicatur vas auri solidũ ornatum õni lapide precioso & angeli per Ezechielẽ preciosi lapides vocentur, õnib9 eis ornata videtur Maria.i. custodita nõ ꝓpter necessitatẽ sed propter ornatũ, sicut corona circundari solet gẽmis sic circa eam erat fratrũ. s. angelorum, qui tanq̃ fratres habuit in conciues ac seruos dum vixit in terris, quibus a tẽpore incarnationis dignitate et gratia superior fuit, ideo eis non indiguit ad euitandũ peccatõ, propter stabilimentũ gratiæ manenti apud eo reius, tamẽ ipsi angeli Dñę suę assistebant vigiles, vt intus & extra õni possibili securitate muniretur, hic per gratiã, & in futuro per gloriam. Amen.

¶ Sabbato tertię dñicæ aduentus. De aduentu fortitudinis Dei ad fragilitatẽ virginis pro nobis.

Missus est angelus Gabriel Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio vbi ostendit q̃ angelus benedixit Iacob. i. l berauit ab Esau.

Gen. 48, c

PAtriarcha Israel cũ iam in extremis ageret: Ioseph ei afferenti filios suos dixit. Angelus qui eruit me de õni angustia benedicat pueris istis Patri afferebat Ioseph dilectos filios vt eos benediceret, ille autẽ angelicã benedictionẽ expertus, eam suę prætulit ac pueris optauit. Nã tunc tẽporis memor fuit Iacob, qualiter angelo dixerat. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco. Erat quippe Iacob in afflictione positus timens fratrẽ suum Esau, deuouerat ẽm ei mortem, propterea q̃ subripuerat ei benedictionẽ, quã ei confirmans angel9 benedixit eũ in eodẽ loco, declarans cœlitus eũ digniorẽ benedictione q̃ Esau, ideoq̃ vt eũ non timeret, dixit ei angelus. Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuũ. Iacob interpretatur planta propterea q̃ egressus ab vtero fratris plantã manu tenebat, sed reuersus a Mesopotamia per

pater & angelus bñdicũt iacob. Gene. 32. f.

tamia pertimuit a fratre conculcari, vt autē angel⁹ consolaretur eū, appellauit nomen eius Israel, quod interpretatur prēualens cū Deo. q.d. homines non timeat, qui Deo adhēret Sic ergo angelus eruit Iacob de cunctis malis, qui pariforma expetebat fieri cum filijs Ioseph, & propterea dixit. Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Si ergo filij Ioseph benedicti sunt ab angelo, quid censendum est de sponsa Ioseph sanctioris, quā statim ꝙ eam angel⁹ vidit benedixit dicens, benedicta tu inter mulieres? Prēsto fratres mei est angelus ad benedicendū: maxime si rogatur ab eis quos iā semel benedixit. Mariā vero inter mulieres (hoc est) inter animas voluit angelus benedicere vt ostenderet ꝙ per eā cæteris erat benedictio prēstanda sicut per solē stellis exhibetur benedictio illuminatiōis. Vt ergo a beata virgine & ab angelo eius benedictionē, gratię obtineam⁹ salutationē ac benedictionem angelicā ei prēsentantes genib⁹ flexis dicamus Aue.

Maria ab ā gelo benedicta.

¶ Argumentū quo probatur, ꝙ Maria est mulier fortis ab angelo reperta.

Proue. xxxi. fortis mulier maria.

REx Salomon dū beatā virginem describere vellet, vt eā ostenderet non cito venturam, dixit. Mulierē fortē quis iuenietꝰ & ne quis de eius inuentione desperet, addidit. Procul & de vltimis finibus preciū eius. s. inuentoris vt ait glo. interli. quæ etiā vult, ꝙ inuctor iste non solū reperiat hanc mulierē, sed ꝙ reperiendo faciat illā fortē: ita vt sit repertor & collator, repertor quo ad mulierem, collator vero quo ad fortitudinē ei prēstandā Cum ergo Gabriel interpretetur fortitudo Dei, atq; ab vltimis finib⁹. s. ab ipsa trinitate procui ostensa veniat ad virginē, in oculis nostris cōpleta est, prophetia Salomonis vaticinantis mysteriū aduentus, huius angeli de quo ait thema. Missus est angelus, Gabriel a Deo. In sermōe ostendā quomō Gabriel

Diuisio

virginē fecit fortē, ita vt etiā pareret fortitudinem Dei. Priori parte differā de ipsa fortitudine, posteriori vero qualiter hæc fortitudo datur Mariæ & qua re vt. s. eam tēperet, ac permutet.

Pria pars

¶ Filia illius qui a fortitudine sua petra dictus est, dum videret Flaccū comitem gratia cōtrahendi ad se venire cū militibus (nam eam decreuerat in vxorem assumere) cui ẏgo sancta dixit. Ad puellā inermem cū militibus armatis veniſti? hoc fere Maria de Nazareth angelo Gabrieli poterit ingerere, cū intepretetur fortitudo Dei, quæ nō videtur apta puellæ delicatæ. Nam si Dauid reiecit arma Saulis, nec potuit cū eis incedere, quomō teneræ ẏginī aptari poterit fortitudo Dei? Hæc sane potestatib⁹ sublimioribus cōuenit, qui potestatē exercēt super nos. Enses aut gladios puellis nō exhibem⁹, sed fusum vel acum. Igitur, o Gabriel videas an vel Gedeoni vel Iosue fortissimis destinaris vel alijs ducibus prępparatis ad prelium Dñi. Maria vero nō eget nisi monilibus, aut lino, byssoue, aur cocco, vt labores suos arte depingat, siue affer vtēsilia sibi ad telas peragēdas necessaria: est em̄ textrix. Cōmunis ac triuialis sententia est, cp in habētibus symbolū facilior est trāsitus, & propterea in ignē facilius cōuertitur aer cp terra, quia ignis & aer symbolizant. Et sic Deus citius prestat gratiā gratis, cp ingratis: ac libētius dat gratiā pro gratia, i. beneficiū pro gratiarū actione, quoniā ipse dixit. Habēti dabitur, & habūdabit. Ecce quomō in habentibus symbolū facilior est transitus, quia facilius Deus prestat præstantibus cp alijs. Et habētibus fidem acquisitā facilius datur infusa: vnde maxima Theologorū conclusio est. Facientibus quod in se est, Deus dat gratiā. Cum ergo beata Maria ex se nullam habeat fortitudinē, fortitudo Dei nō est ei cōsentanea. Q2 ipsa omnibus debilior sit, figuraliter patet in Hester, de qua dicitur. Assūpsit duas

fortitudo non videtur apta Mariæ,

gratiarum actio.

Hester. 15. b

set duas famulas, & super vnam quidē innitebatur, quasi præ delicijs, & nimia teneritudine corpus suū ferre non sustinens. Et sequitur. Regina corruit, & in pallorē colore mutato, lassum super ancillulā reclinauit caput. Cōuertitq; Deus spiritū regis in mā suetudinē, & festinus ac metuēs exiliuit de solio, & sustentās eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur. Quid habes Hester, ego sum frater tuus. Ecce quom ō blandicijs eget beata virgo, & nō fortitudine, qua potius terretur q; confortaī O beata Maria non te frangat ista res, nec putet aliquis tibi alienā fortitudinē Dei, quā tibi signanter angelus affert ab illo qui tibi mādat eam, quia tibi aptior est q; alijs quibuscunq; etiā angelis. Et vt prius argumenta eneruemus, aduertite q; maxima dona Dei nō cadunt sub merito, nec sub prēparatione aliqua ad illa vt patet in opere incarnationis & in maternitate ỹginis Mariæ, ideo nō semper tenet, q; in habētibus symbolū facilior sit transitus: nam Deus volēs implere cor viri iusti, vult vt sicut aqua effundat illud, tali, s. modo vt nihil i eo remaneat, nec odor aut color aut sapor: ecce quom ō pro nihilo saluos facit suos Deus, qui tātę misericordię est, vt vellet q; vbi delictū habundauit, habundet & gratia. Delicti ad gratiā nulla est symbolizatio aut cōuentio. Vt aūt generaliter de fortitudine loquamur aduerte, q; fortitudo sanctorū potius est infusa q; acquisita: & habet pro firmamēto propriæ fragilitatis cognitionē: vnde qui exoptat peruenire ad fortitudinem Dei, studeat ac perpendat, q; debilis est etiā in resistendis minimis sceleribus, aut incōstans in bonis exequēdis: & ex ista cognitiōe quæ potiꝰ est euidentia, coarctabitur adhærere frequētius ac verius Deo suo, de quo dicitur. Qui dat lasso ỹ tutē, & his qui nō sunt fortitudinē, & robur multiplicat. Bonum quidē est lasso virtutē conferre, melius aūt & his qui

humilitas saluat.

Esai. 40. g triplex fortitudo.

his qui nõ sunt, fortitudinẽ pręstare, optimũ aũt robur addere, vñ tres gradus in prędictis ꝟbis tetigit ꝓpheta, incipiẽtiũ ibi, dat lasso ꝟtutẽ: proficientiũ ibi, & his qui nõ sunt fortitudinẽ: perfectoꝝ ibi, & robur multiplicat. Ambulãtis vias difficiles dicunt In via iniqtatis lassati sum⁹, & his cõfert Deus virtutẽ pœnitẽtiæ, vt quẽadmodũ exhibuerũt mẽbra sua seruire iniusticię ad iniqtatẽ sic ea mutato cõsilio adhibeãt operib⁹ bonis, vt ille qui postq̃ cõsumpsit substãtiã suã viuẽdo luxuriose, inter pr̃is sui mercenarios cõputãdus venit operã dare labori. Proficiẽtibus ãt in opibus bonis p̃stat fortitudinẽ Deus, dũ videt eos mutare fortitudinẽ, sicut aqla mutat plumas, vt melius ꝑuolet. Hij autẽ mutãt fortitudinẽ q̃ ea opera Deũ querũt, qua mũdũ antea q̃rebant: vnde Gregori⁹ ait, super illud, Qui cõfidũt in Dño mutabunt fortitudinẽ. Fortitudinẽ mutamus, cum cõuersi tanta ꝟtute pręsens sœculũ fugimus, quãta hoc antea querebam⁹. Isti dicũtur nõ esse. s. sibi fortes sed Deo: vñ aiunt. In Deo faciemus virtutẽ, & ipse ad nihilũ deducet inimicos nostros. Isti ergo nõ sunt fortes in vindicãdo se, nec in resistendo ideo nãq; ouibus cõparantur, & agno corã tondente se obmutescenti: qui nec linguã habet, qua pro se loquat̃. Isti ergo viri proficientes in fortitudine Dei, dicuntur nõ esse, quia manibus carent, quibus resistãt persecutoribus, & pedibus q̃bus eos insequãtur, & lingua qua tueantur se, & armis: tamẽ dat eis De⁹ fortitudinẽ suam, vt eum valeant imitari pacientẽ. Perfecti autẽ viri quibus Deus robur multiplicat, contra Deũ (vt alter Iacob) sunt fortes, dũ orationi insistunt, & lachrymis instãtes victoriæ spũs. Isti gemitibus vincũt Deum, & ieiunio superãt dyabolũ nõ tñ adhærẽt sibijpsis, nec in se aliquã habent fiduciã: vnde quidã eoꝝ dixit. Suspẽdiũ elegit anĩa mea & mortẽ ossa mea. Ecce quõ dicunt̃ ossa fortia mori

Esa. 40. g.

defectio sãctorum bona

apud

apd' ſeruos Dei, qui ōnino ſibi nō adhęrēt, ſed Deo crucifixo ſuſpēdūtur, vt ab eo captēt fortitudinis incremētū, ſciētes q̄ vt ait mater Samuelis, nō in fortitudine ſua roborabit vir. Richard⁹ autē ſuper illd' Cātico. Sicut turris Dauid collū tuū, ait. Hæc turris nō tam ipſoꝝ q̄ Chriſti eſſe dicit, ex eo q̄ Chr̄i potius q̄ ipſoꝝ ỽtute perficit. Nō ego (ait Paulus) ſed gr̄a Dei mecū. & Iob ait. Ecce nō eſt mihi auxiliū in me: vnde & alibi q̄ in ſe fiduciā non haberet, manifeſtat dicens. Deſperaui: qui per hoc q̄ de ſe deſperauit, melius in diuina ſpe cōualuit. Quantū fideles de ſe diffidunt, tantū in diuinæ ſpei adiutorio confidunt, & quā ū de ſe infirmant, tanto fortiores ſunt & potentes in Deo. Sicut em̄ quod ſeminat, niſi prius moriat, ita, pficere volēs nō roborat, niſi pri⁹ in ſe infirmet & ex hoc humilietnec in Deo, pficit ſi nō pri⁹ in ſe deficit, & defectū ſuū cognoſcit. Impoſſibile eſt igit quēpiā de ſeipſo triūphare poſſe, donec experimēto didicerit propria ſe ỽtute obtinere nō poſſe triumphū. Hæc ilie: oſtendēs quomodo in fragilitate ſanctorū recipitur fortitudo Dei: vnde cum ſpūs Dñi dona ſua exhibet in eadē anima, coadunare dicit fortitudinē & timorem Dñi, & adhuc pręualet timor de quo dicit. Et replebit eum ſpūs timoris Dñi. Nullum donū tam habundant̄ præſtat, quia eo non ſolū implet ſed replet animā, & poſtea ei fortitudinē infundit, cui⁹ baſis eſt timor Dñi. Fortitudinis donū mediū ponit Eſaias inter alia, vnde quartū occupat locū, quaſi cætera ei deſeruiāt: vnde quidā doctor ſuper pſalmos ait. Quatuor dona pertinent ad intellectū, & ad effectū tria: Ad intellectū pertinet ſapere & intelligere diſcernere, ſcire: ad affectū vero, confidere, diligere, timere. Spūs ita q̄ ſapieneiæ & intellectus, ſpūs conſilij, & ſcientię cōgruit intellectui: ſpūs vero fortitudinis & pietatis & timoris Dñi conuenit affectui. Scimus q̄ omnis affectio

Eſaiæ. ii. a. timor dñi, habūdanti or cæteris donis

ſeptē dona ſpūſſancti ſeruiūt fortitudini

affectio ex cogitatione oritur: nunquã em̃ mens circa aliquid afficitur, nisi prius res ipsa per cogitationem videat̃. Tres igitur illi spũs qui ad affectũ pertinent, solent ex alijs ad intellectũ pertinentib⁹ exurgere: nam aliquoties ex spiritu sapientiæ, quãdo ex spũ intellectus, aliquando ex spũ consilij, aliquãq; ex spũ scientiæ, mens hominis ad fortitudinẽ erigitur, & ad cõstantiã roboratur. Spũs sapientiæ spirat a meridie, spũs intellectus spirat ab oriente, spũs consilij ab aquilone, spũs scientiæ sonat ab occidẽte: a quacunq; em̃ plaga spũs sufflet, spirat in fortitudinem, quæ mediũ locum tenet, habens hinc inde sibi suffragãtes, a dextris spiritũ pietatis, a sinistris. s. timoris: hos autẽ ventos producit Deus de thezauris suis. Hæc ille, ostendens quomõ cætera dona fortitudini seruiunt: nam hæc virtus citius degenerat q̃ aliæ: quoniã Hieronymus dicit. Fortitudo atq; constãtia, via regia est, a qua declinat ad dexterã, qui temerarius ac pertinax est, ad sinistrã vero qui formidolosus & pauidus est. ¶ Item fortitudo ponit̃ media inter dona spũssancti, quasi mater iter filias suas: sunt em̃ ei septẽ filiæ, quibus necessaria sunt septem dona. Filias ãt fortitudinis enumerat Hugo de sancto Victore, in arbore virtutũ, vbi post fortitudinẽ describunt̃ requies, stabilitas, constantia, tollerantia fiducia, magnanimitas, perseuerantia, tanq; eius filiæ, quę a matre non separantur, vnde iure designan
Zacha. 3. d tur in septẽ oculis, de quibus, ait Zacharias. Super lapidẽ vnum septem oculi sunt. Primus igitur oculus est requies: nã fortitudo christiana requiẽ respicit, q̃m & de nono filio suo dixit Iacob. Isachar asi-
Gen. 49. b nus fortis accubãs inter terminos vidit requiẽ q̃ esset bona, & terrã q̃ optimã, & suppposuit humerũ
Psalm. 54. suũ ad portandũ. De oculo scdo videlicet stabilitate psalmographus ait. Iacta super Dñm curam tuã, & ipse te enutriet, nõ dabit in ęternũ fluctuationẽ iusto

quoniã

qm̃ & alius ꝓpheta dixit. Tenebit iustus vĩa suã & mundis manibus addet fortitudinẽ. De tertio fortitudinis oculo videlicet cõstantia dixit Matathias filijs suis dũ in extremis ageret. Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia cũ feceritis q̃ vobis præcepta sunt a Deo vestro, in ipsa glorioſi, eritis. De oculo quarto. ſ. tollerãtia dicitur Sarę post labores plurimos. Forti animo esto filia mea, Dñs cœli det tibi gaudiũ pro tœdio quod ꝓpessa es. De quinto. ſ. fiducia Esaias dixit. Cõfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Ad rationẽ genua, & manus ad operationẽ, quia fiducialiter oportet semper orare, & nunquã deficere. De sexto. ſ. magnanimitate Paulus proclamat. In õnibus tribulationẽ patimur, sed nõ ãgustiamur, aporiamur sed non destituimur, persecutionẽ patimur, sed non derelinquimur, hũiliamur, sed non cõfundimur. Vera ergo fortitudo propter magnanimitatẽ suam õnia putat sibi vtilia, & materiã exercendę virtutis, de talib⁹ nam q̃ dicitur, Habitatores Gabaa erant viri fortissimi, ita sinistra vt dextra pręliantes. Fœlix qui vtraq; manu. i. vtraq; fortuna tristi ac læta, pro dextera vtitur, vtile sibi reputans quodcũq; aduersum. De septimo tandẽ oculo. ſ. perseuerãtia scribit. Dedit Dñs ipsi Caleph fortitudinẽ, & vsq; in senectutẽ permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locũ. Ecce quom õ finis fortitudinis est, vt ascendat in excelsum terræ locũ, terræ. ſ. viuẽtium, cuius altior locus est: quẽ martyres occupãt, qui fortes facti sunt in bello. Sed vnũ deprecor aduerte. ſ. q̃ prima fortitudinis attentio siue oculus dicta est requies, quoniã vidit requiem, q̃ esset bona Yzachar, qui interpretatur prẽmiũ, & hoc obtinet Caleph, qui interpretatur quasi cor, quouiã si præmiũ obtinere volum⁹ oportet, vt insit nobis fortitudo quasi cor quod est fons vitæ nostræ, quod &

Iob. 17. b

1. Mac. 2. g

Thob. 7. d

Esaiæ. 35. a

2. Cor. 4. g

Iudic. 20. e

Eccl. 46 b

plus cæ

plus cæteris membris vitã seruat. Fœlix qui seruat fortitudinẽ suam, quoniã hic & nõ alius saluabitur

septẽ dona seruiũt septem partibus fortitudinis

℣ Nuncautẽ opere preciũ est videre, quomõ isti septem oculi, aut heę. 7. filiæ fortitudinis egeãt septem donis spũssancti, de primo nõ est dubiũ, quoniam scr ptũ est. Timor Dñi fiducia fortitudinis eius .s. inquirentis requiẽ ęternam. De scd'o. s. stabilitate fortitudinis, cui scd'm spiritussancti donũ conuenit, quod est pietas dicitur. Fact9 est fortitudo pauperi, fortitudo ęgeno in tribulatione sua. Ecce quõ fortitudo eget pietate, sicut & timore Dei, de q̃ iam diximus, nec mireris q̃ egeat timore, nã vir fortis sicut nõ timere audet, ita non incõsulte timet, nam Christus Dñs fortis erat, & nihilominus timuit.

Pro. 14. d. Esaiæ. 25. b

Tertia proprietas siue ocul9 fortitudinis est cõstantia, & hæc eget dono scientiæ, qua scitur cõuersari in medio nationis prauę irreprehensibiliter. Non habenti vel nolenti potiri hoc dono dicitur. Si desperaueris lapsus in die angustię imminuet fortitudo tua. Dies angustię est dies tẽptationis, qua angusta tur anima & tunc eget dono illius, qui docet hominem scientiã salutarẽ in remissibnẽ peccatorũ ac p̃seruationẽ. Quarta pars fortitudinis est tollerantia, & quartũ donum spũs dicitur fortitudo, propterea q̃ ipsa virtus fortitudinis magis relucet in hac parte, q̃ in cæteris, vnde Sapiens dixit. Vbi plurimæ apparent segetes, ibi manifesta est fortitudo bonis Ac si dicat, nõ in pinguedine, aut corpore, aut ætate iudicatur bonis fortitudo nisi in laborũ fructificantium tollerãtia. Sunt enĩ qui ℣bo & cogitatione & etiam desiderio fortes sunt quia fortia loquũtur scribunt, cogitant, atq; optant pati, non tamẽ dicentur probati fortes, nisi sint tollerantes fortia siue difficilia. Quinta pars fortitudinis est fiducia, q̃ eget quinto dono spiritussancti (hoc est) consilio, quoniã Sapiens dixit. Fortitudo simplicis via Dñi. Via. i. passio Dñi

Pro. 24. a

Pro. 14. a.

Pro. 10. d.

sio Dñi nobis fiduciã præbet, quia nobiscũ est socius in tribulatione, vt nos eripiat, & glorificet. Sexta pars quæ est magnanimitas, eget sequenti dono. s. spiritu intellectus. Cũ autẽ iuxta Esaiæ vaticinium vexatio ipsa dat patientibus intellectũ, de anima viri iusti dici potest. Fortitudo & decor indumẽtum eius, nam bonis noticijs veluti bonis habitibus induitur pulcherrime anima, quæ ex his quæ passa est didicit. Septima fortitudinis pars est perseuerantia, quæ indiget meliori dono. s. spũ sapientiæ, de quo & Salomon dixit. Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus atq; validus. In trina repetitiõe denotat õnimodam perseuerantiã, quã sapientia prestat viriliter agenti, quoniã attingit a fine vsq; ad finem (vt supra diximus de Yzachar & Caleph) atq; fortiter ac suauiter disponit õnia. Suauiter inq̃ quoniã perseueranti & assueto nihil est difficile.

Pro. 31, f

Pro, 24, a,

¶ Posterior pars.

¶ Visa in priori parte contionis fortitudine, videndum superest cur Mariæ cõfertur, non quidẽ ad aliam q̃ ad Mariã virginem mittitur Gabriel. i. fortitudo Dei, quę quando venit plenitudo tẽporis necessarior fuit tunc sane perierat nostra & totius mundi fortitudo, quia cũ scriptum sit, spes quæ differtur affligit animã, & ipse Deus tantũ distulit Christũ suum, vt etiam Dauid ei dicat. Tu vero repulisti & despexisti distulisti Chr̃m tuum, auertisti testamentum serui tui. Despectiõe & repulsa plenus erat populus hebræus, quasi defraudatus spe aduentus, tãdiu desiderati, donec õnes deficerẽt, ita vt arbitrarẽtur, q̃ ipse Deus auerteret testamentum Christi. i. reuocaret eius promissionẽ propter populi demerita, qui gemens dicebat. Signa nostra nõ vidimus iã non est propheta & nos non cognoscet amplius. s. Deus, qui antea per prophetas suos signa sui aduentus exhibebat. Deo autẽ consequenter dicebant. Vt

Nimia expectatio incarnatiõis Psalm, 88, e

Psal, 73, d,

quid

quid auertis manū tuam, & dexterā tuam de medio
sinu tuo in finē? ac si Deus decreuisset manus suas,
in suo detinere sinu, ne adiuuaret populū suū vltra,
quāuis (vt in alio psalmo legitur) sæpe sibi dixerant
Psal. 89, d, Dexteram tuā notam fac tuum brachiū cum potentia. Iam ergo vt hanc populi diutissime expectātis
Esaiæ, 35, d, longanimitatē cōsolaretur Deus, consolidaretq;
mandat eis per Esaiam. Pusillanimes cōfortamini,
& nolite timere, ecce Deus vester, Deus ipse veniet
Esaiæ, 9. b & saluabit vos. Inter nomina vero huius saluatoris
medium ponitur hoc nomē Deus fortis, vt corroborentur expectantes in eius aduentu qui confracti
fuerant in eius morā & quia diximus fortitudinem
per lapidē designari ait ipse Deus. Ecce ēm ego ad-
Zacha, 3, d ducam seruū meum orientē. Quia ecce lapis quē dedi coram Iesu, super lapidē vnum septē oculi sunt.
Seruus Dei Christus per incarnationē adductꝰ vocatur oriens propter nimiā claritatem suam, qui &
Iesus appellatur propter salutē præstitam. Coram
eo datus est lapis .i. missus Gabriel fortitudo Dei,
quin & ipse Iesus lapis est, super quē septem oculi
Chrs est la- residēt. i. 7 dona spūssancti (vt prædixit Esaias) quæ
pis varius necessaria sunt fortitudini perfectissime Chri. Hic
lapis Christus Deus fortis habet sibi ānexas. 7. fortitudinis partes superius tactas. Propter primā partem. s. requiē figuratur in lapide, quē Iacob suppo-
suit capiti suo vt ibi dormiret, quem postea vnxit.
Propter secundā. s. stabilitatē hic lapis factus est in
caput anguli, vnde iure signatur in eo quē ædificantes templū iudicant reprobū. Propter tertiā. s. constantiā est lapis missus de petra deserti ad montem
filiæ Syon. Propter quartam .s. tollerantiam figu-
Eccl, 48, c ratur Christus in lapide illo de quo dicit. Ezechias
fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquā puteū. Nā
dum Chrs pendebat siccus in cruce ferro diræ lan-
ceæ fossus fit puteus nō solum ad aquā educendam

sed ad

sed ad sanguinem extrahēdum, qui quotidie fluit in calicem salutarem. Propter quintā fortitudinis proprietatē. s. fiduciā figuratur in lapide adiutorij, super quem orauit Moyses. Propter sextam vero designatur in lapide illo, qui sine manibus abscissus est, de monte deitatis, & in mundū missus percussit statuam eius. i. principē mundi huius, postea vero tantū creuit, vt totam dicatur implere terrā, quia vbicq; terrarū super eū ædificatur ecclesia. Denicq; ob septimam. s. perseuerantiā lapis iste vocatur aula Dei est eñ (vt ait scriptura) domus Dei (in hoc. s. mundo) & porta cœli in illo. Est eñ lapis erect9 in titulum regni cœlorū obtinendi per illū, nam hac preciosa margarita emitur regnū Dei. Hic lapis (vt phibet Esaias) missus est. s. a monte deitatis in fundamētis Syon (hoc est) in Mariæ visceribus, vt ibi nobis prodesset, quoniā & isdem propheta dixit. Vrbs fortitudinis nostræ Syon, saluator ponetur in ea murus, & ante murale. Si hæc est vrbs fortitudinis nostræ & saluator est murus eius fortitudo Dei nostra est, nobis præstatur in Maria, cui Deus est mur9 vt nos defendat securius. Ecce igitur qualiter filius Dei omnipotentis est lapis totius fortitudinis diuq, quam cum Dñs vellet nobis præstare ad hunc mundum, misit, eamq; beatæ Mariæ tradidit cui fortitudo dei credita est, ac transmissa per angelū, non quemcūq; sed per illū qui fortitudo Dei nominatur. Obiectio quidē in priori sermonis parte posita, minime potuit obesse: sed prodesse, nā vt exacte deduxi, fundamentum fortitudinis Dei est nostræ fragilitatis cognitio, quæ plus apparuit in virgine, per humilitatē profundissimā, ideoq; dignior inuenitur: cui fortitudo Dei præstetur. Illam autē figurā de exanimatione ac debilitate reginæ Hester expositam reperies in tractatulo nostro, quē super missus est nuper addidi: ac super illo verbo, ne timeas Maria figuram il-

Gene. 28, 6

Esai, 28, d.

Esaiæ, 26, a

cur datur Mariæ fortitudo dei

lam ad

Iam adduxi. Secundo Mariæ creditur Dei fortitudo, vt eam mitiget, ac mollē faciat, nā mulier dicit a mollificando quasi molliens hærū, oportuit nāq; fortitudinē Dei mollifieri vt blandiri posſit nobis, & consolari amplius nos. Timuerāt siquidem antea sancti fortitudinē Dei quoniā Iob dicebat. Nolo multa fortitudine contendat mecū ne magnitudinis suæ molæ me præmat. Proponat æquitatē contra me, & perueniat ad victoriā iudicium meū. Potius optabat Iob infirmitatem humanitatis, q̄ fortitudinē diuinitatis, nā etiam Dei virtus in infirmitate nostra perficitur. i. perfectius ostenditur. Nosq; victores facit, dū proponit æquitatē contra nos. i. æqualitatem suam qua voluit nobis æquari, & fieri similis nobis passibilis, quod & si cōtra nos videat esse, quia sua humilitas dānat superbiā nostrā tamē si profunde cōsideres ad victoriam perueniet iudicium & causa nostra, nā æquitas Dei nostri incarnati saluat nos, & non aliud, quoniā iusticia Dei expetebat vt tanta esset hūilitas redemptoris quanta fuit proditoris superbia. Homo elatus deitatē concupiuit, ecce superbiā maximam. Dei autē filius omniū summus se exinaniuit formā serui accipiens. i. illū modum humilē, quem Adam debuit affectare. hęc est mira æquitas contra inopinatā superbiā, qua superbia ipsa liberatur, vnde merito dixit Iob. Proponat æquitatē contra me, & perueniet ad victoriam iudiciū meū. optīa æquitas per quā victoriā acquiri, iudiciū nostrū ac negociū. Quēadmodū ergo fortitudo nostra perdita est per mulierē, sic per mulierē acquirimus fortitudinē Dei nobis consentaneā, accōmodam q̄ necessitatib⁹ nostris. i. temperatam p manus fœminæ: cui dicitur. Tu feciſti viriliter, & confortatū est cor tuum, eo q̄ castitatē amaueris. Viriliter Maria ōnipotens verbū Dei fecit carnem non carnaliter, (quia castitatē virginalē amauit) sed corporali

Iob, 23, b

æquitas victorię nr̄æ in chr̄o est

Iudit, 15 ad,

corporaliter. Et ad hoc eius cor ab angelo confortatum est. Nemo iam timeat, sed amet fortitudinem Dei, quia eam amabilē nimis fecit Maria. Nec mirū quoniā ideo datur ei diuina fortitudo, vt eam faciat humanā. Diuina fortitudo terrebat homines humana vero fortitudo Dei eos inuitat. Vultis ne discrete scire hoc? audite diuinā fortitudinē, per Mariam infirmatam dicentē. Tollite iugū meū super vos, iugum ēm meum suaue est, & onus meū leue. Tollite (inquit) vos, alioquī ego minime imponā illud collo vestro. Nolo vti fortitudine mea sed voluntate vestra, iugum quidē hoc meretur, vt. s. voluntarie portetur, quoniā suaue non forte non ponderosum non rigidū sed suaue est. Ecce igitur q̄ suauis est Dñs vniuersis, & non fortis, vt olim quando vtebatur illo iugo de quo dicitur. Vt quid imponitis nobis iugū, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerūt? antea fortitudo Dei patribus imponebat non portabile iugū, nunc aūt quia hæc fortitudo p Mariam tēperatur, iugū adhuc suaue non imponit sed nos deprecatur dicens, tollite iugū meum super vos quoniā suaue, olim ad importabile cogebat p timorē, nunc autē ad suaue per amorem inuitat, nec mirum quoniā proprerea data est fortitudo Dei beatæ Mariæ, vt eam nostris profectibus coaptaret, esset q; nostris accōmoda rebus Antea quippe fortitudo Dei crudelitati fere similis videbatur, dicente Balaam. Deus eduxit illū de Aegypto cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Nunc autē, in melius Mariā mutauit fortitudinē hanc, idcirco ēm dicitur per Dauid. Et dilectus quemadmodū filius vnicornium Grandis quippe differētia reperitur inter duo hæc animalia, nā primum indomitū est alterū vero amore capitur, & cantu allicitur fœminæ .i. animæ deuotæ aut beatæ Mariæ. Huius rei figura, legitur in Genesi, vbi dicitur. Cum obdormisset Adam tulit vnam

fortitudo diuina est humana

Nu, 23, d

Psal, 28, d

Gene, 2, d

lit vnam de coſtis eius, & repleuit carnē pro ea. Et ædificauit Deus coſtam, quā tulerat de Adā in mulierem. Adam dicitur in libro ſapientiæ pater orbis terrarum, & ſignat Deū patrē, qui paradiſo æternitatis ſuæ dormiebat. ſ. quietus erat ſicut eſt dormiens ſuaui ſomno Ab hoc patre Deus ſpūſanctus tulit vnam coſtā. i. filium ſuum de latere ſuo collateralem ſibi & æqualē nam vt aiunt Eua facta eſt nō de pede ne videretur in ſtatu innocentiæ ſubiecta, nec de capite, ne dñaretur, ſed de latere vt æqualis videretur, & ſic in latere notatur æqualitas filij ad patrē Filius notatur in coſta ex oſſe conſtans propter niſmiam fortitudinē oſſis, quæ in agno Dei non confringitur. Hanc ergo coſtam. i. filiū tulit Deus ſpūs ſanctus a patre incarnationis tēpore, & eā in mulierem ædificauit. ſ. in humanitatē aſſumptam quę ex oſſe diuinitatis & carne fragilitatis noſtræ conſtat Et bene modū domus dicitur ædificari quoniā hęc mulier, cunctorū electorū mater eſt, in ea velut in domo materna ſunt ōnes electi, quin & per gratiā nati ſunt ab ea de qua etiā literaliter dicitur. Mulier cum parit triſtitiā habet, cū autē peperit puerū iam non meminit preſſurę propter gaudiū, quia natus eſt homo in mundū. Ab hac naſcit̄ homo. i. vir perfectus quilibet chriſtian⁹, quē ſingulariter in dolore paſſionis peperit. Dicitur ꝙ locus coſtę carne repletus eſt. In Deo patre nō videtur eſſe caro, quia ī carnatus non eſt, tamē quia filium habet iam carneū, aliqua carnis portio imputatur ei, alioquin de Chīo ſuo non diceretur. Si filius Dei eſt, liberet eū ſi vult Ecce quom ō aliquid carnale patri infligitur, nā & ipſe Dauid patri intulit. Auertiſti adiutoriū, gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello, vnde etiam patris fortitudo detinetur, dū coſta eius. i. filius ædificatur in mulierē. i. in humanitatē vnitam, quando verbū caro factū eſt, ac ſi fortitudo Dei caro fieret

os Adæ eſt filius Dei,

nō a libē

non alibi q̃ in Maria quæ minus fortẽ Deũ fecit vt esset magis pius nobis. O igitur beata virgo, quid referam de te, cum non solum Iudith, Iael, Iezabel Delbora, Dalida, Hester, Athalia excedis, sed õnẽ aliam potestatẽ nam illę fœminæ inimicos suos vicerunt, & occiderũt, tu autem etiã amicissimũ tuũ filium Dei occasionaliter mactasti, quoniã fortis est vt mors dilectio tua, quæ mortẽ indixit filio Dei, nam in caluario dixit. Suspendiũ. s. crucis elegit aniã mea, & mortẽ ossa mea. s. fortitudo mea, quæ tunc mortua dicitur, quia ibi abscondita est fortitudo ei⁹ in sepulchro, vt resurgeret in gloria, quã mihi, & vobis præstet Iesus Amen.

¶ Dñica. ꝑ. aduent⁹. De missiõe filij Dei ad totum (mundũ

Missus est Gabriel ang. Luc. i. c.

¶ Inuocatio vbi quęrit cur Abraham longius misit pro vxore filij sui.

ELiezer iturus ad quærendũ vxorem Ysaac timidus ac dubius erat, ideoq; melius videtur q̃ non deberet mitti, cũ facilius posset vxor inueniri iuxta vicinos & cõciues nostros, q̃ apud longe manentes vnde mirũ videtur: q̃ senex iste, tam peregre mittat pro vxore, cũ huiuscemodi negocia familiarius agi debeãt q̃ alia, sunt tamen. 7. rationes quibus motus est senex. Prima quia cũ ipse moraretur inter Chananeos, & Christus descensurus esset de Ysaac in quo vniuersę tribus terrę erant benedicendę, noluit q̃ eius semen benedictum misceretur cũ semĩe maledicto Chananeoꝝ, quod maledixit Noe, quando filius eius Cham irrisit fœmora paterna. Qui eos significat, qui sacramẽta incarnationis deridẽt, eaq; nuda cõspiciunt: & nõ velata mysterijs, cũ & spũssanctus descendens super virginẽ obũbrauerit eam, ne quis audeat erga eam carnale aliquid siue nudũ sentire. Hęc ratio maxima & optima est; et postremo dicenda, tamẽ audi alias

Gen. 24. b

incarnatio non fit nuda tibi.

Gene. 9. d.

quia cū chananęi essent idolatrę satis rationabiliter Abrahā timuit filio suo, ne ratione vxoris erraret, a fide, vnde Ambrosius ait. Illecebrosa mulierū cō nubua etiā fortiores maritos, a religione fecerūt recedere. Ne igitur simile cōtigeret Ysaac, quærit ei vxorē minus idolatram, & magis deditā Deo vero Sed quispiā dicet ad hoc, ꝙ ipse Abrahā certus erat de sanctitate etiā futura Ysaac, cuius semen. i. doctrinam pater prænouerat multiplicandā ac benedicendā. Hoc non obstat, quia & Salomon sanctus erat, illuminatusq; a Deo, tamē propterea ꝙ inclinauit fœmora sua idolatris vxorib⁹ etiam genua flectebat idolis earū, vnde tot habuit iam senex idola, quot habuit vxores idolatras. Hæc igitur est ratio secunda qua pater Abrahā peregre existentem quę siuit vxorē filio. Tertio aūt cum Dñs iam eduxerat eum de terra sua, noluit deserere spiritualiter eam, nam & mundū religiosi derelinquūt, pro eo debēt orare, & ab eo aliū, & alios educere ad charismata meliorā, quatenus ex præceptis cōuolent ad consilia euangelica, quæ matrē & patrem propter Christum iubēt derelinquere, vt fecit Rebecca, orationibus tamen Abrahæ adiuta. Hæc est optima figura, pro monialib⁹. Quarto autē quia cū mulier educit & elongatur a parentibus suis, facilius viro suo poterit subiici, atq; domari, nā ei iussit Deus, vt esset sub viri potestate, & ipse (inquit) dñabitur tui. Væ autē illis, qui iam effœminati aguntur vt Sampson illecebris vxorū suarū. Quinto quia cū ei Deus terram chananęorum promisisset, noluit vt chananæa vxor adhęreret filio, ne putaret quispiam eum obtinuisse terram illā propter vxorē suam, & sic obliuioni daretur munus Dei. Sexto vt figuraliter ostēderet ecclesiā Christo a finibus terræ per fidei prędicationem adducendam ex gentilitate, quę longius distabat, quoniam longe a peccatoribus salus, tamen

nequam vxor virū idolatram facit.

2. Reg. 11. b

monialis sit rebecca

vxor subiicienda est,

clemētia

clementia saluatoris misericorditer satagebat, vt sibi adduceretur. Septimo vt prefignaret, quom õ pater æternus decreuerat, vt natura hũana (que est mulier fortis, cuius preciũ procul, & ab vltimis finib⁹ est) vniretur filio suo, quod & factum est in eo loco vbi Ysaac accepit in vxorẽ Rebeccam. s. in tabernaculo Saræ matris sue, quod est vterus beate Mariæ locus amoris, locus vnionis, locus orationis, ideoq; fratres adorate scabellũ vbi steterunt pedes eius q̃niam sanctum est, & redundat gratia, quam vt assẽquamur ei offeramus Aue Maria. Gen.24.g

¶In prima sermonis parte videbim⁹, quõ perdidimus similitudinẽ Dei per sermonẽ diaboli, in secũda, quõ restituitur nobis diuina similitudo per sermonẽ ipsius Dei missum ad nos. Diuisio

¶Passim in sacra pagina, homines iusti vocantur dij, quoniã ita honorati sunt, vt Chrũs ipse ex Psalmographo asserat. Eos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est. Cũ ergo fratres mei non possit solui scriptura, cõpertum habetis non õnes homines dici deos, sed eos tantũ ad quos sermo Dei factus est Ad omnes homines dicitur sermo Dei, cũ teste Iob eum prædicet õnis creatura. Et sapientia Dei dixit: Per ea que facta sunt, poterat creator eorũ agnosci Dum ergo õnis creatura dicit: ipse fecit nos, & nõ ipsi nos, Deũ prędicat, Dei sermonẽ annũciat. Dulcia prædicãt Deum dulcẽ, terribilia terribilẽ, amara malis amarũ, pulchra pulchrum, & sic de singulis bonarum rerũ proprietatibus, nam õnes creaturæ acceperunt ab ipso Deo velut vnũ verbum. i. gutam bonitatis suæ, & isto verbo prędicant Deum. Tamen non propterea dicũtur dij homines ad q̃s hic sermo generalis Dei prædicatur, quia sermones generales in materia morali parũ vtiles sunt. Optime igitur Dñs Iesus notauit, q̃ iste sermo generalis contionis nõ tribuit homini, q̃ dicatur Deus nisi Prĩa pars

ſpecialiter fiat ei, vnde ait. Eos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Non inquit dictus eſt, ſed factus eſt. Hic attentius aduerte, q̃ illud verbum quod erat apud Deū, etiam in ſummis excelſiſq; verticibus, & in plateis & in medio viarū, & in cœlo, & in terra, & in ōnibus abyſſis clamabat generaliter, propter ōnes homines, tamen iam factus eſt ſermo propter electos ſuos, de quibus ait. Eos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Ad nos fratres mei fit iſte ſermo caro, ad nos fit ī Maria ſermo Dei, vt dĩj ſimus, quia eos dixit Pſalmographus deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. De hoc etiã ſermone ſapiẽtia Dei dixit. Dum mediũ ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu mediũ iter haberet, ōnipotens, ſermo tuus Dñe exiliens de cœlo a regalibus ſedibus durus debellator in mediã exterminiĩ, terrã proſiliuit. Silentiĩ tẽpus oportunũ eſt ad ſermonem faciendum, quia tunc attentius percipitur. Sed quia iſtud ſilentiũ dicitur eſſe mediũ, quo & nox mediũ iter habuit in ſuo curſu: aduertendũ eſt: q̃ nox dicitur reatus peccati, quo mundus velut cathena tenebrarum ligatus erat a qua filius Dei nos liberare venit, quia Dñs ſoluit cõpeditos Dñs illuminat cęcos pro quo nota q̃ ſilentiũ eſt triplex, primũ ignorantia languoris, ſcd'm eſt deſperatio curationis, tertiũ adeptio ſanitatis, primũ erat ante legẽ, ſecundũ ſub lege, tertiũ ſub gratia. Ante legem ſiquidẽ morbũ homines ignorabant, & ideo a quærendo medico ſilebant, in quorũ perſona dicitur Quoniã tacui inueterauerũt oſſa mea. Sub lege morborũ mole grauati de ſanitate deſperãtes medicinam nõ quęrebãt nam deſperatione ſilebant, vnde in horum perſona pſalmographꝰ dixit. Quoniã ſilui a bonis, & dolor meus innouatus eſt. Sub gratia vero ſiue cõſequenter in gloria ſanitatẽ adepti medicũ quærere amplius non oportet quoniã Chriſtus dixit. In die illa nõ

Sapie. 18, c

triplex ſilẽtium.

Pſalm.

interro

interrogabitis me quicq̃.Primū ſilentium fuit ma
lum:ſcd'm peius:terciū optimū.Per primū em̃ pec
cabatur in filium,quia ex ignorantia.Seruus neſci
ens voluntatē domini ſui,& nō faciens,vapulabit
paucis.Per ſcd'm ſilentiū peccabatur in ſpiritū ſan
ctum,quia ex malignitate & deſperatione proueni
ebat,ac ſi dicerēt.Maior eſt iniq̃tas mea q̃ vt veni
am merear.Per terciū gaudent de omnipotentia &
benignitate patris:vnde ait euāgelium.Scit em̃ pa
ter veſter quid vobis neceſſe ſit,anteq̃ petatis.Cō
tra primū dedit Deus morborū cognitionē,vnde
ait Paulus.Concupiſcentiā neſciebā,niſi lex diceret
Non cōcupiſces.Contra ſcd'm vero pater miſit fili
um ſuum,de quo diximus.Dum mediū ſilentiū te
nerēt omnia &c̄.& ideo iam in tercio ſilentio ſum9
vnde cū legitur euangeliū,diſcoopertis capitib9 in
in eccleſia ſiletur:audimus em̃ ibi promiſſa iam exhi
bita,& ea recipientes nō eſt amplius expectandū,
ſed cū Symeone dicendū.Nunc dimittis ſeruum tu
um Dñe ſcd'm verbū tuum in pace:quia viderunt
oculi mei ſalutare tuū.Sed quia dictum eſt q̃ ſermo
Dei durus debellator in mediā exterminij terrā pro
ſiliuit.Satis liquet,q̃ tota terra deſtructa erat,ege
batq̃ aduētu ſermonis ōnipotētis,nam potens erat
ſuper terrā & fortis,qui dum medium ſilentiū tene
rent omnia,& nox.i.reat9 peccati mediū iter habe
ret,terrā occuparat,quia de hoc tyrāno dicitur.Dñs
fortis armatus cuſtodit atrium ſuū,in pace ſunt om
nia quæ poſſidet.i.in malo ſilentio ſecura ſub manu
eius.Tamen Dñs Ieſus durus debellator,qui flecti
nō valet,propterea dicitur ſermo fact9 ad nos,ne in
ſilentio diaboli,nec in mala pace eius maneamus.
Sed querēdū eſſet,quom ō p̃ualuit fortis armatus
cōtra ſeruos Dei?quomodo eos ſilere fecit,quom ō
totum ſubiugauit orbē,quom ō princeps mūdi hu
ius dici potuit,qui poteſtati Dei nō eſt ſubiect9,per

quã reges regnant, & principes imperant? Ad hoc respõdit Chrysostomus, ostendens quomõ a principio dæmõ recenter electus a regalibus sedib⁹ ruit in hunc mundũ, eumq; subiugauit per deceptionẽ sibi, vt in eo dominaretur, & ab eisdẽ sedibus cœlestibus venit sermo Dei durus debellator: qm̃ qui eum eiecit a cœlo prosiliuit incarnat⁹, vt eum a terra etiã expellat. Modum aũt quo dæmon sibi mundũ a prĩcipio subiugauit, ponit Chrysostomus exacte dicẽs Deus sine initio sempiternus, sine fine perpetuus, prescius omniũ futurorũ, non ab inicio aliquid facere inchoauit, quod ante nõ disposuerit, sed ita omnis creatura in eius fuit dispositione, vt inicitũ ea quæ facta sunt in Deo nõ habeant, quia semper fuit in Dei dispositione, quod postea factum est in operatione. Fecit ergo Deus angelos miro & ineffabili modo, dicente Prophera. Qui facit ãgelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentẽ. Factis ergo angelis, præceptũ eis nullum dedit. In quibus angelis satha hel angelus principatũ tenebat. Hic ex defectu boni fecit inicium mali, quia malũ deus nõ fecit. Ergo quãdo ei obortũ est, vt diceret. Pono sedem meã in aquilone, & similis ero altissimo: recessit a bono, vt faceret (vt dixi) inicitũ mali. Pro tali errore & tyrannica præsumptione precipitat⁹ cecidit irreparabilit. Deus eque prescius futurorũ, fecit hominẽ ad imaginem & similitudinẽ suam, dans ei præceptũ. præuidens de eius transgressione, quãta bona fact⁹ esset. Nam tolle persecutores, & nõ erunt martyres: tolle congeriẽ malorũ, & non erit plenitudo virtutum: tolle adulterĩ amatores, & nõ erit perfectio castorũ. Ergo ex cõparatione malorũ fit laus bonorum. Q, si ei præceptũ non daret, sine dubio & ipse diceret. Pono sedem meã in aquilone, & ero similis altissimo. Ergo dedit eis præceptũ in arboris creatura, prescius quia etiã exinde tangere habuit. Præelegit dat e

lapsus primi hominis & nr.

Psal. 103. c.

Esa. 14. b.

Genesi. 1. d

git dato præcepto vt peccans in creatur̃ eſſet vnde ſanaretur, q̃ non dato præcepto ſuperbia elatus ita caderet, vt nõ eſſet per quod repararetur. Præterea ille callidus ſerpẽtina cogitatione diabolus, in ſpecie ſerpentis aſſumẽs mendaciũ, quia ſemper ab inicio mendax fuit, venit ad fragilẽ ſexum, rudem, & incautum. dicens ei. Quod vobis dixit Des, nolite tãgere ex iſta arbore, ideo vobis hoc dixit ne aperirentur oculi veſtri, & eſſetis ſicut dñ. Et decerpſit de arboris fructu, & dedit mulieri: & vidit mulier quia ſuaue eſt lignũ ad eſcam, & ſpecioſum oculis ad vidẽdum, & comedit, & dedit viro ſuo, & vtriq; mãducauerũt, & aperti ſunt oculi eor. Quaſi ante clauſi erant, antequã de arbore prohibita tãgerent, Patebant, ſed in bono, clauſi erant ad cõcupiſcendũ malum, quãdo tetigit, aperti ſunt oculi ad cupiditatẽ, & facta eſt ex ea cupiditate cõfuſio. ita vt folia ficꝰ cõſuerent, & cooperirẽt verenda ſua. Et in iſto trãſgreſſionis peccato, in lumbis eius totus eſt viciatus mundus, & in illo peccato primi hominis facta eſt de vna cupiditate trina cupiditas: ita vt omne quod eſt in mundo (vt ait Apoſtolus) cõcupiſcẽtia ſit ventris, quod eſt lignũ ſuaue ad eſcam, cõcupiſcẽtia oculorum, quod eſt ſpecioſum oculis ad videndũ, & ambitio ſœculi, quod eſt eſſe vt Deus. Ergo q̃a per vnum hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit. & per peccatũ mors, & ita in õnes homines pertrãſiit in quo oẽs peccauerũt. Quia ſicut in Adam õnes moriũtur, ſic & in Chriſto õnes viuificabũtur. Adueniens ergo Dñs noſter Ieſus Chriſtus, voluit ſanare lab em primi hominis, in quo principale peccatum ceciderat. Hæc beatus Chryſoſtomꝰ, dans cauſam aduentus filij Dei. Vidiſti ergo qualiter totum bonũ & totum malũ noſtrum, lapſus & reparatio creatio deluſio atq; remediũ verſatur in hoc q; ſimꝰ ſicut dix̃ : nam cum Deus fecit homines maſculũ & fœminã

Matthei. 8
Gene. 3. b.

tria mũdi peccata in Adã ſunt.
1. Ioan. 2

Roma. 5. d.

fœminā proculdubio ad ſimilitudinē ſuam cōdidit eos, ac perinde ſicut dīj erāt. Quid ergo ſerpens promittit dicens, eritis ſicut dīj? Promiſit illis quod habebāt: promiſit fallaciter quod habebāt veraciter. Nos etiā ſic dæmon quotidie decipit: alioquin Paulus nō diceret. A veritate quidē auditū auertent, ad fabulas autē conuertentur. Hoc de primis parentibus verificatur, qui veraciter ſimilitudinē Dei tenebāt, & auertētes auditū. i. obedientiā, ab ea cōuerſi ſunt ad fabulā dæmonis nugaciſſimā. Nullus vnquā poetarū tam mirifice ac mendaciter edidit fabulam, q̄ ſerpens ille callidior, qui poſtea multis deinceps annis regnauit inter gētiles, propter cōpoſitionē ſimilium fabularū, quibus decepit totum orbē, ita vt crederent ſe deos deaſq̄ fieri ab illo, qui tunc temporis pater deorū vocabatur. Ex illa ergo fabula, qua primum deluſit hominē, auſum ſumpſit Lucifer decipiendi per fabulas deorū totum mundū: vt eſt videre apud ōnes gentiū poetas. De populo vero gentili per dæmonis fabulas decepto, poſſumus dicere illud Sapientis. Homo a charis quaſi fabula vana & in ore ſtultorū aſſidua erit. A charis. i. ſine gratia, ac per cōſequens indignus audiri, quia eſt fabula vana quæ tota cōſiſtit in ῥbis & nihil in factis. In ore indiſciplinatorū ſtultorum. ſ. poetarū aſſidua eſt fabula vana deorū gētilitatis. De Adam vero cui primā fabulā dæmon enarrauit, quid vobis dicā niſi illud prophetícū. Eris perditus in prouerbiū ac fabulam ōnibus populis, ad quos te introduxerit Dñs. Perditus eſt primus homo, quādo perdidit ſimilitudinē Dei veram, volens acquirere fictam, quā ei dæmō pollicebatur, ac per cōſequēs in prouerbiū fit ac deriſum ōni populo, ad quē per fidem introducit eū dominꝰ: nam niſi mediaret fides ſacræ paginæ, vix crederemus, q̄ ille aurem præſtiterit vanę fabulæ, quā ei diabolus narrauit, vt ſuaderet ei, q̄ non habebat ſi

per fabulā dæmon fefellit Adā,

Eccl. 20. c

Deut, 28. d

bebat ſimilitudinē Dei: nā ideo dixit, eritis ſicut dñ q.d. nūc nō eſtis ſicut diĳ, poteritis tñ eſſe ſi acquieſcatis cōſilĳs meis. Acquieſcūt miſeri ſerpētis cōſilio & aperti ſunt oculi eorū, & viderunt ſe eſſe nudos & ſpoliatos a ſimilitudine Dei quā habebant, & ex patre diabolo factos, cuius cōſilium ſunt ſecuti tanquā patris. Viſo in hac prima parte, ꝙ perdidimus ſimilitudinē Dei, videamus nunc in ſecunda, quomodo per Chriſtum eam recuperamus.

℣ Dum erroris nox in ſuo curſu, qui cœpit ab Adā medium iter haberet: quo magis obſcuritas regnat omnipotens ſermo tuus Dñe exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit. Gaudeāt veritatis amatores quia contra dæmonis fabulas ōnipotens ſermo dei aduētauit, vt diſſoluat ſilentiū, quod falſitas induxerat in pace idolorū, qua vniuerſus orbis ſub Cæſare Auguſto tenebatur. Hic aduerte ſcd'm Hugonē ꝙ triplex eſt ſilentiū. ſ. malū peius & peſſimū. Malū .ſ. quādo eſt præſto qui audiat, & non eſt, qui prædicet, vt ibi. Paruuli petierūt panē et nō erat, qui frāgeret eis. Peius cū non eſt, qui audiat, & eſt præſto qui prædicet, vt ibi. Linguā tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia domus exaſperans eſt. Peſſimū autē ſilentium quod & mediū dicitur, eo ꝙ fiat ex hĳs duobus, cū .ſ. deeſt qui dicat veritatē, & qui audiat eā. Tale ſilentium erat in mūdo tempore dñici aduentus, quia tunc ōnes declinauerūt, ſimul inutiles facti ſunt ſuffocata lege ac ſacerdotib⁹ & prophetis Dñi conſopitis. Hoc ſilentiū peſſimū deſignabat pax illa vniuerſalis ſub principe mūdi hui⁹ ſeruata, quā gladi⁹ ẏbi Dei abſtulit. Hic ōnipotens ſermo dur⁹ debellator in mediū exterminĳ proſiliuit, quando exultauit vt gigas ad currendā viam in ſtadio ſuo. Paulus iubet nos orare, ac deprecari, vt ſermo Dei currat. Optima quidē oratio, vt ſermo Dei currat, nam ad hoc ve

Sc̄da pars.

triplex ſilē tium ſoluē dum.

2. The. 3. a.

hoc venite cœlo, & ad hoc factus est viator ipse ser
mo Dei verbū Deus. Et statim q̄ natus est abijt ad
prædicandū regibus orientis, quorū gloria dicitur
esse, inuestigare sermonē hunc. Et postq̄ ipsi credi-
Pro, 25. a, derunt abijt in occidentē Aegypti. Sed forte dices,
fugiens abijt, necesse erat eū abire. Nulla necessitas
inest sermoni Dei ōnipotēti, quapropter audi Chri
sostomū dicentē. Quasi medicus puer Iesus descen-
dit in Aegyptū, vt visitaret eā languentē errorib⁹,
non vt remaneret in ea, nam ī prima facie quasi He
rodem fugiens descendit in Aegyptū, reuera aūt vt
Aegyptij erroris dæmones effugaret ex ea, sicut te
Esa, 19 statur Esaias dicens. Ecce Dñs descendet in Aegyp
tum, sedens super nubē leuem, & cadent idola Ae-
gypti. Vides ergo quia ideo descendit in Aegyptū
non mortē fugiens, sed vt mortifera idola dissipa-
ret: nam nunq̄ inuenitur Dñs descendisse nisi tūc.
Hęc ille ostendens quom ō sermo Dei ōnipotēs cur
rebat, quod ipse Dauid contēplans dixit loquēs de
Psal, 147, incarnatione ẏbi. Emittet eloquiū suum terræ, ve-
lociter currit sermo eius. Pater emisit terræ filium,
qui velociter perrexit Aegyptū. nec em̄ ōnipoten-
tia eius infantilib⁹ membris deprimitur, quin faci-
at opus suū, vt durus debellator, qui dura patit̄, &
dura infert aduersario, nā hic sermo cœpit facere et
docere. Dura quippe fecit, & duriora in dæmonem
retorsit argumenta hic durus sermo totius mundi
debellator, tamen suis suauiter prædicauit, quoniā
Deut, 30, c scriptū est. Mandatū quod ego pręcipio tibi hodie,
non supra te est, neq̄ procul positū, nec in cœlo si-
tum, vt possis dicere. Quis nostrū valet ad cœlum
ascendere, vt deferat illud ad nos: vt audiam⁹, at-
q̄ opere cōpleamus? Neq̄ trans mare positū, vt
causeris, & dicas. Quis e nobis poterit transfretare
mare, & illud ad nos vsq̄ deferre: vt possimus au
dire, & facere quod præceptum est? sed iuxta te est

sermo

ſermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Hæc dicũtur de mãdato dilectionis, quod vocatur ſermo valde in oro & in corde noſtro, nã antea trans mare erat, & ĩ cœlo ſitus. Mare dulce eſt, natura angelica de qua dicitur. Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nom ẽ Dñi, nam Deus in principio diuiſit aquas quæ erant ſuper firmamentũ, ab aquis quæ erant ſub firmamẽto. Vocauit autẽ firmamentum cœlũ. Ecce quom õ ſurſum eſt mare dulce trãs iſtud mare erat ſermo Dei ante incarnationẽ, & in cœlo ſummo. ſ. in patre erat ſitus, in quo erat ſermo non practicus ſed ſpeculatiuus, nõ amoris ſed intelligentiæ, tamẽ ob nimiã charitatem ſuam quæ ſufficit ad hoc, voluit fieri ſermo amoris, vt per eũ ad priſtinã ſimilitudinẽ Dei redire poſſimus, & ad ipſum patrem noſtrũ qui eſt in cœlis. Nã a cœlo .i. a patre, & a regalibus ſedibus. ſ. angelorũ vacuis venit ſermo Dei ad terrã exterminiũ durus debellator vt per amorẽ compellat nos illuc redire, vnde ipſe venit. Nam teſte Apoſtolo, charitas Chriſti vrget nos. Iuxta te (inquit) eſt ſermo valde in ore tuo, & in corde tuo. Ille ſermo qui erat in principio, apud patrem iuxta te eſt, o anĩa mea valde, quia egreſſus eſt a patre, vt etiã intraret in te. Regnum Dei intra vos eſt. Iuxta te eſt valde, quia tibi ſimilis factꝰ eſt. Iuxta te eſt valde in corde tuo, quia propter te percuſſit cor ſuũ Dauid, quia pœnituit eũ abſcidiſſe orã clamidis tui. ſ. agit pœnitentiã ſermo Dei, quoniã aliquãdo durus fuit, quando dura prẽcepta prẽdicabat hebræis. Tunc nec mirũ quia factus nõ erat ſermo iſte, nec nobis cõformis. Nunc autẽ rei noſtræ eſt ſermo ſubiectus. Antea omnis res erat ſubiecta ſermoni Dei õnipotenti, nunc aũt ſermo ipſe rei noſtræ ac negocio ſubiectus eſt pro captu noſtro ſe diſpoſuit, Valde eſt in corde noſtro, quia loquitur ad cor populi ſui, & cõpatitur nobis. Eya igit fratres,

mare angelicum eſt dulce

aperite

aperite corda vestra sermoni ōnipotenti Dei, quā viuus & efficax est ac penetrabilior ōni gladio ancipiti, ideo iuxta est sermo valde in corde vestro. Sed nec adhuc aduertistis q̄ sermo iste dicitur omnipotens habet enim potentiam deducendi, ad illud principium a quo et ipse processit, de cœlo venit ac de regalibn s sedibus, ad quas dū prædicat homines inuitans aiebat. In domo patris mei māsiones multæ sunt. s. vos expectantes, vt in eis æternaliter maneatis. Omnipotens dicitur sermo iste cōtra sermonem diaboli, qui est fabula in ōnibus deficiens, iste autē omnipotens est, ita vt deos facere possit. Nam eos dixit spūssanctus deos, ad quos iste sermo Dei factus est. Iste etiā sermo Dei hominibus dedit potestatem, vt se filios Dei facerent. Quid ergo auditis diabolū dicentē. Eritis sicut dñ, hunc sermonem audite dicentē. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. Dicetis forsitan. Quis pōterit Deū imitari? quis poterit ei similia facere? difficilius quippe est, Deū fieri similē nobis, q̄ nos similes Deo. Tamen iam quod difficilius erat factū est, quoniā ad hoc ōnipotens sermo de cœlo venit, vt similis nobis fieret, ad hoc vt nos ei similes etiā in corpore esse possimus. Nā propterea delusi sunt primi parētes quia similitudo eorū ad Deū spiritualis tantū fuit, & nihil in opere fecerūt quo exterius possent iudicari similes Deo, ideoq̄ dæmō dissuasit eis similitudinē Dei. Vos autē si in Dei similitudine spūali cupitis perdurare, assumite pariter similitudinē exteriorē, & corporalē, & tunc ad vos dicetur factus sermo, Dei. Et quod est iuxta vos valde in corde vestro nā sicut ex abundātia cordis os loquitur sic etiā ex abūdantia eius operatur manꝰ, & videt oculus & ambulat pes, quia cor cætera mēbra regit. Cor nostrū est media exterminij terra in quā sermo Dei debet vtroq̄ pede prosilire. s. intellectu, & affectu, nā si

similitudo dei duplex

cor nostrū est locus victoriæ.

medium

mediū tenet circū adiacētia facile poterit ſubiugare quia propterea dicitur. Rex qui ſedet in ſolio regni ſui intuitu ſuo diſſipat ōne malū. O ſi ſermo dei aſcē deret cathedrā cordis noſtri, & exinde prædicaret, ad ſingula mēbra noſtra & ſenſus, nā ſic figuratum eſt in lib. Paralip. vbi dicitur. Fecerat Salomon ba- 2. Para. 6. b
ſim æneā, poſuerat q̄ eā in medio baſilicę, habentē quinq̄ cubiculos lōgitudinis, & quinq̄ latitudinis & tres cubitos altitudinis, ſtetitq̄ ſuper eā, contra vniuerſam multitudinē Iſrael. Cor hominis dicitur baſis eius quia eſt primū quod formatur in eo. Et eſt ęneū, quia fere inexpugnabile eſt, ideo ſermo dei ad illud vt dur⁹ debellator debet venire, quia ſi regnum cœlorū vim patitur, etiā vim patietur cor hominis, quod ſæpe Dei ſermone terretur. Tamen pacificus Salomō loquens quæ ad pacē ſunt Hieruſalem alios metu alios capit amore, quoniā ideo dicit omnipotens ſermo Dei. Hęc baſis in medio dicitur ſtare, quia (vt aiunt) cor ſtat in medio pectoris, ſicut rex in medio regni. Quinq̄ cubitos lōgitudinis habet quia quinq̄ corporis ſenſus diſponit, et quinq̄ latitudinis, quoniā ad quinq̄ ſenſus interiores ſe extendit. Tres habet in altū, quoniā animæ potentias attingit. Super hāc baſim ſtet ſermo Dei cōtra multitudinē cogitationū noſtrarū, ne dicatur de nobis. Vbi eſt multitudo ibi eſt cōfuſio. Sermo Dei omnipotens ōnia poterit debellare, & ōnibus membris ac ſenſibus noſtris leges promulgare. Oculis dicit. Videte & vigilate & orate. Hæc ſunt tria oculorū officia. Aurib⁹ dicit. Corrūpunt bonos mores colloquia mala, ideo ſepias aures tuas ſpinis, ne quis eas euaporare audeat. Narib⁹ dicit. Sit pro ſuaui odore fœtor. Pro ſœculari odore ſit tibi fœtor infirmorum. Ori noſtro ait. In multiloquio, non deerit peccatū ideo aperi os tuū in confeſſione & in oratione, vt attrahere valeas ſpm̄ deuotionis. Sic prædi

venter marię est locꝰ victorię

cat rex Salomō in basi cordis residēs, sic sermo Dei docet hominē scientiā etiam metu & minis, quoniā scriptum est. In certamine loquelę illius sapientia. Media ergo terra exterminij est cor, vbi & victoria obtineri debet. Vt altius tamē loquar hæc terra in quā sermo Dei prosiliuit beata virgo est, quoniā ex sinu patris in vterū dignatus est descendere matris. Vterus Euæ fuit terra exterminij quoniam per mulierē initiū peccati. Vterus autē Mariæ locus victoriæ, quoniā fœmina circundauit virū, ita vt conquæstus diceret ei. Quid mihi & tibi mulier? sed q̄modo est vterus Mariæ locus victoriæ, cū ibi victꝰ sit omnipotens? quomō in ea stetit sermo durꝰ, cū eum lac ibi fecerit pro nobis paruulis nutriēdis? certe ibi ōnipotens sermo q̄ꝫ inclusus vicit diabolū etiam durę dū eius armis deiecit eū, nam qui i muliere vincebat, in muliere victus est. Nec duriꝰ vinci potuit, q̄ꝫ in Maria: eam ēm iamdudū & ab antiquo timuerat dū audiuit. Ipsa cōteret caput tuū. Vidistis fratres vnquam tale, q̄ꝫ inclusus sermo Dei, & tentus vincat? ad Mariā ergo venit iste sermo a cœlo. i. ab angelo & a regalibꝰ sedibus. s. antiquorum patrū per quos descendit. Et a cœlo paterno exiliuit, & a sedibus regalibus. s. donis spūssancti, quibus plenus fuit Christus. Ecce igitur quomō venit sermo Dei ad nos vsq̄ꝫ, vt nos faciat similes Dei, maxime si ex vtero matris exilit ad cor nostrū, quoniam ad hoc venit ad eam, vt ex ea veniat ad nos, sicut patet in Rebecca de qua dicitur. A Dño egressus est sermo, non possumus extra placitū eiꝰ quicq̄ aliud loqui tecū. En Rebecca coram te est, tolle eā & proficiscere. Quid amplius vultis fratres? omnipotens sermo Dei a Dño Deo patre est egressus vt ad nos vsq̄ꝫ veniret. Nā de mysterio incarnationis mysticę loquebantur qui dixerūt hæc ẏba, quę modo audistis. Quis poterit extra placitū sermonis huius fa

Gene, 24. f

ſus facere aut loqui? nã de hoc ſermone ſcriptũ eſt. Proſperabitur ad õnia ad quæ miſi illũ. Propt̃ nos proſperandos venit, nos quærit in hoc exilio, vt ſimus ſicut dij, & quia õnipotens eſt, nos vult facere tales. Tamẽ ad hoc per deuotionẽ maiorem tollat quiſq; Rebeccã. i. matrẽ Dei, quia ſicut in patre facti ſumus ſimiles filio, dũ ſumus eiuſdẽ patris filij, ſic in matre obtinebimus meliorẽ ſimilitudinẽ dei Quia prima fuit naturę ſecunda vero melior eſt, qa gratiæ in præſenti & poſtea gloriæ erit in futurum ad quã nos venire iubet ipſe, qui cũ patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſœcula ſœculorum Amen.

¶ Eeria ſecunda, quartę dñicę aduentus. De ſancto Apoſtolo Thoma.

Miſſus eſt angelus vt dicat. Virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Lucæ. i. d.

¶ Inuocatio qua thema ingeritur filio Dei.

Virtus altiſſimi eſt gratia ſpiritusſancti, nam velut exponens dictũ ſuum, poſtq̃ angelus intulit, ſpũſſanctus ſuperueniet in te, ſubiunxit. Et virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Quæ verba totus cœtus ſanctorũ patrũ dicere poterat filio Dei, nã quid aliud eſt obũbrari q̃ incarnari, aut hominẽ fieri? vmbra quippe dicitur homo, propterea, q̃ frequenter mutatur & nunq̃ in eodem ſtatu permanet, ſicut nec vmbra. Recte igitur ait Iob. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egredit̃, & cõteritur, et fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu permanet. Hęc omnia ſaluatori noſtro ſic videntur apta, vt ſuperuacaneus videatur expoſitionis labor. Nam ad primũ verbũ facit illud Pauli. Miſit Deus filium ſuũ in mundũ factum ex muliere Ecce quomõ virtus altiſſimi, propter nos infirmũ fecit filium Dei. ſ. ex muliere, ex carne fragili ſuæ genitricis quę

Iob, 14, a

Galla, 4, b

cis quæ (quia mulier) vas infirmū dicitur, ideoq; cō sequenter additur, breui viuens tēpore, quia in dimidio dierum suorum sublatus est repletus multis miseriis passionis, quāuis quasi flos in Nazareth, quæ interpretatur flos egressus sit a radice Iesse. Sicut flos egreditur. i. mundissime matre manente cū ỹginitatis flore. Nec solū ob innocentiā & prophetiam & locū & modū nascēdi flos dicitur, sed ꝓpter vtilitatē de qua Iob addidit. Et conteritur. Nec mirum quia flores vtiles ad salutē infirmorū conteruntur, vt pꝛtet in rosa. Et sic filius Dei contritꝰ est in cruce, vt liuore eius sanaremur, imo & sanarent omnes in lymbo detenti, quia ideo sequitur. Et fugit velut vmbra. s. tēpore velocissimę mortis suæ, quæ fugit ad suos dilectos expectātes eum in vmbra mortis. i. iuxta infernū, propter quos Christus descendit ad inferos, & ābulantibus in regione illa orta est lux velut ex herbis oritur substātia salubris Sed quia parū ibi detentus est, additur. Et nunq; in eodem statu ꝑmanet, nā statim surrexit a mortuis, & parū post ascendit in cœlos & per accremētum gratiæ ad nos redire nō cessat, si tamē digne vocet digne autē non vocabitur, nisi ꝑ os Mariæ matris, gratię ideo ad eam euntes genibus flexis, ei offeratur Aue. ¶ Argumentū quo docetur, quibus modis vmbra suscipitur, & quid notet.

flos Chr̄us morte contritus,

SI tot vmbrarū modi quot obūbrationū formę ante q; de obūbratione fiat sermo, expedit vobis exponi, quotupliciter capitur vmbra, varię quidē sumitur, Prīo notat protectionē, vt ibi. Sub vmbra alarū tuarū sperabo, donec transeat iniquitas. Secūdo vmbra notat peccatū, nam habet quādam similitudinē cum morte. De peccato ergo dicitur. Sedentibus in regione vmbræ mortis. i. in statu peccādi, lux orta est eis. Tertio vmbra notat hominē quia vmbræ transitus est vita nostra. Quarto

vmbra ꝙd est

gratiam

gratiam ſpiritusſancti, vt in themate. Quinto notat obliuionē, vnde Zacharias ait. Illuminare his qui i tenebris, & in vmbra mortis ſedēt. In vmbra mortis ſedet, quia diuini amoris notitia vacat, & obliuione mortis tabeſcit. Sexto vmbra notat ignorantiā erroneā, vnde nō veniet dilectus donec aſpiret dies & inclinētur vmbræ. i. errorē a te proſcias. Septio vmbra notat finē ſœculi iuxta illud aliter expoſitū, .ſ. donec aſpiret dies. ſ. iudicij, & inclinētur vmbræ non veniet iudex. Octauo vmbra notat animas dānatorū, quas antiqui vmbras vocabāt. Nono vmbra notat mortē, ait em̄ poeta. Vitaq; cū gemitu fugit indignata ſub vmbra. Decio vmbra notat negociū ſœculi, vnde dici ſolet, q; aduenientē veritate vmbra debet ceſſare, quia negociatio ſcī ceſſabit in cœlo. Vndecio notat obſcuritatē legis de qua dicitur. Operuit mōtes umbra eius. i. obſcuritas prophetarum doctores. Duodecimo notat ſollicitudinē iuxta idem aliter expoſitū. ſ. operuit mōtes vmbra ei⁹ .i. ſollicitudo vineę Dñi ſanctos viros occupat. Decimotertio notat ỽtutem iuxta id. Sub vmbra illi⁹ quem deſiderauerā ſedi. i. ſub virtutibus, quæ ſunt ūbra diuinæ maieſtatis. XIIII. notat frigidę mētis torporē, & ſic peccās ſequitur vmbrā, & ſolē charitatis deſerit. XV. notat requiē, & ſic (vt ait Iob) ſeruꝰ deſiderāt vmbrā. XVI. notat ignorantē Dn̄m, vñ dicitur. Nam & ſi ābulauero in medio vmbræ mortis. i. ſi cōuerſer īter ignaros Dei. XVII. notat vitā præſentē, quæ eſt vmbra mortis, quia caligine peccatorū obſcura, ideo aliter. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis. i. in vita præſēti & c̄ XVIII. notat hæreticū quendā, vñ ſic etiā exponit auctoritas dicta. ſ. nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis. i. inter hæreticos, nō timebo mala, q̄m̄ tu mecū es. XIX. notat vmbrā mercedē ęterni refrigerij, vnde Iob. Ceruus deſiderat vmbrā &

mercenarius præstolatur finē operis sui, quia contē platiuus & actiuus exoptat requiē æternam. Hæc ait Rabanus exponens q̄ plura designentur p̄ vmbram, vnde Gabriel amplissimo vsus est vocabulo, dum Mariæ voluit exponere incarnationis mysterium, quod ōnes tangit & cōcernit. Plus ergo, dixit q̄ prima fronte appareat, nam idē est. Virtꝰ altissimi obumbrabit tibi, cū illo, fecit mihi magna qui potens est. In priori sermonis parte dicā thema beato Apostolo Thomę, in posteriori vero cui libet vestrum. ¶ Lumē illuminat hominē, quia omne quod videtur in lumine videtur, tamē si lumen est nimiū non illuminat, sed cęcutientem facit eum, quē illuminare deberet, vnde per Sapientem dicitur. Sol exurens mōtes, radios igneos exsufflās & refulgens, radijs suis obcæcat oculos. Vere quidem sol ad illuminandū factus, obcæcat oculos, si detur ei locus vltra q̄ decet. Iam ergo sol minoris mundi est ipsa ratio humanæ inuestigationis, qua quis discernit inter bonū & malū velut inter diem ac noctē. Si autē rationi detur locus abundātior hominem cæcat, & plus obest obcæcādo, q̄ prodest illuminādo, vnde propterea Paulus ait. Dico ēm p̄ gratiā quæ data est mihi, ōnibus qui sunt inter vos Non plus sapere q̄ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hoc Paulus a semetipso non dixit, sed a gratia quæ data est ei, nec dicitur vni aut duob⁹ sed omnibus vnde magnā arbitror hanc sententiā, nō plus sapere vsq̄ sobrietatē. Nouerat quidē Apꝰ quantū homini nocet humanæ rationis inquisitio, curiosa quod videre est & in primis parentibus, & in beato Apꝰ Thoma, qui nō ad sobrietatē sed ad curiositatē sapiebat, quando dixit. Nisi videro in manibus eius signa clauorū, & mittā digitum meū in locum clauorū, & mittā manum meā in latus eius non credā. Ecce quem ō præ fulgore nimio inquisi

Diuisio

Pria pars scientia hūana cæcat.

Eccl. 43.a

Rom. 12.a.

Ioan. 20.f.

tionis

tionis suæ cæcus erat, alioquin minime diceret non credã. Qui nõ credit cæc⁹ est. Nam propterea dixit Dñs. Ego in iudiciũ venio in mundũ, vt qui non vident, videant, & qui vident cęci fiant. De phariseis loquebatur ibi Dñs qui cæci facti sunt ob scientiam legis inflantẽ facies eorũ, Thomas autẽ ea cãtus est dum adnitebatur rationib⁹ oculorum suorũ & manuum & digitorũ perscrutari maiestatẽ Christi resurgentis. Sol ergo est intellectus noster, cui si præstatis locũ liberum radijs inquisitionis suæ, cæcabit vos, qui supradictus est mõtes exurere. i. superbos quibus præcepit Paulus, vt saperent ad sobrietatẽ, super quo verbo Haymo dicit. Non plus sapere, q̃s oportet sapere. i. non superbire. Hoc dicit contra gẽtiles tumentes, qui insultabãt Iudęis, tanquã ramis fractis. Plus em̃ q̃ oportet sapit, qui propter alteri⁹ miseriam se extollit, cũ potius humiliari debeat, ne & ipse cadat. Dictum est, & propter eos qui sanã doctrinã non sectantes, quædã falsitatis dogmata, cõponunt quibus simpliciũ animos corrũpunt Nõ plus sapere q̃ oportet sapere. Oportet denique vt viam præcedentiũ doctorum imitent, & ingenium præsentiũ magistrorũ. Hæc Haymo de eis qui subtili iudicio quasi fulgore nimio cæcantur, de quorũ numero Thomas erat, dũ nolebat aplis de Christo referentibus credere, nisi & ipse sua indagatiõe perscrutaretur etiã profunda Dei. Nõne profunda dei scrutari voluit, dũ manum voluit mittere in latus Christi ad cor Dei? Iste pręsumptione scientiæ suæ deceptus ac cæcus spreuit apostolos tanq̃ delusos nocturno phãtasmate, & putauit se nullo modo posse decipi si Christũ tangeret manibus innixus prudentiæ propriæ, cũ ex hoc se ostendat magis cęcum. Proprium em̃ est cæcorũ manibus cõfidere, & se manibus tenere adhærẽtes parietibus vel ductoribus suis. Thomas manib⁹ vt cæcus vult adhærere

hæretici plusquam oportet sapiunt

Christo appræhenso, quẽ (nisi eũ tangeret) non credebat a mortuis surrexisse. Quando gladiator in palestra cæcatur, vel puluere, vel sudore aut sanguine decurrente super oculos tunc ictus suos confuse infert vt qualitercũq; vulneret aduersariũ. Sic etiam, in palestra doctrinæ qñ quis vel ignorantia vel malicia cæcatur confuse allegat etiã incongrua, & minus ad rem, ex quo cæcus iudicandus venit. Resurrectionẽ volebant apostoli Thomã docere, ille aũt tactum allegat, tanquã si per eum certi9 edoceri valeret, cũ ipse tactus minus cęteris sensibus faciat minusq; conducat ad resurrectionis negociũ. Nam & si alĩ sensus non eam probẽt, tactus nõ solum eam minime probat, sed eam negat, & in oppositũ vertit, atq; destruit, vnde Gregorius ait. Quicquid palpatur, necesse est, vt corrũpatur. Non quicquid auditur, non quicquid videtur, non quicquid odore percipitur. Non quicquid gustat, sed quicquid palpatur, necesse est vt corrumpat. Ecce quomõ solus tactus resurrectioni contradicit, & inimicatur ei. quia dum hominẽ tangibilẽ desideras, ei mortẽ exoptas, quia quicquid palpatur, necesse est vt corrũpatur. Nonne demẽs esset, qui probans vinũ, an posset in posterũ diu seruari, vellet p signo durationis inuenire saporẽ acrem in eo? nam hic sapor signaculum certũ est proximæ corruptionis, ideoq; iste reputaretur cæcus in illo iudicio, volens per signũ oppositi probare durationẽ. Sic ergo demẽs erat Thomas, dum per tactũ suũ probare nitebatur Christi resurrectionẽ. Item sc'o, quia petebat signa clauorum, cũ Augustinus dicat. Resurgent sanctorũ corpora sine vllo vicio, sine vlla deformitate, sine vlla corruptione, sine vlla difficultate, in quibus tanta facilitas, quãta fœlicitas erit. Ecce quomõ nulla signa opprobrĩ erunt in corporib9 suscitãdis, vnde cæc9 iste. s. Thomas male iudicat de corporibus gloriosis, dum

tactus non probat resurrectionem,

sis, dum ea tangere nititur, & fixurā reseruare arbitratur passionū, quæ sunt signa seruitutis & non libertatis: mancipia quidē signantur ferro, quapropt dicamus ei illud quod Esaias dixit filiæ Babylonis. Sapiētia tua, & scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & præter me nō est altera. Sapientiæ & sciētiæ suæ splendor cæcauit eū, & captum tenebat. Perdix in mōtibus noctu cæcatur obiecto lumine aucupis: & sic dęm ō capit curiosos lumine rationis humanę, & citius audaciores, inter quos erat anima huius Apostoli dicētis. Præter me non est altera. se doctiorē ac perinde acutiorē alijs apostolis asserebat dicens. Ego sum. s. qui nō sinam me falli, & præter me nō est alter ita discernēs verum a falso. Hic aduertē ꝙ difficilius sanatur cæcutiens ꝙ cæcatus: nam qui ab altero cæcatur, ab altero sanari poterit: qui autē seipsum cæcat, a quo sanabit? Secundi generis sunt omnes hæretici, quorū hodie scatet multitudo, nō facile curabilis, quibus tunc tēporis annumeratus erat Thomas, nō credens resurrectionis articulū. Qui tam cæcutiens erat, vt nec ab apostolis octo diebus valuit illuminari, sed Christi Iesu altissimi tanta est ỽtus, ꝙ ei dicam⁹ Veni Thoma cæcutiens, veni, noli extra gremiū charitatis remorari, quia ỽtus altissimi obumbrabit tibi. Ecce verba thematis fratres mei, ꝙ apta sunt beato apostolo Thomæ, quē altissimi Iesu virtus obūbrauit, vt recte videret. Nam qui positus in sole nō videt, statuit se in vmbra, & videt, quā si habere non potest, ponit manū suā in supercilio suo, & causata vmbra super oculos suos, perspicit optime, dum aliquātulum obūbratur visus eius. Sic fecit hodie virtus Iesu, vt Thomas videret, & suā agnosceret cæcitatem. Virtus altissimi Iesu est sua humanitas, quę & manus eius est, quā statuit in supercilio Thomę, vt ea obūbratus videret optime salutaria sibi. Altitudo

Esa. 47. c.

duplex cæcus.

Iesu est eius deitas, quoniã alius propheta dixit. Deditabyssus (.i. Thomas qui interpretaĩ abyssus) vocem suã. altitudo manus suas leuauit. Vox Thomæ ꝓpria est illa. Non credã, nisi videro. Hæc vox mali cæcutiẽtis est, cũ econuerso dicatur, nisi credideris
Abac. 1. c. nõ videbis. Tamen virtus Iesu salutaris obũbrauit eum manibus suis, vt videret optime: nam referẽte Ieb, Dñs Iesus in manibus suis. i. anima & carne abscõdit lucem. s. deitatis, & reuelat eam amico suo. s. Thomæ, quẽ propter nimiã charitatẽ suam voluit obũbrare per humanitatẽ ei ostẽsam, vt crederet diuinitatẽ. Ideo eñ virtus Iesu, altissimi dicitur, quia eius humanitas ordinabatur ad altitudinẽ deitatis: quæ duo amico suo Thomę ostendit, ita clare, vt alteram meliorẽ vocẽ daret exclamãs & dicens, Dñs meus, & Deus meus. Prius ait, Dñs meus, postea vero, & Deus meus: quia per humanitatẽ obumbrantẽ deuenit ad lucẽ diuinitatis obumbratã. Obumbratã inquã, quia Dei filius vt apostolos obumbraret, prius obũbrauit se, gloriam q̃ resurrectionis suæ abscõdit ac tẽperauit, ad intus eam reducẽs, vt ab alijs videri posset: vñ Bernardus ait. Talẽ se obtulit apostolis apostolorũ Dñs, vt tam nõ inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta cõspicerẽt, sed ipse facie ad faciẽ videretur qui omnia fecit. Et quia discipuli carnales erant, & Deus spiritus est, nec bene cõueniunt spũs & caro, vmbra corporis suitem perauit se eis, vt obiectu viuificæ carnis, viderent ỹbum in carne, solẽ in nube, lumẽ in testa, cereũ in
Treno. 4. laterna. Spiritus eñ oris nostri Chrũs Dominꝰ, cui diximus. In vmbra tua viuimus inter gẽtes. In vmbra (inquit) tua inter gentes, nõ inter angelos, vbi purissimũ lumẽ purissimis oculis intuebimur. Vñ & virtus altissimi obũbrauit ỹgini, ne nimio splẽdore ꝑstricta, diuinitatis fulgur, etiã illa singularis aquila tollerare nõ posset. Ad hoc aũt carnẽ eius, ꝑ-

Chrs obũbrat se.

posuit

posuit vt oēm cogitatū eorꝝ ab hūanis rebus ad carnē suam (q̄ & mirabilia dicebat & mirabilia faciebat) adunaret, & sic de carne trāsferret ad spm̄, quia spūs est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Nō tibi videtur eis intellectum illuminasse, cū aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, ostendens quia hæc oportebat Christū pati, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriā suā: hęc Bernardus. Vnde aduerte, ꝙ quādo Christus apparit Thomæ, ōnia quæ alijs dederat, contulit ei: vnde v̄tus altissimi quæ alijs obumbrauit, etiā sibi pręstitit refrigeriū, & singulariter: vnde ei dicimus thema, Virtus altissimi obumbrabit tibi, etiā magis q̄ alijs: quia vbi abūdauit iniquitas, abundauit & gratia. Nunquā mater aliqua tantum blādiebatur aliquādo filio, quantū Christi virtus obūbrauit Thomę, quādo ei dulciter dixit Affer manū tuā, & mitte in latus meū. Multū obumbrauit Ioanni Christus in cœna, quādo recubuit in sinu Iesu: multū quidē per omnē modum, sed plus beato apostolo Thomę, quādo ei concessit, vt manum mitteret in latꝰ ad cor Dei. Tunc sane aperuit ei sensum, vt nō solum scripturas, sed earū auctorē intelligeret, & earū originale attigeret. Tum etiā ei spiritum sanctū cōtulit, quia si nemo potest dicere Domine Iesu nisi in spū sancto, quomodo posset iste ad cor Iesu manū mittere, nisi eam per gratiā mūdam haberet. An & vos nescitis, ꝙ nil coīquinatū intrare potest in cor mundū filij Dei? tūc etiā eum in bono cōfirmauit, quādo mādatum dedit ei dicēs. Noli esse incredulꝰ, sed fidelis. ¶ Nūc fratres enodare oportet, quę superius diximus, audistis em̄ quomō cæcus fuit Thomas, petendo se velle Christū tangere, & signa vulnerū videre: ex quibꝰ inferre quispiā poterit, ꝙ sicut alter male petijt, alter consequēter male sibi exhibuit. Nam si argumēta beati Thomæ qui

plus datur Thomæ q̄ alijs.

Nume. 22, Primũ signatur in Balaã, qui mercede conduct9 incedebat, vt malediceret Israel, tamẽ impedit ab angelo qui euaginato gladio asinã deiecit. Asina sensualitas est, propheta sedens est ipsa ratio, quæ aliquãdo alienata fertur ad perpetrandũ peccatũ: non intelligens sibi obuiantẽ occurrere, euaginato gladio .i. angelicã missionem, impediẽtem peccatum agi, & gladiũ inferentẽ. i. crudelitatẽ extremi iudicij, ꝙ designatur in gladio, ibi. Euaginabo gladiũ meum, & arripiet eos manus mea. Secundũ designatur in libro Iudicũ, vbi missus est angelus ad locum flentium, & increpauit filios Israel de ingratitudine, ac præuaricatione dicens. Eduxi vos de terra Aegypti &c̃. & sequitur. Eleuauerũt vocem suam, & fleuerunt, in quo designatur ꝙ suggestionibus angelicis peccata prẽterita debemus fletu contritionis diluere. Tertiũ signatur in ereptione Loth & vxoris ac filiarum a Sodomis, ne perirent in scelere ciuitatis. Moraliter Loth est spũs noster, vxor eius est caro duæ filiæ cogitatio & affectio, quæ ōnia coguntur exire a Sodomis. i. peccati consuetudine, si angelus mittatur ad nos. ☞ Secundũ malum dixim9 tẽtationis, & ab hoc liberat Deus per angelicã missionẽ, vt signatur in Exodo, nã ibi dicitur ꝙ angel9 Dñi qui custo

Deute. 21, Iudicum 2

Gene. 19.

angel9 tentatos eripit.

Exodi. 3

qui custodiebat castra Israel int̃posuit se inter Aegyptios persequentes Israelitas & ipsum exercitũ. Et hæc liberatio a tentatione fit etiã tripliciter. s. ligando dæmonis potestatẽ: vti factũ est in Apocalypsi persangelũ qui ligauit diabolũ, & misit eum in abyssum. Et angelus etiã Thobiæ ligauit dæmonẽ in deserto superiori Galilęæ: huiusmodi aũt ligatio, nil aliud est, q̃ potestatis eius restrictio. Item scd'o liberat a tentatione missio angelica, tangendo neruũ fœmoris, vti videre est Genesis. xxxij. cap. vbi dicitur q̃ angelus luctans cũ Iacob, videns q̃ eum superare nõ posset, tetigit neruũ fœmoris eius, & statim emarcuit. Lucta ista ꝟsatur in oratione, brachia vero sunt fletus & deuotio, per quæ inualescim⁹ ad angelos: vnde per Ozee dicitur. Inualuit ad angelũ &c̃. Sic ergo ãgelus missus Iacob liberauit ab Esau fratre suo. i. spiritũ a carne inualescente. Item tercio liberat a tentatione angelus signando cruce, vt exprimitur in Apocalypsi vbi dicitur. Nolite nocere terræ & mari, neq̃ arboribus, quoadusq̃ signem⁹ seruos dei nostri in frõtibus eorũ. Hoc signũ est memoria & amor dominicæ passionis, qui animæ nostræ imprimitur ãgelica suggestione: vnde per prophetã dicitur angelo. Signa Thau super frontes virorum gementiũ. Qui hoc insigniti sunt, nõ timeãt angelũ percutientẽ, quia ibidem dicit̃ malignis spiritib⁹. Super quẽ videritis signũ Thau, ne occidatis

Apoca. 20
Thobiæ. 8
Gene. 32
Ozeæ. 12.
Apocal. 7
Ezechię. 9

¶ Est etiã malum pœnæ, a quo tripliciter liberat angelus. Primo, cõfortando, vt patet in horto, quo Christũ confortauit imminente passione, quæ fuit maxima pœna imposita collo Christi. Scd'o, conseruando subiectũ, iuxta id. Angelis suis Deus mãdauit de te, vt custodiant te in õnibus vijs tuis. Tercio, ipsam pœnã refrenãdo & minuendo, vt patet in Daniele, vbi angelus Dñi missus est ad fornacẽ, vt faceret in medio eius, quasi ventũ roris flantẽ, vt

angelus a pœna eripit.
Lucæ. 22.
Psalm.
Danielis. 3

sic tēperaretur incendiū. ¶ Secundus status hominis versat in gratia, qui cōprehēdit incipientes, proficientes, atq; perfectos, quibus mittitur angelus: nam primo sanat oculos cordis ad cōtritionē: 2do purgat labia ad cōfessionē: tercio cōgaudet ad satisfactionē. Primum patet in hystoria Thobiæ, vbi dicitur q̄ iunior Thobias ad suggestionē angeli oculos patris sui liniuit felle piscis, & visum recepit. Thobias iunior est inferior pars rationis: Thobias pater est liberū arbitrium cæcatū peccato. Fel piscis amaritudo cōtritionis, e cuius linitione quæ causat dolorē, & oculorū illuminatione sequitur animę sanitas in cōtrito. Sec'm vero signatur in Esaia, cuius purgantur labia per angelicā missionē: vnde volās angelus ad eum dixit. Ecce tetigi labia tua, & mundabitur iniquitas tua. Terciū signatū est in pastore ouem reducente, qui ait. Amen dico vobis, gaudiū est in cœlo angelis Dei super vno peccatore pœnitētiam agēte. ¶ Quantū ad proficiētes angelus etiā mittitur tripliciter, Primo excitando intellectū sopitum per inconsiderationē & pigriciā: vnde Zacharias propheta dixit. Angelus Dñi excitauit me quasi homo qui excitat a somno. Sic excitat in actibus apostolorū dormientē carcere tenebroso accidiæ. Item apportat cibū ad confortandū affectū, vt patet in Helia, cui apportauit angelus vas aquæ & panem ad caput suū positum. i. cōfortationē adhærentem volūtati suæ, vt in fortitudine illa vadat ad mōtem Dei Oreb. Item tercio deducit & reducit proficientes per viam pœnitētiæ, vt expediat effectū sicut significatū est in Thobia, quē angelus duxit & reduxit incolumē. ¶ Quantū ad perfectos etiā opus est angelica missione, primo vt eos accendat in amorem: quoniā propterea dicitur. Qui facit angelos suos spūs, & ministros suos ignē vrentem. Item vt orationes eorū deferat: vnde quidā angelus dixit, Quā

Thobię.16

Esaiæ.6

Lucę.15.b,

angelus mittit ad proficiētes

Zacha.4.

3.Regū.19

Thobiæ.5.

Thobię.12

it. Quando orabas cū lachrymis & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationē tuam Dño. Item cordavisitat ad contēplationē, vt patet in beato Iacob, qui in somno contēplationis vidit scalam angelis plenā, cui Deus vt eum alloquereť nitebatur. Descēdebāt angeli quia cōdescensionē Dei apportabāt, & alij ascendebant, quia eius animā eleuabāt. Scala est ipsa contēplatio. ¶ Tercius status hominis versabitur in gloria, ad quē etiā mittitur angelus: primo vt viā præparet, vnde per prophetā dicitur. Ecce ego mitto angelū meum, qui pręparabit viam ante faciē tuam. Itē vt deducat animā, cui dicitur. Ecce ego mitto angelum meū, qui te custodiet in via, & inducat in terrā quā promisi patribus tuis. Item tercio in paradisum deportat angelus animā: vnde Christ⁹ dixit. Factū est dum moreretur mēdicus, portatus est ab angelis in sinū Abrahæ.

Genesis

gloriæ angelus astat moriēti b⁹

Mala. 3

Exod. 24.

Lucæ. 15. c,

¶ Viso in prima parte q̄ frequenter & vtiliter ad nos mittat angelus, videamus nūc in scd̄a parte locum quo nos collocabit in gloria: pro quo notādus est modus loquendi Saluatoris nostri, qui mendicū dixit, nō Lazarum: nam Lazarus est translat⁹, sed mēdicus mortuus. Vbi aduerte q̄ est mēdicus substantiæ tēporalis, de quibus dicit. Pauperes semper habebitis vobiscū. Et gratiæ spiritualis, de quo dicitur. Dicis quia diues sum, cū sis pauper & nudus ac miserabilis. Et sapiētiæ salutaris, de quo ait Iacob⁹. Si quis indiget sapientia postulet eam a Deo, qui dat omnibus affluēter. Et sanitatis corporis, quoniā nō est census super salutē corporis. Et amicorū bonor⁹ quia propterea Sapiens dixit. Qui inuenit amicū inuenit thesaurum. Omnis hæc paupertas moritur in morte iusti: nam homo dicitur pauper ex defectu: in gloria vero nullus erit defect⁹, vbi cōtra primū habentur perfectæ diuitiæ: quia pater dixit filio seniori. Omnia mea tua sunt. Contra scd̄m habetur

Scda pars,

Matth. 26

Apocal. 3,

varia paupertas,

Eccl. 30

Eccl. 6

abūdantia gloriæ varia.

Corint. 13. perfecta gratia, de qua Paulus ait. Cū venerit qūod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Contra terciū habet in sinu Dei plenitudo sapientiæ, de qua

Corint. 13. ipse Paulus dixit. Cognoscā sicut & cognitus sum. Cōtra quartū habetur perfecta salus i carne, de qua

Corint. 15. dicit. Corruptibile hoc induet icorruptionē. Cōtra quintū est ibi multitudo diligentiū in veritate: qa

Lucæ. 15 bonꝰ pastor cōuocat amicos cōgratulantes oui suæ inuētæ. Ecce igitur ad quid mittit angelus, vt. s. de portet nos, & tandē introducat in sinū Abrahę, vbi sunt illa quæ diximus. s. copia diuitiarū, gratiæ con summatio, salutis integritas, plenitudo sapientię, a micorum æterna societas. Hæc perficiunt hominis fœlicitatē, quæ reperiuntur in sinu Dei, nam ille si nus amplior est sinu maris, & pacatior. Ille sinꝰ dei est portus voluntatis eorū, qui ad gloriā peruenērt per custodiā angelicam, quæ facta est quasi nauis in stitoris de longe portans panē suum. ¶ Primo ille sinus est locus opū diuinarū nam angelus qui metit (sunt ēm messores angeli) de bonis hominibus im plet manū suam, & sinū suum qui manipulos colli git Deus, oppignerat ex ipsis. Ad hunc ergo sinum Dei pacatissimū tanꝯ ad gazophilatiū æternitatis & erariū regis ęterni veniunt angeli cū exultatiōe portantes manipulos suos .i. animas iustorū. Præ mittite vos ad hoc locū eleęmosinas vestras per an gelum & habebitis thesauros in cœlo, vbi fur non timetur. Nā qui nihil præmittit, arbitror, qꝺ illic ni hil habebit, nā ad Cornelīū missus est angelus quia ille inter thesauros Dei & in sinu pauperis eleęmo sinas multas absconderat. In sinu ergo Dei sunt o pes sanctorū, & opes ipsius Dei, nam sinus eius est minerale diuitiarū, quibus & angeli diuites fiunt. ¶ Item scꝺo sinus Dei est locus gratiæ cōsumma tæ, nam propterea dū cœnaret Iesus vnus ex disci pulis eius nomine Ioannes reęubuit in sinu eius. Io

sinus Dei omnia cō tinet.

anne

annes autē interpretatur gratia, & bene gratia recti bit in sinu, qui est locus gratiæ non cuiuscunq, sed consummatæ, ideo ēm Lazarus, quādo cursum cō summauit delatus est ab angelis in sinū Dei, quem ipse bene sciebat, nā eleæmosinas quas acceperat il lic reposuerat eas Laurentio dicente. Thesauros ec clesiæ, quos requiris in cœlestes thesauros, manus pauperum deportauerunt. ¶ Tertio in hoc sinu Dei est plenitudo sapientiæ secretissimæ, quod per penderat ille qui dixit. Vnigenitus Dei qui est in si nu patris, ipse narrauit nobis. q.d. nil poterit igno rare postq̄ est in sinu patris. Si in sinu Dei non esset plena sapientia, non potuisset Ioannes vna lectiōe ibi tanta didicisse, quādo recubuit in sinu magistri, ex quo vt ait Augustinus fluenta euangelij potauit. ¶ Quarto est in sinu Dei salutis integritas, & ideo ex Christi sinu sacramenta salutis fluxere ad sanita tem gentiū, vbi nota q, cū Moyses manū mittebat in sinum sanabat, extra vero leprosa fiebat, sic nos dum sum⁹ extra sinū Dei lepra peccati respergimur dum autē introducti fuerim⁹ in sinū gloriæ suæ sa nabimur ōni ex parte, qm̄ locus ille salutis est om nimodę. ¶ Quinto in sinu Dei est iocunda societas amicorū eius, quoniā scriptū est. In sinu suo leuabit agnos. Omnes sancti in sinu Dei agni sunt māsueti & fratres agni īmaculati, de quibus dicitur. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundū, habitare fratres in vnū vsq; illic mandauit Dñs benedictionē, & vitam vsq; in sœculū. Qui ergo est pauper meritis, exiguus gra tia, indiguus scientia, destitutus salute, orbatus ami cis non desperet, sed ōnes forti animo estote & sa tagite, vt angelus Dei fortitudo Dei Gabriel, vos ducat in sinū cœlestis patriarchę, qui ex sinu patris deduxit vnigenitū Dei ad sinū matris eius, de q̄ di ci potest. Munus absconditū extinguit iras, & do num in signū indignationē maximā. Munus chari

Exodi. 4. a

Pro. 21. c sinus Ma riæ donū Dei conti net.

ssimum

ſſimū in ſinu ſolet reponi. Et quo magis abſcondite datur, magis amatur, quia ſignū eſt maioris precio ſitatis. Pater æternus per Gabrielē miſit munus ad virginem .i. filiū ſuū, quem de corde ſuo genuerat in ſinu ſuo. Et cū hoc dono miſit ad eam remiſſionē indignationis maximę quam in Adam incurrimus a quo naſcimur filij iræ, tamen cum dono ad virginē tranſmiſſo datur, vt iam renaſcamur filij gratiæ quin & iras poſtea meritas remittit nobis pater dū tamen hoc attendas, ꝙ ſicut Iudæi habebāt fiduciā in ſinu Abrahæ, nos habeamus fiduciā in ſinu virginis. Nam & ipſe Abrahā in ſinu Mariæ maximā habuit confidentiā, ex quo facta eſt ei promiſſio incarnationis, cuius fides dicitur ſinus Abrahæ, quia ei primo reuelatū eſt donum mittendū a patre in ſinum virginis matris. Inſuper dico fratres ꝙ prius nos oportet ſperare in ſinu virginis, ꝙ in ſinu Dei, quia ei donauit prius ōne quod erat in ſinu ſuo, vt per eam veniret ad nos, noſꝙ per eā iremus ad ipſū Quapropter cū Dei filius omniū ſit ſpes, Maria ſingularem poſſeſſionē allegat dicens de eo. Repoſita
Iob.19.d eſt hęc ſpes mea in ſinu meo Spes noſtra (vt ait Paulus) Chriſtus eſt, qui ſingulari medio repoſitus eſt in ſinu Mariæ. Et optime dicitur repoſitus quaſi bis poſitus quia duplici iure ſuus eſt, primo ratione cōmuni ſecūdo ratione ſingulari, quia membrū Chriſti eſt, & mater Chriſti eſt. Aut bis dicitur in ea poſitus filius Dei quia primo fuit in ſinu patris, & quaſi ſecundario in ſinu matris, quæ cæteris proprior eſt ei
Pſal.34.d, quoniam volens orare dicebat. Oratio mea in ſinu
Prouer.6.c meo cōuertetur. Ad ſinū i& ad manū habebat, cui orationē dirigebat, imo & a quo excitabatur, vt peteret, quia nō poteſt homo abſcondere ignē in ſinu ſuo, quin veſtimenta eius ardeant, ſic hoc donū Dei patris nō poterat eſſe in ſinu matris, quin eā excitaret ad petendū pro nobis, quia cauſa noſtri dat⁹ eſt

ei, ac

ei,ac deinde causa sui datur nobis. Mortui vadāt ad sinum patris nos autē eamus ad sinum matris,quia ibi proprior est Deus,ac tenerior filius Dei reperiē in matre q̄ in patre, alioquin Ap̄lus non inuitaret nos dicens. Apparuit benignitas,& humanitas saluatoris nostri Dei. Quintuplex indigentię supplementum diximus esse in sinu Dei, & illudmet in sinu matris eius inuenies nam in ea est copia diuiciarū (hoc est) meritorū,quib⁹ supergressa est vniuersas. Est etiam scd'o in ea copia gratiæ,quia gratia plena est. Tertio autē sinus Mariæ est aula theologię quæ etiam angelos docuit secreta filius Dei. Est quarto ibi sanitas quia Deus dedit salutē in manu fœminæ Quinto denicq̄ in ea est amicorū habundantia, quia omniū bonorū mater est. Ecce quom ō in sinu ẏgi nis sunt ōnia quæ erant in sinu patris ratione contē ti,nam in sinu Mariæ inuenies fortissimū Sampsonem,quoniā scriptum est. At illa dormire eū fecit super genua sua,& in sinu suo reclinare caput,hoc fecit Dalida quæ interpretatur paupertas & est caro virginis,quā religiosus nazareus Sampson filiꝰ Dei adamauit propter nos, vt haberet occasionem dominandi in Philisteos. Paupertatē nostrā dilexit filius Dei vt nos ditaret. Iam ostendi q̄ paupertas nostra est quintuplex.s.diuitiarū & gratiæ, & sapientiæ & salutis & amicorū, sic etiā horum omniū fuit pauper filiꝰ Dei in sinu virginis, vbi caruit opibus & hominū gratia,& salute,& sapientia hominum non fuit secuū ; nec amicorū copia sed inimicorum qui spoliauerunt eū, ac deterius q̄ Sampsō tractatus est,sed hæc ōnia ad gloriā Israel facta sūt. quoniam in capite eius remanserant radices fortitudinis suæ,quæ soluto templo corporis sui obtentaq̄ victoria in die resurrectionis creuerunt in crines nostri Sāpsonis, quos per inimicos suos abradi permiserat,dū se tractari consensit, ac si nō esset homo sed fœra

Iudic. 16.e

Maria est Dalida

sed fęra, nam eũ mollere fecerunt in mola crucis vbi diluit peccata nostra, quæ ibi cõtrita sunt, atq; deleta. Dalida ergo quæ est pauper Maria eũ dormire fecit super genua sua, nam orationes eius quæ ad genua referuntur, deduxerunt filium Dei ad nos, qui se habuit reclinatus in carne velut vir soporatus a vino amoris, qui tractus ac verberatus vix sentit.

Pro. 5. d. In sinu ergo Mariæ, id est in carne eius, nam sinus fœminæ carnem eius designat, quoniã Sapiens ait. Cur seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? ecce quomodo sinus designat carnem, quæ caput Christi recepit, nã dicitur. Fecit eum in sinu suo reclinare caput. i. deitatẽ, quia (vt ait Apłus) caput Christi Deus. Sane caput hoc dormiebat, maxime quando in cruce inclinato capite tradidit spiritũ Dormit ergo Deus, dissimulans peccata hominũ: & interea pro eis facit pœnitentiã, sicut eam fecit Sampson, qui interpretat sol eius: tamẽ eructis oculis sol fit cæcus: vnde Iesus obtenebratur passionis tempore, nec vult videre peccata hominũ, dum ait.

pater ignosce illis Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ignosce. i. nõ cognoscas peccata eorũ, non ea respicias, sicut nec ego ea cõsidero, sed amorẽ carnis saluandæ, sed amorẽ paupertatis ditandæ. Amor paupertatis nostræ Deũ inclinauit, nõ ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, nec propter aliqua merita pręcedẽtia inclinatur filiꝰ Dei, quia solũ in nobis erat caro pauper, tamẽ mundissima in matre eius Maria, cuius sinu recipitur Sãpson filius Dei, & fit ibi infirmus, similis nobis passibilis, vt carnẽ impleat bonis suis. Si ergo vultis fratres penuriã vestrã ditare, ite ad sinum ✠ginis, quia ibi est filius Dei, cuius meritis angeli deferunt animas in sinũ Dei patris nostri qui in cœlis est. Animę in cœlũ delatæ, recipiẽt ex sinu dei illa quinq; iam dicta, nam & illa eduxit filius Dei, egressus a sinu matris suæ Mariæ, cui angelus dixit.

Paries

Paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum &c. Iam ergo contra paupertatẽ diuitiarum .s. meritorũ dicitur. Hic erit magnus. Quilibet iustus in cœlo magnus, meritis efficietur adiunctꝰ Christo. qui ditat diligentes se, & thesauros eorũ replet. Contra sc̃m .s. cõtra paupertatẽ gratiæ dicitur. Et filius altissimi vocabitur. Nil magis gratus Deo q̃ filius eius, qui tantam gratiã consummatã inueniet apud eum, vt filius Dei dicatur. Mensurã bonam, plenã, confertã coagitatã, ac reuertentẽ dabunt in sinum vestrũ. Ecce q̃ abundans erit mensura gloriæ. Cõtra tertiam pauperratẽ .s. sapiẽtiæ dicit. Et dabit illi Dñs Deus sedem Dauid patris eius. Sedes hęc reuera cathedra est, quia Dauid super senes intellexit, & sapientissimus sedebat in cathedra vnde quilibet iustꝰ psalmographus erit in cœlo, vbi psallet in sempiternũ dño Contra quartã paupertatẽ .s. salutis dicitur. Et vocabis nomen eius Iesum, quod interpretatur salꝰ, vbi notatur integra salus collata beatis, quoniã (vt alibi dicitur) saluatus erit Israel salute æterna, vnde quilibet sanctus in gloria dicet. Salus tua Deus suscepit me laudabo nomen Dei cũ cantico, et magnificabo eũ in laude. Videãt pauperes & lætentur .s. dicẽtes Magnificat anĩa mea Dñm, & exultauit spũs meꝰ in Deo salutari meo. Contra quintã paupertatẽ .s. amicorũ dicitur. Et regnabit in domo Iacob ineternum. Hoc regnũ quo sancti regnabunt, tã amplum eritac plenũ, vt fine careat circũqua q̃, quoniã regni eius non erit finis. Vnde Dñs dicit. Venient ab oriente & occidente, & recũbent cũ Abrahã Ysaac & Iacob in regno cœlorũ. Tunc erit turba magna filiorũ Israel sicut stellæ cœli, & sicut arena quæ est in littore maris. Et multitudinis credentiũ tunc erit omnino cor vnũ & anima vna, ne in tanta multitudine sit aliqua confusio. Beatitudo igit nihil aliud est q̃ suppletio totius paupertatis nostræ, quæ impletur dum

bona Chri habebis in cœlo

Psal. 68. d.

tur dū defertur per angelos in ſinum Abrahæ, ſicut Maria impleta eſt dū per eoſdē angelos delatus eſt ad eam filius Dei totius boni plenitudo in præſenti per gratiam & in futuro per gloriā, quam mihi & vobis præſtet Ieſus Amen.

¶ In vigilia natalis Domini. De ſponſalibus

Miſſus eſt angel⁹ ad ℣ginē deſponſatā viro. Lu. i. c

¶ Inuocatio vbi oſtenditur quomō protegend⁹ eſt ſubditus a paſtore bono.

CVm maiori neceſſitati angelus Dñi lege charitatis ſubuenire teneatur, de eius protectiōe optime dicitur in Exodo. Tollenſq; ſe angel⁹ Dñi qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos, & cum eo pariter colūna nubis priora dimittens, poſt tergū ſtetit inter caſtra Aegyptiorū & caſtra Iſrael Super hoc ait Strabus. Angel⁹ qui nuncius interpretatur, ſignificat doctores, qui nobis præcepta vitæ annunciant, & cū nube. i. ſcientia ſcripturarū, caſtra Iſrael. i. eccleſiā præcedunt, quia cū ſcientia præſidēt Superuenientibus Aegyptiis retrorſum abiit, quia tempore perſecutiōis opponēt ſe pro ſubiectis. Nubes vero tenebroſa erat Aegyptiis, & lucida Hebræis. Hæc gloſa ordi. oſtendens quomō prædicatores ſunt angeli, qui cōmuniter debent præcedere bonum exhibēdo exemplū, dum autē ingruit perſecutio ante ſe debet populū agere, tuens eius terga per ſolhicitū patrociniū. Ecce igitur vidiſtis, quæ ad contionatorē pertinent, vobis autē conſentanea & neceſſaria opere precium eſt videre, tā populus protegendus eſt, ſi tamē paret protectoris præceptis, ſicut populus hebræ⁹ parebat monitionib⁹ angelicis & ſi difficillimis. Quæro igitur quis veſtrū intrare non ambigit mare ſeuū ac rubrū pœnitentiæ? quis tota nocte vigilat cū populo Dei flante vento vrēte & vehemēti? quis Aegyptū ex toto reliquit, & ſeculo neq; renunciauit? quis æquanimiter paſſus eſt vehe

Exodi. 14.

conciona-tor ſe obi-cit perícu-lo & præla tus,

est vehementē aerē vrgētis angustię: Pro talib⁹ quidem se angelus interposuit, & merito: quia vigilātibus & nō segnibus vel desidibus iura subueniūt. Angeli etiā laborantibus adsunt: in horto em̄ Gethsemani nō apostolis dormitātibus, sed vigilanti & anxio Christo apparuit augelus. Sed forte dicetis, ꝙ beata v̄go angelis clemētior omnibus exhibet pijssimam clientelam, & citius parata est peccatori subuenire q̄ iusto: quoniā pacienti extremā necessitatem cogimur subuenire, ne sordescat adhuc. Nā de Maria dicitur. Lignū fumigans non extinguet. Lignū ardens nihilo eget, quia lucerna ardēs & lucens non eget subuētione, sed eam cæcis præstat. Si tamen lignū fumigat, eget insufflatione, vt reparetur ad vitā. Insufflatio autē est Mariæ intercessio nā eius oratio carbones tepidos succendit. & ad vitam gratiæ reducit, quā vt assequamur, ei offeram⁹ Aue Maria.

Maria clementior angelis.

¶ Argumentū dicendorū.

De duobus erit nobis sermo, in cuius priori parte, agendū censeo de statu virginitatis, qui nunc oriri videtur, in posteriori autē ostendā, cur isti virgines sponsalibus cōsentiunt, quib⁹ vti nunq̄ libuit.

Diuisio

SVper verba pręassumpta beatus Bernard⁹ longum & optimū texit sermonē de virginis hūilitate, quæ non dedignata est, Ioseph tradi, nam cū sit angelis cognata virginitas, potius deberet virgo suam in cœlis conuersationē habere, q̄ cum sponso Ioseph, ꝓpter quē reliquit templū, quo nutrita fuerat. Incipit ergo Bernardus contionē suam dicens. Quæ est hæc virgo, itā venerabilis, vt salutetur ab angelo, tam humilis, vt desponsata sit fabro. Vide Bernardū super missus est de hūilitate Marię disserentem, & vltra aduerte, ꝙ Dn̄s Iesus non venit soluere legē sed adimplere: & sic videtur fecisse mater eius Maria, dū ne malediceretur ab alijs assensit sponsalibus, alioquin legis præuaricatrix iudicaret

nupsit Maria ob hūilitatem, & legem

a carnalit

a carnaliter intelligẽtibus legem de maledictiõe sterili conferenda. Maria vero dũ sponsa fit literaliter seruat legẽ, dũ autẽ votum ꝟginitatis etiã apud spõsum seruandũ decernit, spũaliter incipit legẽ seruare, quæ potius maledicit steriles mente q̃ ventre. Maria ergo & Ioseph spõsalia contraxerũt, ne alios scandalo afficerẽt, spernendo legẽ quæ carnalẽ generationem efflagitabat. Contraxerũt etiam, vt thesaurus virginitatis eoꝝ alijs celaretur, nã ita debent charismata meliora seruari, ac tegi, vt aliqua q̃ minus bona vident̃, liceat facere ad illorũ dissimulationem, Christo dicente. Tu autẽ cum ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuam laua. Quod Chrysostom⁹ exponens ait. Per aggerationẽ intelligenda sunt ista sicut & cætera antedicta, tanq̃ si dicat. Sic longe te facere debes ab ostentatione ieiunij tui, vt si potest fieri, quod non decet, etiã ea facias, quæ ex diuerso luxuriæ, & epulationis vident̃ esse inditia. Hęc ille notans ꝙ vnctio capitis est signũ luxuriæ, & lotio signũ epulationis, quibus signis sancti viri seruant castitatẽ & abstinentiã suam. Sponsalia fratres mei signũ luxus dinoscũtur, signa quidẽ sunt amplexuũ & osculorũ, ac per consequẽs proxime corruptiõis tameniste sponsus & sponsa sub sponsalib⁹ virginitatem seruãt, et lõge fiunt ab amplexibus, quia õnis gloria eorũ ab intus. s. sub pallio sponsaliũ, in ꝟginitate reperitur. Ioseph ergo & Maria ieiunantes ab õni carnis cõtactu, consiliũ Christi præcognoscentes capita sua vngũt, & facies lauant, ne ab alijs videant̃ ieiunantes a carnalibus, tñ pater cœlestis qui videt in abscõdito misit ad eos Gabrielẽ per cuius ministeriũ spõsalia cõtraxerant, quis em̃ posset nisi angelus reperire. virũ & virginẽ sibi in virginitate seruanda cõsentientes adinuicẽ: iste, vt dixi sup̃ missus est, eos cõiunxit, ac videbatur eis dicere. Aemulor em̃ vos, Dei æmulatione, despondi em̃ vos

celat Maria opera bona.

cur Maria despõsetur

vni viro

vni viro virginē castam exhibere Christo. Aemulatione meliorū charismatū eos angelos afficiebat, hoc fine, hac sane gratia, vt ỹgo sancta Christo venienti pararetur. Ioseph tamē hoc semper ignorauit donec Maria inuenta est ab eo in vtero habēs de spiritu sancto. Chrysostom⁹ autē in opere imperfecto perfecte loquitur de spōsis istis dicens. Ideo Maria desponsata erat fabro lignario, quoniam Christus sponsus ecclesiæ omnem salutem hominum & omne op⁹ suum per lignum crucis fuerat operaturus. Ideo autē & desponsata & domi habita, vt despōsatio ipsa fidelis esset, & fornicationis opprobrium a matre repelleret, & ỹginitatis gloriā nascituro dño reseruaret. Si ēm quia in domo sponsi peperit, infideles Iudęi dixerunt. Nōne hic est Iesus filius Ioseph? quāto magis si extra domū sponsi peperisset, dicturi fuerant. Nōne hic est Iesus filius meretricis? Nam quēadmodū in ea quæ in domo viri cōcipit, intelligitur cōceptio maritalis, sic in ea quæ extra domum cōcipit, est suspecta conceptio. Magis ergo voluit Dñs, vt haberet mater eius maritalē suspitionem, q̄ fornicationis opprobriū pateretur. Antequā conuenirent, inuenta est in vtero habēs. Non dixit, priusquā acciperet, sed antequā conuenirēt inuenta est in vtero habēs, quia iam accepta erat in domo. Virginitas ēm est incorrupcibilitas: incorruptibilitas āt ỹginitas ipsa syncera. Ideo ēm antequā conuenirēt cōceptus est Christus, vt nec de corruptione incorruptibilitas nascerē, nec ex passione corporis vtriusq̄ templū sibi Dñs fabricaret. Dico autē nō ad desperationē & confusionē nuptorum, sed ad cōsolationem & gloriā continentium, quoniā hæc ipsa coniunctio maritalis, malū est ante Deum, nō dico peccatum sed malū. Nam quātū ad naturā rei ipsi⁹ peccatum est, cōcessione autē dei factū est, vt nō sit peccatum. Quomodo? oportebat ēm vt homo corruptibilis

2. Regū. 11

despōsatio suspicionē tollit.

matrimoniū est malum sednō peccatum.

tibilis nasceretur in mundo, vt posset tentari, vt tentatus coronetur. Si aūt incorruptibilis factus fuisset tentari nō poterat: si vero nō tentabatur, nec coronabatur, quia incorruptibilitas tentationē non sentit. Ideo ergo factū est, vt ex passione carnis & sanguinis, & igne feruido visceribus succedente humore, homo corruptibilis nasceretur, vt ne de bono malū nascatur, aut ex impassibilitate corruptio, sed vt de malo malū procedat, & ex passione corruptio generetur. Ideo ergo ista cōiūctio maritalis, cum esset peccatū, quātum ad naturā rei ipsius, cōcessione rei facta est licentia. Licētia dico facta est, nō iusticia. Nam & si propter necessitatem rei, peccatū esse desijt, tamē iusticia esse nō meruit, ideo vtētibus se & si pœnam nō infert, mercedem tamē nō præstat, & si nō occidit, tamē non saluat. Vnde propheta nō ad indulgētiam rei respiciēs, sed ad spurcitiā ipsius operis, dicebat. Ecce em̄ in iniquitatibus cōceptus sum & in peccatis cōcepit me mater mea. i. quid mirum si peccaui, qui de peccato natus sum? secuta est em̄ generationē suam natura peccati. Nam si matrimoniū ipsum placitū esset Deo, nunquā abstinētibus se ab illo, glorioſa promitteretur coronata, nec sic amarētur a Deo, qui odiunt illud. Non em̄ ille remuneraretur, qui bonum fugit, sed qui malum. Vis autē scire quom̄ō licitum est matrimoniū? quomodo & aliquādo licuit, & sorores habere vxores? quom̄ō habuerūt Caym & Abel? hæc nomina filiarū Adam quas in inicio habuit post Caym & Abel, Rifam, & Edoclam, & nō peccauerunt. Quia pecatū illud raritas hominū, & necessitas excusabat: postea crescente numero hominū, ipsum malū reuersum est in naturā suam, & cepit esse peccatū. Remāsit autē in vsu, vt vni viro liceat habere plures vxores. Amplificato postea mūdo, etiā hoc malum recepit naturā suam, & cepit esse peccatū. Remansit autē in vsu,

Psalm. 50.

Iam nō est bonum quod ātea erat bonū.

vt vnus

vt vnus vnã haberet vxorem. Nunc autẽ postq; venit plenitudo tẽporis, & sensit mundus, scim⁹ quale est consiliũ Dei, & quid vult, & quid est placitũ coram illo. Sed ausũ nõ sumus dicere propter homines incõtinentes, in quorũ corpore anima nihil agit sed in toto illos possidet sanguis, & fordidissimus ille vapor, de illo insano igne procedẽs. Deniq; cum mãdaret angelus Thobiæ in nuptijs eius, vt anteq; cõuenirent ad illam cõsuetudinẽ humanã, surgerẽt prius, & orarent, & sic diceret. Dñe tu scis, quia nõ propter libidinẽ accepi vxorẽ, sed propter liberos procreandos: quia si aliter orasset, oratio eius Deo nõ fuerat placitura. Vide ergo qualiter turpissimũ illud opus carnis filiorũ causa excusãt. Nunc ãt multiplicato sæculo, creãdorum hominũ occasio est extincta. Iam Deo nõ multitudo hominũ sed charitas sanctorum delectat Ecce vna est libido quæ fornicationem generat, & quæ maritalẽ vsum ministrat. Sed sicut posuit maris termino littora dicens. Vsq; huc venies, & hic te cõstringes, sic libidini carnali terminũ posuit cõiugium, vt vsq; illuc veniẽs, illic se cõstringat. Sicut ergo mare si littora sua supergressum fuerit, peccat, ita & homo si transgressus fuerit licẽtiam maritalẽ. Si ergo vna est libido in maritis, & in adulteris, quõ potest fieri, vt vna eadem q; res, p dimidia quidẽ parte sit iusta, pro dimidia vero peccatũ? aut eñ tota est peccatũ sit, aut tota iustitia, quia vna est res. Verũ est aũt quia libido iusticia nõ est, ergo tota peccatũ est, sed peccati illius pœna non imputatur, donec iste odibilis & corruptibilis transeat mũdus. Ideo ergo Dñs conceptus est priusquã conuenirent, vt nõ ex passione carnis & sãguinis Dñs nasceretur: qui ideo venit vt carnis & sanguinis solueret passionẽ, & mutaret in spiritũ. Hæc ait Chrysostomus: vt ostendat quãto ministerio status ỽginitatis seruandæ sit inceptus, quẽ beata ỽgo

Thobiæ. 8.

limites mali sũt matrimonia

status ỽginitatis incipitur

& Ioseph inceperunt, & Dñs Iesus stabiliuit eum, ac dotauit eum dote bona. s. seipso. Vnde aduerte q̄ dum status aliquis, seu modus viuēdi erga Deū, aut ei seruiendi incipitur, in ipso status inicio Deus ostē dit quale premiū status ille obtinebit. Hoc exēplari ter patet in statu pœnitentiæ, cuius ductrix fuit Magdalena, sque in sermone Christi cōtrita venit ad eū & stans retro secus pedes eius, per oscula cōfessa est peccata sua, & satisfecit, dum ōnia quæ ei deseruierant ad culpam, cōuertit ad Christū, qui ei & omnibus pœnitentiā agētibus dixit. Remittunt tibi peccata tua, vade in pace. Status baptismi sacramēti incipitur in Christo, cui tunc in signū futurorū apertū est cœlum, & spūs sanctus aduenit, & voce patris filius eius vocatur, quæ omnia recte baptizato spiritualiter exhibentur, quia extunc fit filius regni, & annumeratur inter filios Dei: cui & columba insedit. i. gratia spūs sancti. Status martyrū incipitur in beato Stephano, cui & ostensum est premiū illius status. s. apertio non solū cœli sed cœlorū, & Iesus stans a dextris virtutis Dei, qui assurgebat martyri suo, vt ei tanq̄ optimo militi reuerentiā exhiberet secūq̄ vt in Apocal'. promittit eū collocaret in throno. Status matrimonij incipit in Adam & Eua quibus etiā ostendit Deus premiū illius status, quādo eos ipse coniunxit nam Euam ipse Deus tanq̄ pater nymphus adduxit ad sponsum Adā, qui eam in vxorem assumēs dixit. Hoc em̄ os ex ossibus meis & caro de carne mea & c̄. hoc sacramentū. s. matrimonij magnū vocat Ap'lus, nō in se, sed in Christo & ecclesia, quoniā ad eos dirigitur, tanq̄ ad meliorē prolē. Quemadmodū exiguū & fere nihil est matrimonium, quod caret prole: prole aūt habita potius est in supportatione, q̄ in refrigerio, sicut & arbor postquā dedit fructū suum, sic denicq̄ matrimonitū postquā Christus natus est perdidit vires suas, quę

ad illum

varius status & præmia eorū.

Gene. 2. d.

ad illum tendebāt, nam tantus honor, & obligatio veteris legis ad contrahendū propter Christū nasciturum fuit, quo adueniēte vires suas perdidit matrimoniū. Vis hoc videre? antea erat in consilio, & in præcepto, & etiā apud sanctissimos viros in vsu iam vero nec est in præcepto, nec in cōsilio, nec apud sanctos in vsu, sed solū est apud incōtinentes in permissione, vt probauit Chrysostomus, & ergo quia vbi desinit phisicus incipit medicus, voluerunt Maria & Ioseph altiorem statū incipere, vt sublimiorem viam toti ostenderet mūdo, tamen quia initia magnarū rerum sunt difficilia, ideo tegunt virginitatem suam sponsalib⁹ donec ipse Christus premiū ỽginitatis & gloriā propalet, etiā coram toto mūdo, nam dum esset in cruce publice fecit diuortiū inter Mariā & Ioseph (vt aiunt Cyprianus, & Ambrosius) nam tradens virginē Ioanni clare ostendit Christus q̄ Ioseph nihil iuris habebat in virginem quā non acceperat ad carnis vsum, sed ad tegumentum & protectionē virginitatis suæ. Quæ gratia alterius ad alterū communis fuit, vt haberent emolumentum societatis suæ. Ad virginē quippe dixisse arbitror angelū. Ne timeas accipere Ioseph coniugem tuū, quia virgo & sanctus est. Eadē verba dixit ad illum postea, & sic ambo inceperūt statū virginitatis viris & fœminis cōmunē. Cuius p̄miū & corona est ipse filius Dei subditus illis, vt filius, qui ipso facto eis dicere visus est. Ne inuideatis abūdantibus filios, & filias, ego em̄ sum filius vester, ideo merces vestra magna erit nimis. Premiū ergo ỽginitatis est, q̄ habeant Deum appropinquātem sibi tanq̄ filium, magis propriū eis q̄ cæteris, qui pascitur inter lilia, & cū sponsa & sodalibus ỽginibus frequentius graditur. Habetq; angelos sibi frequentes ỽginitas, quia sæpe apparēt Mariæ atq; Ioseph sibiñuicem zelantibus. Isti ergo nō solum in-

Matrimonium iam deficit.

ỽginitatis status incipitur.

cc ñ erunt

erunt ſtatum ỽginitatis cœlitus inſpirati, eiuſq; pre
mia etiã viuentes poſſederunt: ſed aliquod numen
primi matrimoniꝫ relucet in eis, qui matrimonium
adimpleuere, ſicut Chriſtꝰ legem veterẽ. Hoc dico
ne quis putet Mariã & Ioſeph matrimonio detrax
iſſe, cum per eos videat illud iam nõ eſſe nec in pre
cepto, nec in cõſilio, nec in vſu apud ſanctos viros,
ſed in permiſſione apud aduſtos: ỽginitas aũt eſt in
cõſilio, & in vſu apud celebres viros, & forſitan eſ
ſet in præcepto, ſi eo faciliter poſſet ſeruari, ſicut ma
trimonium. De matrimonio ergo ait Maria & Io
ſeph. Ego non veni ſoluere legem ſed adimplere.
Adam ſoluit legẽ matrimoniꝫ, & ſua Eua, quia eos
Deus cõiunxerat ad bonũ, & fecerunt malũ in ocu
lis Dei, cõmiſeruntq; peccatũ grãde, propter quod
puniti ſunt primo in ipſius matrimoniꝫ vtenſilibus
ac inſtrumẽtis .ſ. in genitalibus, quæ operire vole
bant foliꝭs: vnde videtur extunc matrimoniũ fuiſſe
viciatũ ac mulctatũ pœna erumnarũ & dolorum.
Nonne matrimoniũ fuit extunc viciatũ, poſtq; om
nes naſcimur filiꝫ iræ? Nõne Ioſeph & Maria adim
plent matrimoniũ, dum per fructũ Ieſum, & per
manus eorũ venit ad nos multitudo filiorũ gratiæ,
quæ ab aliꝭs ſi nõ peccaſſent, deberet venire? Nõ er
go detraxerunt, ſed adimplere niſi ſunt matrimoni
um, illudq; quodãmodo ad ſua primordia reducere
quibus filios regni ædidiſſet, ſi minime caderet a pri
ſtina dignitate. Vt autẽ dinoſcas, quom õ Ioſeph &
Mariæ ỽginis matrimoniũ, ad primũ quod terre
ſtri paradiſo celebratũ eſt, pertinet: aduerte id Chri
ſoſtomi, dicentis. Vide quom õ ſimilitudinẽ ipſius
rei per õnia ſequitur, quæ facta eſt in Adã. Sicut em̃
tunc mulier guſtãs de ligno, ſola ſeducta eſt, & pe
perit mortẽ. Adam vero nõ fuit particeps in ſedu
ctione illius: nõ em̃ a diabolo ſeductus peccauit, ſed
quia cõſenſit mulieri. Sic & modo accipiens Maria

Ioſeph eſt Adam.

de ſpi

de ſpiritu ſancto, ſola credidit, dicens. Ecce iam nūc
beatam me dicēt omnes generationes. Ioſeph autē Luce. 1. c.
tunc in fidē cōceptionis illius nihil habuit cōmune
ſed poſtea tacēdo, & cōſentiendo tātum ſaluat⁹ eſt.
Ideo & in ſomnis aſtitit ei angelus, non palam, vt
quemadmodū dormiente Adam creauit mulierem
ſic & iſti dormiēti diuinitus cōſignaret vxorē. Hęc
ait Chryſoſtomus, reducens myſteriū preſens ad
illud quod erat in principio, quādo primos ỽgines
Adam. ſ. & Euam Deus cōiunxit ſimillimos. Vñ
Adam viſa Eua dixit. Hæc vocabitur virago, quia
de viro ſumpta eſt: virginē eam vocat & ſibi ſimi-
lem. Nunc aūt inicio recreationis mūdi Deus alios
iungit adinuicē ſimiles qui cœlum impleant: vnde
merito ait thema. Ad ỽginem deſpōſatam viro .ſ.
angelus deſtinatur, vt angelicā vitam in terris age-
re incipiant, ad quod opus eſt fortitudo Dei neceſ-
ſaria: vnde Gabriel venit ad eos iuuandos, monen
dos erudiendos, perficiēdos. Nec immerito deſcri
bit euāgeliſta ỽginem adiunctam viro deſpōſatio-
nis vinculo: nam ỽginitas niſi tali viro fulciat, vix
poterit ſtare: notatem hic vir, nō tam ſexus diſcreti
onem, ꝙ virtutū virorem, ita ꝙ viruerit virilitate
quatuor ỽtutum cardinaliū: exiſtens .ſ. vir per con-
ſtantiā fidelitatis quo ad iuſticiā, per ỽtutem caſti-
tatis quo ad tēperantiā: per excellentiā diſcretionis
quo ad prudentiā, per ſtrennuitatē operationis quo
ad fortitudinē. Talibus preſidiis ỽginitas permūnu
ra fulcienda eſt, nec per ſe poterit in fragili fœmina
ſtare niſi adhęreat tali viro: nam & ỽginitas per ſe
ſterilis eſt, niſi prædictis ỽtutibus adiungatur. In
iſtis ergo ỽginibus .ſ. Maria & Ioſeph datur ỽgini
tatis modus, & norma ſequēda præſcribitur omni
bus caſtis imitāda. Patroni ergo ac doctores ỽgini-
tatis ſunt Maria & Ioſeph, cuius premiū poſſede-
runt, dum ex ỽginitate ſua Deum habuerūt in filiū

quia bona ỽginitas fertilior est matrimonio.

¶ Secunda pars, vbi ostēditur cur Maria despōsat.

¶ Cum horū animo. s. Mariæ ac Ioseph, tantū hęc ỽginitatis ỽtus placuerit, quæ nimis affectat solitudinem, superuacaneū videtur spōsalia contrahere, quibus vti nō licet, nec libuit, attamē ambo isti nō ad seinuicem ordinabātur sed ad maiora. Cum filiꝰ Dei in carnē venire decreuerit, direxit hos ad se, qui vt aptiores essent sibi, sub despōsationis velamine adunauit eos, quia ipse infantulus debuit apparere, qui patribus suis gaudet. Despōsatio ergo istorū fit & propter matrē, & propter prolem, & propter nos. Pria ergo causa ex parte ỽginis fuit scd'm Ambrosium, ne grauida apparens infamaretur: vñ permisit Dñs, vt potius de ortu suo, q̄ de matris pudore dubitaretur. Scd'a iuxta Hieronymū, ad vitationē pœnæ, ne. s. tanquā adultera a Iudæis calūniaretur, & sic quasi iuste lapidaretur. Tercia scd'm Origenē ad sustentationē solacij, vt. s. viri ministerio & solatio in Aegyptū fugiens & inde rediens & in cunctis frueret. Quarta scd'm glosam, ad roborationē fidei. s. vt Mariæ verbis maior fides adhiberetur, in nupta em̄ prægnans mētiri videretur: nec ei si se diceret virginē crederetur. Quinta ad participationē status cuiuslibet, vt videlicet mater Dñi haberet aliquid cuiuslibet status. s. virginitatis, matrimonij & viduitatis. Ecce igit̄ ex parte matris rationes quīq; ob quas decuit, vt despōsaretur. ¶ Alius quinarius reperit̄, ad filium Dei pertinēs, qui ob alias quinq; rationes maluit de despōsata nasci: quarū prima est, vt suspitionē subtraheret, ne. s. a legis iniuria incepisse videretur, cū partus inuptæ lege dānetur. Scd'a propter declarationē originis, & affirmationē veritatis, vt per vterum eius genealogia describeretur, & viro testi crederetur. Tercia propter ablationem ecclaionis, ne. s. Herodes & Iudæi Christū quasi de

adulterio

adulterio natum, iuste persequi viderẽtur, & ab infi delibus tãquã illegittimus abiiceretur. Quarta propter sustentationẽ pueri, vt. s. a Ioseph nutriretur & educaretur. Quinta propter occultationẽ natiuitatis Christi, vt. s. mysteriũ & partus filij Dei celaretur diabolo, & spiritale matrimoniũ significaretur. Ecce igitur quinarius ad infantẽ pertinẽs. ¶ Nunc & est tercius quinarius nos cõcernens, nam despõsata fuit Maria, vt vult Ambrosius, ad remotionẽ excusationis peccati, ne virginibus impudicis velamen excusationis præberetur, ex quo mater Dñi infamata videretur, & temerariũ indicium õne tolleretur. Sexta ratio est ad cõfirmationẽ matrimonij contra futuros hæreticos, & vt vterq; status virginum. s. & coniugatarũ approbaretur. Tercia ad subleuationem opprobrij, vt. s. ab omni gradu fœminarũ opprobriũ tolleretur, ne aliqua deiiceretur, sed per Mariam omnes status decorarẽtur. Quarta ad cõmendationẽ exempli, vt. s. ostẽderet & doceret facta de spõsatione ante cõuentionẽ, posse transire ad meliora vota, spõso irrequisito, vt in religionẽ, vbi despõsatur anima Deo, & vt etiam mysteriũ ecclesiæ doceretur, quæ virgo manet immaculata. Quita vt in Christo & ỽgine omnis virtus associetur, vt sic filij humilitas & charitas ostendatur, qui potius voluit fabri filius reputari, q̃ matrẽ infamari. Vt item matris dignitas humilitati associetur, quæ quãto est in omnibus maior, tanto inuenitur humilior, simul & mater Dei, & vxor fabri prædicata. Hæc Bonauentura super Lucã. Ob istas ergo ordinatissimas rationes missus est angelus Gabriel, ad virginẽ desponsatã viro, & vt nos doceret, q̃ si Deũ cupimus in filium habere, duo nos oportet facere. Primũ ab omni peccato animã seruare integrã: tunc ergo anima tua erit ỽgo, quando ab omni peccato fuerit aliena. Tunc sane cõcupiscet rex decorẽ eius, quia incorrup

Sapien. 6

corruptio facit esse proximū Deo, ita vt filius integritatis vellet fieri, tamē vt de facto fiat, debet ania tua tradi Ioseph sancto, videlicet exercitio. Anima nulli peccato dedita est sicut ỽgo vaga, quæ profecto indiget fulcimēto Ioseph. ſ. boni exercitij, dicentis illud Hieremiæ. Ammodo voca me. Pater meus, dux ỽginitatis meæ tu es. Duce & patre ỽginitas indiget. ſ. bono exercitio, quod figuratur in Aegeo, qui dicitur custos ỽginum. De bono autē exercitio animæ necessario plurima vobis dicēda essent, quę nō potestis portare modo, nisi quādo exercitatos habueritis sensus. Sicut em̄ sola virgo Maria optime nouit sanctitatē Ioseph, & nemo aliꝰ, sic etiā audeo dicere, ꝙ vtilitates boni exercitij nemo scit, nisi vir exercitatus. Pro exercitio exacte prosequēdo lege nostrū secundū alphabetū spirituale, incipiēs a prologo, vel rosetū exercitiorū spiritualiū, alphabeto sexto, I & K, vbi de sancto exercitio mirabilia repe ries: & ea faciens viues hic per gratiā & in futuro per gloriam Amen.

Hiere. 3. b.

Heſt. 2. b.

¶ In die natalis Domini. Thema. Missus est angelus Gabrel. Lucæ. 1. c. ¶ Inuocatio de portis.

POrta dicitur a portando, quia per eā portatur in domo quicquid adducitur, tamen aliquādo impedit quia clauditur sepe porta regia, ne pauperes portent ad regē petitiones suas. Istis nullum superest remediū, nisi orare vt veniat alter Sampson qui auulsas portas portet secum, ne quæ positæ fuerant ad intrandū, impediant intraturos. Tamen cō modius fiet, si ipse rex inueniatur extra portas, tūc em̄ liberius patebit accessus maxime si est solꝰ maxime si (velut in venatione solet euenire) est sitibus, quia tunc calice aquę frigidę omnia dabit. Nūc fratres meri ōnes iste commoditates se nobis offerunt, quia rex i diuersorio nō habet iam portas, egressus est ab aula sua, ab vtero matris, qui nunq̄ habuit ianuas.

nuas. Solus est cū Maria & Ioseph, qui nō vos impedient, sunt em̄ & ipsi aduocati. Item nunc est rex in arcta necessitate, magnificabit, quicquid ei obtuleritis, maxime si matri eius adhærentes ei pro gratia impetranda offeratis genibus flexis Aue.

℣ Hodie fratres nouit charitas vestra filium Dei, etiam a iumentis minoratū nam sic voluit mitti ad nos, vt & nos eodē modo iremus ad ipsum. Nam hæc via humilitatis difficilis fuit sibi, tamen facilis & bona erit nobis de vtroq; igit̄ agam in sermone. Inter alias visiones a beato Ioanne descriptas nō parum mysteriꝝ cōtinet illa de qua dixit. Vidi alium angelum descendentē de cœlo habentē potestatem magnā & terra illuminata est a gloria eius. Pater æternus e cœlo summo Gabrielē destinauit ad virginem vt postea destinaret ab ea tanq̄ a summo cœlo filium suū ad nos, qui angelus vocatur propterea q̄ incorruptibiliter sicut angel⁹ a cœlo egressus est ab ea ianuis clausis. De ipso igitur filio Dei, qui modo angelico egressus est a matre intelligo hanc visionem, vidi aliū angelum ascendentē &c̄. Nec mirum q̄ filius Dei nūc vocetur alius ab illo, qui die incarnationis descendit de cœlo, nam & si realiter sit idem, formaliter est alius, quia iā formam serui accepit, qui descendit informis, nā Deus in se profecto informis est, quamobrē iusserat ipse, vt in tabula aurea quæ propiciatoriū dicebatur, nulla fieret nec vlla forma depingeretur, sed q̄ rasa esset, quia Deus forma, pictura q̄ caret. Hodie tamen habitu inuentus homo, & seruili corpore circumscriptus, formā adeptus humanā procedit a virgine virginaliter de quo Ioannes miratus ait. Vidi aliū angelū, &c̄. est ergo filius Dei alius Gabriel hodie, quia sicut ille descendit e cœlo, sic de virgine Christus, sicut ille missus sic & Christus, qui ab vtero dicitur missus & vocatus, quia super naturaliter nat⁹. nos

Diuisio

Apoc. 18. a

nascēs christus est alius Gabriel.

dum nas

dum nascimur naturaliter eximus, quoniã fœmine sicut & arbores sicut & ipsa tellus naturaliter emittunt fructũ suum Maria vero nõ sic, quoniã sicut in prima conceptione virũ non cognouit, sic in partu suo non vidit corruptionẽ. Dũ igitur o anima fidelis contemplaris partũ virginis intuere Gabrielem a cœlo clauso venientẽ, quia sic filiꝰ Dei venit ab vtero virginis. Ille venit missus a Deo, iste quoq; diuinitus egredit missus ad visitãdũ fratres suos. Ille venit etiã in ciuitatẽ prouinciæ Galilææ, iste quoq; in euangelio galilęus vocatur. Angelus venit ĩ Nazareth, Christus in Bethleem, quæ parũ differunt in re, & in mysterio nimis cõueniunt, nã prior interpretatur florida, posterior autẽ domus panis ideoq; ex flore peruenitur ad fructũ. Frumentũ erat in flore, dum filius Dei erat in Nazareth, iam perductũ est ad fructũ, & tempꝰ metendi est, ideoq; ducitur ad panis domũ, venit ad horreum Dauid, vnde ait Lucas. Ibant õnes vt profiterentẽ singuli in ciuitatẽ suam. Ascendit autẽ & Ioseph a Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudęã ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo q; esset de domo, ac familia Dauid, vt profiteretur cũ Maria despõsata sibi vxore pregnante. Ecce quõ in horreũ Dauid triticũ infertur cœleste, vt panẽ angelorũ mãducet rationale iumentũ idcirco filius Dei præsepio statuitur, quoniã ibi erat homo, qui fame peribat. De Nazareth ergo venit ad Bethleẽ, de flore ad fructũ. Vnde iste est processus est de semine ad florẽ, de flore ad fructũ, de fructu ad fruitionẽ. Filius Dei semẽ erat in patribꝰ antiquis, flos in matre, fructus in Bethleem, fruitio in ecclesia. Spũsanctus huius seminis sator fuit, atq; messor eodẽ modo se habẽs. venit ergo in Bethleem Iesus, quæ est ciuitas Dauid, cui facta fuerat huius fructus repromissio, Dauid inde pastor egressus est, ideoq; ad eundẽ locum venit filius eius, de

Luc. 2. a.

Cur ĩ Bethleem nascitur Christꝰ

quo

quo post ipsū Dauid mortē prophetarat Ezechiel. Saluabo gregē meum &c. vsq; et princeps Dauid erit in medio eorū. Nūc vt notat Cyprianꝰ Dauid de post fœtantes accipitur, ac de prægnante virgine nascitur pastor in Bethleē, vt pastores visitet. Sed memores Gabrielis ad eū reuertamur qui pastores vocauit ad verū pastorē. Gabriel a Deo venit missus in Deū, nam miratus est, dū eundem Deū, qui misit eū vidit in ỽgine, ideoq; stupens dixit ei. Dñs tecum. q.d. qui me misit, iam est tecum, ab eo scire poteris, vtinā vera sint, quæ refero. Mittitur ergo Gabriel a Deo in Deū existentem in Maria, præuenientemq; nunciū suum, & sic filius Dei mittitur hodie a virgine in virginē, a virgineis visceribus in virginea pectora, a matre in matrē, quia iam pluribus retro diebus cupierat Maria videre Iesum, & non poterat, quia statura pusillus erat, donec maturus infans (vt notat Cyprianus) ab arbore baiula elapsus est. Et mansit inter vbera matris gratissima. Gabriel signāter missus est ad virginē desponsatam viro notissimo Ioseph, ad eundē etiam mittitur filius Dei, quē in patrē putatiuū hodie acceptat. Gabriel mittitur, vt Mariā dicat gratia plenā, eamq; salutet, ac benedicat. Nonne ista tria hodie filius dei matri exhibuit? longū esset enodare quō eam hodie filius Dei gratia impleuit intus & extra, & qualiter eam salutauit, ac eā benedixit. Ad alia properat sermo noster, ideo nō demoror, nec ostēdere volo qualiter beata virgo magis miratur hodie in verbis pastorum, q̄ in verbis Gabrielis, super quā & spiritꝰ sanctus venit, quia si claritas Dei circumfulsit illos, prius illā, quā hodie signāter obumbrat ỽtus diuina. Dū ergo Ioannes dixit, vidi aliū angelum, contemplabatur filiū Dei, quē alium Gabrielē vocare voluit propter similē vtriusq; missionē. Nam & si angelus interpretatur nuncius, hodie fit nuncius filius Dei

Ezec. 34. c

Dauid pastor est Christus

Iesus natꝰ quæ matri confert.

Vereamur filium Dei

lius Dei, patre ipsius dicēte. Mittā ad eos filiū meū, forte verebuntur eū. Hodie quippe quando reuerē tur eū cœli & terra, deberem⁹ & nos similiter face re, & etiā verecundari, dū contemplamur Deū no strum tanta paupertate oppressum, & nos volum⁹ lasciuiētes in stratis nostris habūdare, ego sane non audeo contemplari præ verecundia, nā eius penuria & pręsepe cōtra me est, ideoq; vereor filium Dñi mei sicut & pastores & reges fecerunt. Dixit ergo Ioannes. Vidi aliū angelum. Aliū videlicet nunciū magis intimū ipsi mittenti, magis intimū patri, sed qualem vidisti eū? descendentē (inquit) de cœlo, si cut & Gabrielē, sed mirabilius est hoc cœlū, mira bilior q; descensus. Videam⁹ ergo quale sit cœlū, ac deinde patebit descensus qualitas. Cœlū quippe be

Maria est cœlum cœlorum Apocal. 2.

ata virgo est, non qualecūq; sed optimū, est em̄ cœ lum cœlorū siue cœlū empireū, aut paradisus, quo niam angelus dixit. Vincēti dabo edere de ligno vi tæ, quod est in paradiso Dei mei. Lignū vitę Chri stus, paradisus Maria, quæ est & cœlū de quo psal mographus ait. Cœlū cœli Dño terram autē dedit filijs hominū, cœlum cœli Maria, terra vero Eua. Ista dignitate præcedit illā, quoniā propterea in pri cipio creauit Deus cœlū et terrā, terra aūt erat &c. De cœlo nihil mali dicitur, quia cœlū empireū non est nisi pura lux, est q; vltimū corporum, quia post illud non est corpus aut locus, nā cœlum sanctę tri nitatis nō est locus corporalis sed spūalis. Istud cœ lum statim vt factū est, repletum est angelis, et est locus beatitudinis circūdans & continens intra se ōnes cœlos, & ōnia quatuor elemēta. Locus ergo iste est summę claritatis, summæ capacitatis, sūmæ subtilitatis, summæ iocūditatis, summæ dignitatis quæ ōnia nisi in Maria, in creatura alia pura impossi

Apocal. 21

bile est inuenire. Maria ergo locus est summæ clari tatis, nā Ioannes dixit. Ciuitas illa id est Maria non

eget lumi

eget lumine solis, aut lunæ. i. nec doctrina iã angeli aut hominis, quia claritas Dei illuminat eã, & lucerna eius est agnus. Ipsam siquidẽ hodie illuminat claritas spũsanctus plusq; magos vel pastores. Et prę ter hoc quadã noticia experimentali agnus erat lucerna eius proprijssima, nã sicut inquit Beda, lucerna est lux in testa, & ipse hodie lucernã ascendit qui testam nostræ fragilitatis flãma suæ diuinitatis impleuit. Secõ ipsa est locus summæ capacitatis quia Sapiens dixit. Hoc quod cõtinet omnia scientiã habet vocis. Maria in tua vbera, et in gremio pietatis suæ õnia complectitur. Nec potest locus maioris capacitatis cogitari, quoniã ipsa dixit. Gyrũ cœli circuiui sola. i. ipsum firmamentũ cum õnibus quę cõtinet, vel potius ipsum Dñm Iesum, qui est gyr9 ingirabilis & infinitus, & immẽsus, circumdedi gremio vteri mei. Tertio ipsa est locus summæ sublimitatis, quoniã eleuata est magnificẽtia tua super cœlos Deus. i. Maria, cui magna feciſti hodie, & per quam tuã magnificentiã ostendisti. Eleuata est supꝑ cœlos angelorũ, et omnium sanctorũ. Glosa super illud, Et Dñi Dei tui cœlũ est, & cœlũ cœli ita ordinat septẽ cœlos, primũ ponit aerũ, secundũ ęthereũ tertium olympũ, quartum igneũ, quintũ sydereũ, sextum aqueũ, septimũ empireũ. Iuxta literã sphęram aeris in duo diuisit, & inferiorẽ partẽ vbi sunt nubes, & ventus, vocat aereũ, superiorẽ vbi est serenitas vocat ęthereũ. Similiter spherã ignis diuidit in duas partes, inferiorẽ vbi est ardor, ꝓpter admixtionẽ extraneę materiæ. i. aeris, vocat olympũ, superiorẽ vbi est ignis sine ardore, quia in sua propria materia, vocat igneũ. De alijs patet in litera. Mystice autẽ per cœlũ aerum vnde descendit pluuia, vbi sunt nubes & volucres possumus intelligere cœtũ sanctorũ doctorũ & confessorũ, de quibus Esaias quærit. Qui sunt hij qui vt nubes volant &c. Per

Maria est præclara

Sapienti. i. capacitas Mariæ Eccle. 24.

sublimitas Mariæ. Deut. 10. c

septẽ cœli sanctorum

Esaiæ. 60.

cœlum

cœlū æthereum vbi eſt amœnitas & ſerenitas intelligimus chorū virginum, vnde in Exodo ſub pedibus Dñi apparuit opus ſaphirinū. q. cœlū cum ſerenum eſt. Per cœlū olympum vbi eſt ardor, intelligo exercitū martyrum dicēte propheta. Eligentur & dealbabūtur & quaſi ignis probabūtur. Per cœlum igneū vbi eſt ignis ſine leſura intellĳgo conuentum apoſtolorū, quos repleuit ignis diuin⁹ non cōburens ſed illuminans. Per ſydereū cœtum prophetarum, qui tanq̄ ſydera ſuis mundū temporib⁹, anteqū illuceſſeret vera fides, illuſtrabat, dicente propheta. Stellæ dederunt lumen in cuſtodĳs ſuis. Per criſtallinū, accipe ordinem angelorū propter numeroſitatem, & tēperaneam abſconſionē, quoniā Iſa. dixit. Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo pōderauit, niſi ipſe ponderator ſpirituū, qui in numero pondere & mēſura ordines angelorū ſapienter diſpoſuit? Per cœlū autē empireū beata ỽgo, quia ibi eſt lux puriſſima & perfectiſſima præ cęteris cœlis. Super iſtos igitur ōnes cœlos eleuatur hodie in dignitate ỽgo Maria, nec ſolū dignitate, ſed ordine & poteſtate, quia dū rex paruulus eſt, ac ſub diſpoſitione matris ōnia negocia diriguntur ad eam. Item iſtud cœlū eſt locus ſummæ iocunditatis, & locus beatitudinis. O quanta iocunditate exultauit ſpūs virginis in ſuo beatiſſimo partu, vbi angelos habet cōgratulantes ſibi & filio egredienti tanquā ſponſo de thalamo ſuo. Vere ipſa fuit tūc locus beatitudinis quia locus omnium bonorum congregatione perfectus. Vnde egregie & magnifice extulit vocē ſuam, illa mulier de turba quæ dixit ad Ieſum. Beatus vēter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Illa em̄ vbera ſingulariter nunc locus quodāmodo beatitudinis ſunt propter reclinationē filĳ Dei, qui delicias putat eſſe cū filĳs hominū inter vbera matris. Pect⁹ Mariæ eſt quodāmodo plus q̄ ipſum cœlum, qui

Exodi. 24

Danie. 10.

Baruc. 3.

Eſaiæ. 40.

pectus Mariæ.

lum, quia familiari cōniectu erat ibi tunc Deus plus q̄ in cœlo, a quo est omnis beatitudo. Et ex hoc sequitur q̄ pectus Mariæ est nunc locus summæ dignitatis, quod nouerat ille qui dixit. Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Et psalmographꝰ ait. Dñs in templo sancto suo, Dñs in cœlo. i. in Maria sedes eius. Vnde sicut sedes pōtificalis propria summo pōtifici est Romę licet ipse omnibus ecclesijs quæ sunt sub ipso dominetur. Tñ propter sedem pōtificalē vrbs illa in dignitate p̄cellit, ita licet quælibet anima iusti sedes sit sapiētiæ, tamē proprie sedes cathedralis fuit pectus Mariæ, vbi summus pōtifex Christus Iesus, acceptis in sacristia vteri, vestimētis pōtificalibus, primū sacrificiū obtulit humilitatis: quoniā pectus Mariæ in scripturis sacris vocatur pectusculū eleuationis pacificū, quod sibi Dñs offerri iussit, ac deinde sacerdoti tradi. Pro magno sacrificio, magnaq; pace reputat Deus pater Mariæ pectus, quod propt̄ Christum vocat pectusculū: est em̄ diminutiuū pectoris paterni, quod ab æterno suxit filius. Tamē est eleuationis respectu Mariæ, quæ nimis eleuatur propter illud. Et est pacificū propter nos, qui ob illud pacē habemus ad Deū. Ecce igitur quom̄ō Maria est cœlum, sedes cœli pectus eius. Descendit filius Dei ab isto cœlo nascens, quādo ex vtero v̄ginis mirābilit̄ procedens ad præsepiū peruenit, quod nō est locus nisi iumentorū. Consydera sublimitatē partus, qui est potius diuinus q̄ humanus, quia nec angeli poterant tot miracula facere, quot in illo cōcurrerunt, & tamē descendit Christꝰ vsq; ad præsepe. Si eum matri suæ referas, nullus vnquā natus est tam sublimiter, si vero referas eum præsepio, nemo natus est tam vilissime: ecce igitur quom̄ō nimis descēdit de cœlo, quia eius natiuitas cœlestis erat, sed eius hospicium erat bestiarū. De vtroq; mirātur angeli, nam

Esaiæ. 12

Leuiti. 7. c.

humilitas nascentis

contem

contẽplantes matris ỽginitatem volãt canẽtes gloriam in excelsis Deo: sed vidẽtes nati descẽsum profundissimũ, dixerunt pastoribus cõdolentes. Inuenietis infantẽ pannis inuolutũ, & positum in præsepio. Tam profunde Christus descẽdit, vt nemo credat eum tam ab alto veniſſe, nisi piam fidẽ adhibuerit mysteriis, & ideo angeli, ne dubitarent pastores prius humilitatẽ Christi eos docuerunt, ne postea scandalũ eis esset. Hæc humilitas fuit primũ sacrificium quod natus Christus obtulit patri: nam & de
Exo. 27. c. ipso preſepio possumus intelligere illud Exodi. Nõ solidum sed inane & cõcauum facies altare. Ad literam nõ solidũ sed inane & cõcauum erat altare preſepis, in quo agnus Deo primũ est patri oblatus. Hanc igitur humilitatẽ contemplat⁹ est Ioannes dicens. Vidi alium angelũ descẽdentẽ de cœlo, habẽtem (inquit) potestatẽ magnam, & terra illuminata est a gloria eius. Paruulus noster nõ paruam sed magnã habet potestatẽ, quoniã propheta dixit. Potestas eius potestas æterna, quæ nõ auferetur, & regnum eius quod nõ corrũpetur. Parua est potestas
potestas Chri sicut a principio. Danie. Dei dum refertur ad creaturas, magna vero dũ refertur ad ipsum Deũ. Habet ergo puer potestatem magnã. i. diuinam, etiã si referatur ad ipsam diuinitatem patris, quia potestas eius potestas æterna. q. d. potestatẽ patris habet. Nominauit bis potentiã, nõ vt ostenderet duas potẽtias, sed duas personas. Potestas ergo eius. i. filij, potestas æterna. i. illa est, quã ab æterno habet pater. Cũ summus põtifex legatũ a latere mittit, cõfert ei magnã potestatẽ, vt dispensare in omni casu valeat, & absoluere. Ecce pater æternus mittit legatũ non a latere, sed a corde suo filium suũ, cum potestate magna, vt etiã in casum & peccatũ Adæ valeat. Iste dispẽsauit cum matre sua, ne teneretur legibus parturientiũ, & habet potestatem dimittẽdi peccata, quoniã pastores & magi venerunt

nerunt, vt eos absolueret, quibus etiã dedit potestatem filios Dei fieri, quia iste legatus potest delegare & dare potestatẽ hominibus calcãdi supra scorpiones & serpentes, vt patet in magis, qui scribas, & Herodem calcantes, & illudentes eis reuersi sunt in regionem suã securi. Haud quispiã crederet ꝙ puer tam paruulus habet tantã potestatem, nisi scriptura diceret, ꝙ habet scriptũ in vestimento & in fœmore suo, rex regũ, & Dñs dominantiũ. Quia fœmur humanæ propagatiõis est seminariũ, progñatione sumit, vnde ex genere & ex propagatiõe sua habet puer iste ꝙ sit rex regũ, & Dñs dominantiũ, vt nouerant illi, qui dixerunt. Vbi est qui natus est rex iudęorum? rex angelorũ nascitur apud patrẽ, Dñs dominantiũ nascitur apud matrẽ, & ab vtraq; natiuitate habet, vt sit rex. Vnde iure voluit nasci in Bethleem ciuitate regis Dauid, vt regni accipiat possessionem, & in Hierusalẽ, vbi erat Herodes voluit regem prædicari per magos, vt Herodes timeret Dominum suũ, contra quẽ etiam affert potestatẽ magnam. Hunc puerũ non potentẽ sed potentissimũ vocauit rex Dauid, quando præ gaudio congratulans sibi dixit. Speciosus forma præ filijs hominũ &c. & sequitur. Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime &c. o puer potentissime ad ostendendam potentiã tuam accingere gladio tuo super fœmur tuũ. Gladiũ verbi diuini habes tecum, gladium non qualẽcunq; sed õnipotentẽ, quoniã de ipso dicitur. Viuus & efficax est sermo Dei, & pęnetrabilior õni gladio ancipiti. Hunc gladiũ tanquam tuum habes, tamen absconditũ & sub fœmore carnis positũ, sub generatione fœminę velatũ, accingere illo iam manifeste nõ sub sed super fœmur tuum super carnẽ tuam, vt apparente gloria deitatis tuæ dicas. Data est mihi õnis potestas in cœlo & in terra, ſ. manifesta, imo & subtus terrã fuit manifesta,

Psal. 44a

Hæb. 4.c.

quia propter timores nocturnos, ostēdisti gladium tuum cū potentia. Ecce igit̄ q̄ optime ac profunde nouerat Ioānes potestatē magnā pueri huius, de q̄ & cōclusit dicens. Et terra illuminata est a gloria eius. Non propter aliud huic infanti dicitur, ōnis terra adoret te, & psallat tibi, nisi quia ōnem terram e vicino illuminauit, quā antea illuminare solebat mirabiliter a montibus æternis, quādo ignis a facie ei⁹ exarsit, & carbones. i. peccatores succēsi sunt ab eo. Nunc autē mitius vult agere nobiscū, quia ideo datus est nobis puer, qui nō ignem tormentorū sed amoris affert, qui est non cōburens, sed illuminans, vnde propterea dixit. Et terra illuminata est a gloria eius. Illuminata nō combusta, nā & puer iste inimicos suos illuminauit, quādo fecit scīscitari ab eis vbi Christ⁹ nasceretur, tamē eos non cōbussit, nec voluit iedere sed tantū illuminare. Qui & per stellam suā illuminauit partes oriētales, vt vere orientales essēt, dū ab eis per magos orta est fides gentiū Illuminauit & occidentē. i. Herodē. Illuminauit et meridiē. i. pastores. Illuminauit & septentrionem, quando Symeon dixit. Quia viderunt oculi mei salutare tuū, lumen ad reuelationē gentiū. s. Aegypti, vnde statim perrexit, vt Aegyptū illuminaret, quapropter iure dicitur. Et terra illuminata est a gloria eius. Terra. i. terrenus homo, qui nō facile illūinatur, quādo est rebellis lumini vt Herodes, tamen Christus quantū est ex parte sui etiā omnem hominem venientē in hunc mundū illuminat. Immo & angelos & terrā viuentiū matrem suā illuminauit hodie, atq; illos qui dixerūt. Verbū caro factū est, & habitauit in nobis & vidim⁹ gloriā eius & c̄. ad omnes istos illuminādos mittitur a patre luminum Christ⁹, vnde ait thema. Missus est angel⁹ Gabriel

Puer illūinat nos

Secda pars.

℣ Vt ergo de quolibet vestrū verba thematis dicā oportet prius q̄ Ioānes vos approbet, & prædicat vidi aliū

vidi aliũ angelũ &c. vt supra. Nascitur nobis Chrs vt nos nascamur sibi, quod si fecerimus similes ei erimus, ideoq; dicet Ioannes vidi aliũ angelũ. i. qua si alium Christũ. Nonne est alius Christus, qui ei similis per humilitatẽ efficitur? nunc tacẽs dicit. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Et etiã cõminando dixit. Amẽ dico vobis, quisquis nõ receperit regnũ Dei velut paruulus, nõ intrabit in il lud. vide textũ, & conclude quõ non venit Christꝰ in hunc mundũ paruulus, nisi vt offeramus ei nosipsos paruulos, nã ipsum regnũ Dei exinanitum, & paruulũ ad nos hodie appropinquat, vultq; non ab alijs q; a paruulis recipi, nec reges magi receperũt illud, donec velut paruuli procidẽtes humiliauerũt se. Sed mirabilis permutatio, vt tu recipias regnũ Dei velut paruulus, & intres in illud. Puer iste ĩ te intrabit, & tu in illũ, quia hic est regnũ Dei iam intra nos & inter anialia, ne quis diffidat illud apprehendere. Si autẽ vis illud paruifica te, et annũcia peccata tua, & tunc dicã. Vidi aliũ angelum. s. aliũ paruulum Christũ, qui etiã peccata nunciat, nõ sua sed suorum, nõ capitis sed membrorũ nam ipse per Iob dixit. Appendantur in statera peccata mea, quibus iram merui. Statera pœnitentiæ debẽt appendi, vt æqua satisfactione liberẽt, quia iuxta qualitatẽ delicti debet esse plagarũ modus. Vti fit in Christo ipso, qui soluit nunc apud iumenta insipientia, quod Adam peccauit apud arborẽ scientiæ volens sapere plusq; oportuit sapere. Ecce iam stat sapientia Dei e regione ac per oppositũ velut ignorans, vt sic alterius luat ignorantias. Ille voluit manꝰ ad aliena extendere, Christus autẽ econtra habet eas ligatas expulsus etiã a propria domo Nazareth. Alter peccauit ne contristaret delitias suas. s. Euã, Christus aũt nunc patitur, & cõtristat nimis delicias suas. s. matrem Mariã, cuius vbera reliquit, vt pateretur ĩ pręsepio. A

humilitas paruulorũ

Matth. 10b

pœnitẽtia secundum delictum

ſepio. Alter lignū vitæ, de quo præceperat ei Deus vt comederet, reliquit, iſte autē vt ecōtra pœnas luat, vitam ſuā quæ īmortalis erat, exponit morti quā illico volebat ei Herodes inferre, ſed ōnia temp⁹ habent. Vade igitur o peccator, & facſimiliter pœnitentiā de peccatis tuis, videns Chriſtū tuum recenter natū eā de peccatis alienis facere. Tertio debes de cœlo deſcendere. Sed reſpondebis, nunquid ego aſcendi in cœlū, vt iterum deſcendā? cœlum eſt ſuperbia tua, cœlū eſt ambitio, in cœlū aſcendis, quādo ambulas in mirabilib⁹ ſuper te, tunc em̄ quodāmodo dicis cū Lucifero. In cœlū aſcendā, & ſuper aſtra Dei. i. viros probos, exaltabo ſoliū meum pręſidens eis. Timeas tibi nūc, & caueas quia Ieſus humilis nunc ſtat cōtra ſpirituales nequicias in cœleſtibus. i. in ſuperbis, vt arguat in æquitate pro māſuetis terræ, venit em̄ filius Dei teſte matre eius, deponere potentes de ſede dignitatis, & exaltare humiles. Caue igitur ne ponas in cœlū os tuū, vel deſiderium tuū ſicut ille qui dicebat. Quis me cōſtituat iudicem ſuper terrā & c̄. Ieſus aūt cum ſuper angelos eſſet, nunc im præſentiarū ſubtus animalia deſcēdit a quibus habet accōmodatum præſepiū, vt ſic nos deſcenſum humilitatis doceret, quia ipſe mauult de ſtercore pauperē ſubleuare, q̄ ſuperbū & elatū coronare. Eſt & cœlū hypocriſis, de q̄ quærebat Iob dicens. Gelu de cœlo quis genuit? gelu frigiditatis generatur in hoc cœlo, quod puer noſter ignitus odit quoniā ipſe dixit hypocritis philiſtęis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos corā hominibus, Deus autē nouit corda veſtra, quia quod hominibus altū eſt, abominatio eſt ante Deū. O fœlicē ſuperbum ſi cū dño Ieſu ad ſtercora humilitatis deſcendat, & opera deiecta diligat, quoniā illa diligit hodie altiſſim⁹ filiꝰ Dei, qui ab æterno in croceis nutritus, amplexatur animaliū præſepe. Deſcendat & hypocrita, ab æſtimatione

Cœlum eſt ambitio

2. Reg. 15. a

hypocriſis eſt cœlum. Iob.

Lucę. 16. d.

matione sua, ne faciat idolũ seipsum ostentans ꝟtutum suarũ stellas, nã eas habet in cœlo sanctitatis operiat cœlũ nubibus, & ponens velamẽ super faciẽ deuotiõis suæ, vt Moyses, habebit õnem gloriã ab intus. Quarto habeas potestatẽ magnã vt Christus qui adhuc in pręsepio dñabatur bestijs, alioquin quomõ potuisset ab eis tollere præsepiũ? credo ꝙ tuũ præsepe o peccator habẽt bestiæ. i. motus ĩmundi. Væ tibi si corpus tuũ bestialib⁹ motibus tradideris velut viã transeuntib⁹, væ tibi nisi ascenderis super cor tuũ, vt domineris domui tui, sicut ilie qui dicebat. Ego homo sum sub potestate cõstitutus, & habeo sub me milites &c̃. o fœlicẽ istum deiq̃ iure miratus est Iesus. Iste sub potestate Dei per legẽ naturalem cõstitutus sub se habebat totã domum suã, totũ mundum minorẽ, ne absq; sui oris imperio aliquis prauus motus ageret manũ, aut pedẽ, ne quis motus affectũ vel effectũ moueret. Sed õnia mouerentur in bonũ, quia secundũ præcepta affirmatiua dicebat cui volebat, veni, & venit, & secundũ præcepta negatiua, vade & vadit &c̃. Iste miles habebat potestatem magnam qui & Iesu intulit vim, vt eius pareret volũtati. Quinto expedit, vt terra. i. terreni a gloria cõuersationis tuæ illuminentur vt qui ingrediũtur in hunc mundũ, vel in religionẽ aut domum tuã lumen Christi videãt in te, tamẽ oportet vt habeas gloriã, illuminata (inquit) est terra a gl'ia eius. Triplex est gloria iusti, prima cõscientiæ de q̃ Psalmographus ait. Gloriamini õnes recti corde. Altera est bonorũ operũ, de qua Iob dolebat dicẽs. Spoliauit me gloria mea. Hoc dæmon facit. Tertia est nostra beatitudo, de qua quotidie canim⁹. Exultabunt sancti in gloria. A prima gloria illuminatur terra sensualitatis tuæ, a scd'a vero illuminatur terra ecclesiæ, a tertia illuminatur ipsa anĩa tua, quoniam gloria æterna replebit splendorib⁹ animam tuam.

potestas peccatori necessaria.

triplex gloria iusti.

Psalm. 31. c

Iob. 19. a

Hanc triplicē gloriā habebis a ipso Iesu, & a tripli-
ci gloria eius, prima est eius caro hodie glorioſæ. i.
triplex glo modo mirabili nata, de qua dicitur. Vidimus gloriā
ria Christi. eius. Et ab hac eā imitans habet puritatē conſciētiæ
Alia est eius ſecūs aduētus de qua dicitur. Cū Chri
ſtus apparuerit vita vestra & vos apparebitis cū ip
ſo in gloria. Et ob hanc dat vnuſquiſq; iuſtus bonū
exemplū, vt poſtea ſit aſſeſſor. Tercia est æqualitas
Philip. 3 Christi cū patre, de qua dicitur. Omnis lingua cōfi
teatur, quia Dñs noſter Iesus Christus in gloria est
Dei patris. Ab hac prouenit omnis gloria ſanctorū
Si ergo ita est, ite vos ōnes, quia ego mitto vos ad
puerū iſtum qui est gloria veſtra, corona veſtra, o-
pes veſtræ, ſapientia. & c̄. veſtra & cum ei iuncti et
vniti fueritis, dicā de quolibet veſtrū verba thema
tis. ſ. Miſſus est angelus Gabriel, hic per gratiā &
in futuro per gloriam Amen.

¶ In die natalis Christi. Miſſus est angelus Ga-
briel, vt dicat. Et paries filium. Lu. i. c. ¶ Inuoca-
tio vbi oſtendit qualiter Gabriel cōgaudet Mariæ.

Verba thematis Gabriel Mariæ dixit annun-
ciationis tēpore, quaſi præſagiū huius feſtiui
tatis, quod nunc impletū cernimus, de quo
lætantur vniuerſi, quia est feſtiuitas hæc gau
dium ōni populo, tamē plus lætatur, qui eā prophe
Chīo pro- tauit, Chriſto dicēte. Abraham exultauit, vt vide-
pinqui⁹ ad ret diem meū, vidit & gauiſus est. Cumulatius ter
hærentes tio lætatur, qui hanc celebritatē proximius prophe
plus lætan tauit, cernens euentū rei a ſe prædictæ. Inter hos au
tur. tem ſublimius lætabitur, qui vltimo rē prædixit, nā
incarnationis myſteriū plus cōiunctos ſibi alacrius
lætificat, vt patet de Ioanne, qui tunc præſertim læ
tus fuit quādo maternis vteris vnitis tetigit Ieſum,
qui ſtabat immediate poſt parietē delicatum beatæ
Marię vicinę ſuę, deniq; proximior huic ſacramēto
feſtiuius lætatur, qui autē magis propinquus dinoſ

citur, ar

citur, arbitror fuisse Gabrielē, qui propterea (vt ait Lucas) cœlū terramq; hortatur ad gaudiū, quando facta est cū angelo isto, multitudo cœlestis exercit⁹ ad pastores, qui diffusius ac abundantius gaudent, atq; exultant, quādo feruet gratia gaudendi, & materia exultatiōis. In successu aūt fœlicis præsagij eis dirigere solem⁹ gaudiū, eisq; potius cōgratulamur quibus rē ipsam fœlicē prædiximus; qua iā adepta congeminamus dicētes, en dies, quem tibi prædixi en quod tibi optabā, en quod tibi applicui. Et eadē verba, ac etiā eosdem gestus & nutus innouamus, rememorantes pristinos dies, & velut caput rei cū pedibus ipsius cōmedentes abundantius congaudemus. Sic arbitror quidē fecisse Gabrielē, cū virginem (quā salutauerat) matrē vidit effectā: & filio suo potitā: ac lætabundā, cui particeps gaduij adueniens Gabriel, repetens prima verba, quæ nouē retro mensibus dixerat ait Mariæ. Et paries filiū, hęc sunt Domina mea quæ tibi prædixi, quando primo ad te missus fui, nūc autē ad congratulandū venio, quia quē habuisti nunciū oportet habere in fruitiōe participē. Nec mirū fratres mei q; angeli velint prę stiti per eos gaudij habere portionē, quoniā si gaudent in cœlo super vno peccatore pœnitentiā agente: ideo est quia eū monuerunt ad pœnitentiā. Angelus autē monuit Mariā, vt incarnationi præberet assensum, ideoq; vult exhortationis suæ potiri mercede. Quin & ipse angelorū auctor, dū renitēte Martha Lazarum statim reuocaret ad vitā, quē ipsa in nouissīo die resurrecturū sperabat, postea cū eis & Lazaro Chr̄s recubuit consors læticiæ resurgentis ac sororū lætantiū de fratre suo. Antequā istū Christus a mortuis suscitaret, dixerat Marthæ. Si credideris, videbis gloriā Dei, & hoc (vt arbitror) ipse dū cœnabatur aliquoties repetebat. Sic archāgelus repetit Mariæ ꝟba prima dicens. Et paries filiū. Nec dissonū

Christi natiuitas mirabilior est q̄ suscitatio Lazari

diſſonū vobis videatur exemplū reſurgentis & naſcentis, quia ipſe Chriſtus velut quatuor dies ſepultus māſerat in patriarchis & in regib⁹ & in prophetis & in ſacerdotib⁹, ita vt iam feteret eius mora in toto orbe, tandē a ſepulchro mirabili ventris Mariæ egreditur hodie, mirabilius Lazaro, quia ille niſi ſublato lapido nō potuit exire, Chriſtus vero etiā ſigillo virginali remanente proceſſit. Ad Lazarū veneꝛant ciues terrenæ Hieruſalē, ad Chriſtū vero etiā cœleſtis. Lazarus a ſepulchro egreditur (vt ait euāgeliſta) pro gloria Dei, Chriſtus vero pro eadē quoq; naſciī cantātibus angelis gloriā in altiſſimis Deo Pro Lazaro eius ſorores frequētius viſitabātur, & ſic pro filio Maria deuotius dieb⁹ iſtis viſitetur, nūc autē pro gratia obtinēda, ei genibus flexis offeram⁹ Aue Maria. ¶ Argumentū dicendorum.

VErba thematis & ſi numero parua, ſignificatione maxima ſunt: cōplectuntur ſiquidē totum natiuitatis negociū, partum videlicet, & partus fructū: ideoq; duabus partibus potietur ſermo noſter. In priori agam de partu: in poſteriori vero de fructu partus. ſ. de filio nato ¶ Si cum ſimplicibus tantū eſſet ſermocinatio mea, verba thematis, tantū oporterent ſimpliciter proponi, nunc autē quia ſcientibus legē loquor, ac ſapientiores fieri volentibus, ipſa preſentiū corona fratrū me compellit ad propriū originem ῥba reducere thematis noſtri Sed propria origo eius, eſt ne illa prophetica locutio quæ dixit, Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium? hoc prius dixit propheta, q; angelus diceret, ecce in vtero cōcipies, & paries filiū. Iniuriam irrogamus archangelo, qui nō niſi a maioribus mitti ſolet, ſi eū aſſerimus ῥba ſumpſiſſe ab ore prophetico, preſertim cū in euāgelio dicatur miſſus ad ῥginē, non ad ad prophetā, qui ei verba præſtaret, nec ad ſcrutādū ſcripturas veteris teſtamenti, quas ipſi angeli homi

Diuiſio

origo partus Mariæ

nes docu

nes docuerunt, reuelãtes eis earũ myſteria. Sed forte origo thematis noſtri eſt angelica illa locutio quæ dixit matri Sãpſonis. Ecce cõcipies, & paries filiũ. Iudicũ.13.a
Ecce idem quod Gabriel Mariæ dixit, qui & poterat ab alio angelo tanquã a ſuperiori verba ſumere, nam ille fuit Michael princeps ſynagogæ, qui tunc tẽporis ducem fortiſſimũ populo nunciauit. ſ. Sãpſonem ab ſterili' naſciturũ. Nec illa quidẽ eſt origo angelicæ locutionis: nam iſte archãgelus qui thema noſtrũ primo protulit, nõ ab alio angelo, nõ a Michaele, ſed ab ipſo Deo miſſus eſt, a quo ſiquidẽ verba ſuſcepit, tanquã ab originali, de quo Ioannes ait. In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ & Deus erat verbũ. Verbũ thematis ad hoc refert tanquã ad originem ſuã .ſ. ad principiũ in quo erat ỹbum, quod angelus detulit ad virginẽ, ideoq; ipſi principio diuino, ipſi videlicet patri dicamus, quod ille iuſſit virgini dici. ſ. Et paries filiũ. Talis namq; eſt fratres mei part⁹ quẽ hodie celebrat eccleſia, quã uis (vt tenet Scotus) beata virgo ad illum concurrit actiue, tamẽ proprius dicitur partus Dei q̃ partus fœminæ. Deus em̃ loquẽs Abrahæ dixit. Sarai vxorem tuã non vocabis Sarai, ſed Saram. Et benedicã ei, & ex illa dabo tibi filiũ, cui benedict⁹ ſum. Ex Sara dedit Deus filiũ Abrahæ, nobis autẽ ex Maria peperit filiũ Deus: alioquin quom õ poſſet hæc mulier tam ſublimiter parere, aut manere tam expers parturitionis? quæ vnquã mulier peperit ſine parturitione? aut qualis peperit ſine partu? quæ ſine partu peperit, nunquã peperiſſe videtur, ſicut nemo ſine ſomno dormit. Maria vero ſine parturitione ac etiã ſine partu enixa eſt, dicente propheta. Anteq̃ partu Gene.17.c° partus Marię eſt Dei
riret peperit, & antequã veniret eius partus, pepe- Eſaiæ.66.c
rit maſculũ. Verum quidẽ & catholicũ eſt Mariã peperiſſe, tamẽ quia peperit ſine partu, dicim⁹ q; ex ea peperit nobis filiũ Deus, ſicut ex Sara dedit filiũ
Abrahę

Abrahæ. Nec mirū ꝙ Maria ſine partu pariat, quia ſine virō cōcepit. Quemadmodū ergo concepit in ea filiū Deus, ſic ex ea peperit nobis filiū ipſe Deus, cui thema ingerimus dicentes. Et paries filiū. Nec accipiet hoc Deus grauiter, cū ipſe de ſe loquatur di-
Eſaiæ. 66. c cens. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam dicit Dñs? Omnibus partubus Deus cōcurrit, vltra hoc tamē peperit nō ſolum cū Maria, ſed de Maria filiū, ac ſi ipſe totum opus vendicaret ſibi. Nec em̄ fuit in partu Mariæ aliqua turpis condicio partus humani, affuerunt tamē plurimę cōdiciones partus diuini. Queramus igitur a patre, cur tam infimum opus aſſumit ſibi. ſ. parere, cur dicit ſe parere nunc. Primo vt oſtēdat ꝙ fœtus qui naſcitur eſt ſui ipſius. Oportuit em̄ aliquo ſigno diſtingui, nō ſolū a poſteriori, ſed a priori. Nam ſi in modo moriendi voluit oſtendere Deus, ꝙ eius filius erat qui moriebatur, quia tunc dictū eſt. Vere filius Dei erat iſte,
Chriſtꝰ cur ex virgine naſcitur cur non etiā in modo naſcendi manifeſtabit eundē filium Deus? Alterū notum fit in fidelibus, alterū vero fidelibus, quia ſemper partus ſolet eſſe ſecretus, mors vero patula & publica. Itē ſcd'm Chryſoſtomum, quia cū filiū pater in mundū mitteret, vt omnem tollat corruptionē: hoc in modo naſcendi voluit oſtēdere, dum ex ỽgine naſceretur. Omnis quippe caro corruperat viam ſuā in mundū veniēs: Dei vero filius dum viam vniuerſæ carnis. ſ. natiuitate reali ac noua ingreditur mundū, ſublimiorē aditum inuenit, patris magnificentia repertū, qui nō dedit ſanctū ſuum videre corruptionē, quā etiam a principio interdixit ei: vnde Chryſoſtomꝰ ait. Nec em̄ dignum erat, vt vnigenitus Dei, non propter ſe, ſed propter homines naſcēs, more naſceretur humano Homo em̄ in carne naſcitur, vt corruptioni ſubiaceat, Chriſtus autē natus eſt, vt ſanet corruptionē. Sicut ergo nō eſt conſequens, vt ꝯruptibilis homo

naſcens

nascens, ex ĩcorruptibilitate ꝟginitatis nascatur, sic non erat cõsequens vt vnigenitus Dei, qui ideo nascebatur, vt corruptionẽ sanaret, nascereet̃ ex corruptione cõiugij. Hæc ille, dans rationẽ, cur tam sublimis est partus iste. Itẽ est & alia ratio secretior, quia cũ filius Dei voluntarie nasceretur, decuit eum eo partu nasci, quo vellet, nos autẽ quia nõ voluntarie sed necessario nascimur, necessitatibus subiacemus cõmunibus, quoniã apud homines necessitas miseriam sonat & coactionẽ, a qua voluit pater suũ filiũ esse alienum, quia nõ necessitate sed voluntate nascebatur: vnde Chrysostomus: Homo ex necessitate nascitur, vt sit, Christus autẽ non ex necessitate naturæ, vt esset, sed ex voluntate misericordiæ, vt saluaret. Quomõ ergo iustum est, vt vnũ eundemq; habeant natiuitatis honorẽ necessitas & volũtas? Merito ergo contra naturæ humanæ regulã natus est, quia erat super naturã. Item & est alia ratio, quia cũ ipse pater Deus omnibus partũ ad libitum præstet cum filio suo partũ dedit, licebat ei ad libitũ eligere, & scd'm dignitatẽ nascentis & parientis & parẽtis, vt videremus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti a patre, plenã mundicia & sanctitate. Etiã per partus sublimitatẽ voluit Deus ostendere ipsi ꝟgini, quãt⁹ erat ille, qui ex ea nascebatur: vnde ad innotescẽtiã primæ gratię. s. cõceptionis in vtero, fecit ei aliã gratiam. s. integritatis in partu, vt sic luce clarius perpẽderet pręciositatẽ sibi thesauri crediti. Duplici ergo gratia ditata est Maria: primo quia cõcepit sine viro: scd'o quia peperit sine parturitione: ad alterã optime sequitur altera, iuxta prophetã dicentẽ. Educet lapidẽ primariũ, & exequabit gratiã gratiæ eius. Et factum est ꝟbum Dñi ad me dicens. Manus Zorobabel fundauerũt domũ istam, & manus eius perficient eam, & scietis quia Dñs exercituũ misit me ad vos. Quis em̃ despexit dies paruos? Ad huius tenebrosæ Zach. 4. c

nebrosæ, pphetiæ illustrationē, meminisse oportet illius sermonis, vbi loquēs de fortitudine dei ad virginem missa ostendi, quom̄ Christ⁹ erat lapis proiectus in fundamētis Syon (hoc est) in viscerib⁹ virginis, quē velut primariū pater nūc in partu eduxit a ỽgine matre, eo modo prio quo in ea posuerat illū & exequare dignatus est gratiā gratiæ, vt quēadmodū sine corruptiōe cōcepit, pari forma sine corruptione pareret. Quod inscribit Zorobabel, qui interp̄tat alienus a cōfusione & est pater æternus, qui procula cōfusione prędicat, propterea q̄ habet, nō carnaliter, filiū ex virgine scd̄m carnem sibi natū. Manus ergo Zorobabel fundarūt domū virgineam in conceptione sua, & man⁹ eius. i. opus paternū perfecerūt eā in partu, qui potius est opus Dei, q̄ opus fœminæ. Ex hoc ergo tā sublimi opere scimus, q̄ Dñs exercituū, misit verbū suum ad nos, qui tūc tēporis despexit dies paruos, vt perhibuit Zacharias quoniā dies partus Mariæ dicūtur temporis pleni-
Lucæ. 2. a. tudo iuxta Lucā sic referentē eius partū. Factū est autē, cum esset ibi, impleti sunt dies, vt pareret. Ecce qualiter dies Mariæ nō sunt parui, nec vacui sed dies pleni, & magni reperiūtur in ea. s. dies innocētiæ, quibus virginitas, integritasq̄ regnabat. Et ergo qñ Maria peperit, despexit pater æternus, propter filiū suum nasciturū dies paruos, quib⁹ nos nascebamur, erūnis & doloribus refertos, alioq̄ dies incepit quibus spūali regeneratione sibi pareret ecclesia filios gratię neglecta ōni corruptiōe. Nam ob id Chrysostomus assignās aliam rationē virginalis partus dicit. Quoniā futurū erat, vt ōnes sancti de virgine nascerētur ecclesia, despōsata Christo: ideo Christus nascitur de virgine despōsata, ne dignius nascerentur serui, q̄ Dñs. Sed vt per ōnia filij paternæ natiuitatis perfectū imitarentur exemplū. Hæc ille, qui monet nos vt ab ecclesia virgine nascamur

& non

& non a corrupta per aliquã hæresim, nã integritas vnius fidei, facit ecclesiã virginẽ, hæresis autẽ eam corrũpit: tunc nõ Christi vocatur sed malignantiũ .s. hæreticorũ, vti Martini & sequentiũ eum. Incõueniens denicꝫ visum est æterno patri, vt filius eius ex corrupta nasceretur, voluitcꝫ iura violare naturę vt ius diuinũ seruaretur, quod nouit deferre dignioribus, ita vt primogenit⁹ sit iuxta primogenita sua, & maior iuxta ætarẽ ac dignitatẽ suam. Cum ergo incorruptibilitas superior sit etiã virginitate, indecens est, vt a corruptione procedat. Incorruptibilitas est incorruptibilis Christus, qui nec peccatũ nec putredinẽ passus est anima & corpore integerrim⁹ Hæc ergo incorruptibilitas nõ debuit in partu fœditati subiacere: vnde Chrysostom⁹ ait. Peperit virgo, ne de corruptione incorruptibilitas nasceretur. Sanctus iste vult, cꝫ sublimitas hui⁹ partus non tm̃ euenit propter matrẽ, quantũ propter eius prolem quia nõ filius a matre (vt cõmuniter accidit) sed matera filio dignitatẽ gratiam cꝫ obtinuit, & fili⁹ a patre cui dicimus. Et paries filiũ. Non solũ ex Maria, pater æternus nobis peperit filiũ, sed etiã ex seipso, iuxta illud quod diximus Esaiæ. Anteꝫ parturiret peperit, anteꝫ veniret eius partus, peperit masculũ Quod sic exponitur scd'm Hay. antequã parturiret virgo Maria, et antequã veniret eius partus, genuit Deus pater masculũ sine tẽpore verbũ .s. & filium suum fortissimũ, per quẽ fecit & gubernat omnia, quẽ in tempore cõcepit, & peperit virgo Maria, quoniã vt ait Ioannes in Apocalip. mulier coronata peperit masculũ filium: qui recturus erat gentes in virga ferrea. i. in rectitudine vitæ cõstantis & duritia pœnitentiæ. Hic filius nat⁹ dicitur raptus a Deo & vsꝫ ad thronũ eius perduct⁹, vt. s. pater lætaretur in suo infante, vnde quidã cõtemplantur secretissime ac citissime per angelorũ ministeria Iesum patris con

partus diuinus

Esa. 66. c.

Apoc. 12. b

tris conſpectibus illatũ eiq; præſentatũ fuiſſe recen
ter natũ, anteq; virgo pannis eũ inuolueret. Ipſe ãt
Proue. 8. d filius ad æternũ partũ nos inuitat dũ ait. Ante ões
colles ego parturiebar. Mirũ quidem q; õnipotẽs
ille Deus a pariendo vellet pater nominari, & ſe pa
rere velle dicat, quod & filius eius velut teſtis, exp
Eſaiæ. 66. c tuſq; aſſeruit, cũ hoc opus. ſ. partus nõ viris ſed fœ
minis cõgruat. Aduerte tamẽ, q; dum ipſe Deus de
ſuo partu non ad modũ noſtrum loquitur, ingenia
noſtra erigere cupit ad altiora myſteria, nam & vir
parit, & qui magis eſt vir, magis parit, quando acu
tior intellectus ſublimiorẽ parit notitiã, quæ vere
paritur, & in ipſo intellectu recipitur, & vocãt pro
natale chri les mentis, quæ ſine corruptione partũ emittit. Sic
ſti æternũ, ergo pater æternus in ſuo intellectu peperit prolem
æqualẽ ſibi iuxta infinitatẽ intellectus ſui, & ſecũm
infinitatẽ obiecti. ſ. rei intellectæ quæ eſt eſſentia e-
ius. Vnde pater dicitur a pariẽdo non humanã, ſed
æternam prolẽ: quę dixit. Ante ões colles ego par
turiebar. i. gignebar: ac naſcebar. Et nota iuxta Hu
gonem verbũ meditatiuũ, ſ. parturiebar paſſiuum
q; & præteritũ imperfectũ. Per præteritũ imper-
fectum notatur æterna filij, & continua generatio:
quia ſemper a patre filius gignitur, & gignetur, &
genitus fuit. Per paſſiuũ notatur exitus filij a patre
Per meditatiuũ notatur q; incõprehenſibilis eſt il-
Eſaiæ. 53. c la gñatio: vnde Eſaias ait. Gñationẽ eius quis enar-
rabit? Dixit ergo filius Dei ante ões colles ego par
turiebar. i. pariebar. Ne quis me putet primo naſci,
nunc in terra, quia iam dudũ, & ab antiquo peperit
me pater in cœlo ante ões colles. i. angelos etiã an
te Luciferũ. Ante inq; dignitate: nã pater angelos
ex nihilo eduxit, nec eos peperit ſicut me: quẽ ex to-
to ſui eſſe produxit. Pater Deꝰ alios habet filios: qs
non peperit ſed quaſi figmenta ſibi fecit: nec eos a-
mat niſi in iſto recẽter nato; quem cõſtituit hæredẽ

vniuerſo

vniuersorū, per quē fecit & sæcula. Cui per Esaiā dicit. Ecce gentē quam nesciebas vocabis: & gētes quæ te nō cognouerūt, ad te current propter Dñm Deum tuū, & sanctū Israel: qui glorificauit te. Dū peperit pater filiū in æternitate, glorificauit eum. i. glorioſum gennit: dū etiam eū peperit per virginē temporaliter glorificauit quoq; ipſū, quia eo nato in Bethleem, nata eſt in cœlo ſtella: vt gētes ab oriente vocaret ad ortū ſuum: ideoq; dictū eſt, propter Dñm Deum tuū qui glorificauit te. Vbi iuxta glo. ordi. aduerte, q̄ pater in diuinis quando dicitur pat̄ Chriſti ſecūm diuinitatē dicitur pater gloriæ, ſed ſecundū humanitatem, dicitur pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti Ecce igitur fratres quom ō pater noſter qui eſt in cœlis: nō ſterilis dinoſcitur, ſed duplici partu fœcundus æterno. ſ. & tēporali. Tunc in priori recordatus eſt poſterioris: quoniā temporalis partu- Proue. 8. c. ritio ab æterno & ante ſæcula ſe fatetur ordinata q̄ dum ponitur in eſſe nō caret priori partu, quoniam ad eū refertur, īmo & includit illū, vnde loquendo de vtroq; dicam⁹ patri verba thematis. ſ. & paries filium. Illū. ſ. filium quē peperiſti in æternitate, paries in humanitate: & ſicut illic incorrupte produxiſti ſic etiā apud nos virginaliter apparebit: illic angelis eum edidiſti, & etiā hic in Bethleem: cui non defuerūt angeli, qui vtrum q̄ partū contemplantes pro priori cecinerunt gloriam in altiſſimis Deo pro poſteriori vero addiderūt & in terra pax hominib⁹ bonæ voluntatis videlicet Dei: qui propter bonam voluntatē ſuam, quā habet ad homines peperit nūc etiā apud nos qui quondā peperit apud angelos.

¶ Scd'a pars vbi exponitur Pſalm. 28. de Chriſto nato. ¶ Poſtquā in priori parte partū deſeruimus quo ad parentē: nunc, in poſteriori conſequenter diſſerā de prole huius diuini partus: de infante recenter nato, quē laudare geſtiebat ſanctus Dauid

in illo

Esaiæ. 55. b

in illo psalmo, cuius titulus est. Psalm⁹ Dauid in cō summatione tabernaculi. Iam vestra charitas nouit quomō tabernaculū Dei cū hominibus est Maria teste Ioanne quæ hodie cōsummatur. Tunc namq; tabernaculū consummatur, quādo eius Dñs sedet et quiescit sub eo: sicut nunc filius Dei sub vmbra huius desideratissimi tabernaculi, cuius fructus lactę⁹ dulcis est gutturi suo. Vt ergo Dauid cōgratuletur Dño recenter nato, sic incipit laudationē suā. Afferte Dño filij Dei. Filios Dei vocat ad filiū Dei nouiter natum primogenitū inter fratres. Afferte inquit filios arietū. Pastores citat, vt agnos afferant agno Dei. Afferte Dño gloriā & honorē. Angelos inuitat, vt canere festinēt, gloriā in excelsis Deo. Et honorem. s. pacē hominib⁹ bonæ voluntatis. Afferte Dño gloriā nomini eius: adorate Dñm in atrio sancto eius. Symeonē commemorat vt exponat gloriam plebis Israel, & ei nomē imponat, ac etiā adoret in atrio tēpli. Vox Dñi super aquas, Dñs super aquas multas. Quia flendo nascitur, & apponit flere adhuc. Deus maiestatis intonuit. s. vsq; ad cœlos per ostensionē stellæ. Vox Dñi in virtute, vocans magos. Vox Dñi in magnificētia. s. regia eū denunciante. Vox Dñi cōfringentis cedros. s. principes sacerdotū, & scribas populi, et cōfringet Dñs cedros lybani. i. Hierosolimæ turbatæ sacerdotes. Et comminuet eos tanq; vitulū lybani. i. tanquā Herodem turbatū, nam rex Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cū illo. Vox Dñi intercidentis flāmā ignis. i. Herodis irā. Vox Dñi cōcutientis desertū. s. Aegypti, & fugiens cōmouebit Dñs desertum cades. Et dilectus quemadmodū filius vnicornium. Versus iste morosius venit exponend⁹, quia iste est de quo vobis dixerā. Afferte Dño filij Dei. Filij dei afferte filio Dei, per quē accepimus talē gratiam vt filij Dei nominemur, & simus. Ei afferte: quia dilectus est

Apo, 22. b. opera christi adhuc infantis

Matth, 2. a

infans Iesus dilect⁹

ctus est. Sed nō dicit quibus, vt iuxta Richardū intelligatur dilectus ōnibus: quemadmodū cum dn̄s dicitur intelligitur ille, qui est rex regū, & Dn̄s dominantiū. Quis est hic singulariter dilectus & singlorū dilectus nisi speciosus forma pręfilijs hominū qua se amabilē facit vis videre ꝙ sit omniū dilectus audi patrē eius nunc etiā dicētem. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Audi & matrem eius dicentē. Adiuro vos filiæ Hierusalē si inueneritis dilectū meum vt annuncietis ei: quia amore langueo. Non ōnes inueniunt eū quamuis sit in præsepio. De angelis eū diligentibus dicitur. In quem desiderant angeli prospicere. Hoc patuit hodie, quando facta est cū angelo Gabriele multitudo cœlestis exercitus. De cęteris deniq; dicitur. Veniet desideratus cūctis gentibus, Ecce quomō infās iste omnibus est dilectus: quia (vt ait Richardus) verā dilectionē non habet, qui huiꝰ amore nō ardet. Viso quorū est dilectus, videamus qualiter diligendus non em̄ vtcūq; diligi debet: sed dilectus esse debet, quemadmodū filius vnicorniū. Hoc genus animalium præ cæteris ōnibus diligit fœtū suum: vt paratior sit vnicornis pro fœtu suo perire, q̄ fœtū suum perdere, vt malit pro ipso mortē incurrere: q̄ ipsum vel viuū amittere Sed quis hoc de dilectoribꝰ Chr̄i non videat, eos pro Christi nomine mori delectat? testis sit vel beatus Stephanus huic dilecto propinquior, qui eū vt vnicornis amauit. Nā ipsi huius infantis dilectores, ipsi vtiq; sunt vnicornes, & ipse eorum dilectus: eorū quidem est filius. Et idcirco vere dilectus: quia veraciter filius: & diligitur ab eis, quemadmodū filius vnicorniū, quia diligūt eū: quemadmodū decet eos diligere filiū suum. Cur āt eos scriptura sancta vnicornes dicit ratio manifesta occurrit. Homo ante peccatū geminam fortitudinē quasi geminū cornu accepit, quia ad repellendū pec-

quō chr̄us ametur.

homo est vnicornis.

catum & ad remouendū incommodū gemina virtute munitus fuit, altera erat integritas corporis: altera vero integritas mentis. Integritatē carnis accepit contra miseriā, integritatē mentis contra malicia illam contra mortalitatē, istam contra iniquitatem. Congressus cū diabolo quia per negligentiā cecidit in ipso casu diabolus vnū ei cornu excussit, alterum ei inclinauit. Quia em̄ mortem homo nulla ratione vitare potest, quasi altero cornu penitus nudat⁹ est, sed quia libero arbitrio penitus priuari non potuit: dextrū quodammodo cornu nō perdidit, sed tamē in quantū infirmatum in tantū inclinatū gerit. Et id circo si qui erant post primū lapsum, qui peccato resistere volebant, facile aduersarius de eis triumphabat. Sed misertus filiꝰ Dei visitauit nos oriens ex alto, & erexit cornu salutis nostrę in domo Dauid pueri sui. Quis ergo vnum tantū cornu habēt martyres illud non inclinatū sed erectū portant. Mortis quidem supplicia patiēter tollerant, sed peccata quasi quosdam animæ hostes fortiter impugnāt ne regnet peccatum in mortali corpore eorū. Hinc est, ꝙ fiducialiter Christo dicunt. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernem⁹ insurgentes in nobis, quāuis vnanimiter impetum faciant eiscientes nos extra ciuitatē ad lapidandū. Accipiunt itaq; interī cornu salutis, accepturi quoq; cornu securitatis, vt tunc gemino cornu polleant, qui nunc in vno fortiter pugnant, & glorioſe de hoste triumphant, vt tunc habeant quo sint, & a peccato liberi, & ab ōni pœna securi, cū suam in eis ꝓmissionem impleuerit, qui et dixit. Omnia cornua peccatorum confringā & exultabūtur cornua iusti. Vides ergo quom ō nunc vno cornu potitur iustus, a quo vnicornis dicitur, cui tamē quādoq; cornua nō tantum erigentur, sed etiā exultabuntur. Viso quō sancti sunt vnicornes: videamus vnde habent talē filium pro

liberū arbitrium non perit.

filium, pro quo eundē filium audiam⁹ dicentē. Qui cunq; fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater soror & mater est. Quid est fili⁹ patris nisi virtus & sapientia patris? verbū patris fili⁹ patris, voluntas patris, Item volūtas hominis quid aliud est q̄ quædam proles mētis? si igitur eadē est voluntas tua, & voluntas patris, idē est filius tuus, & filius patris. Veritas sapientia volūtas corde concipitur, & ex corde generatur. Si ergo idem vis, idē sapis quod pater eundē filium habes quē pater. Miraris? est adhuc quod amplius mireris. In te est vtrū sis pat̄, an mater, an potius vtrumq; & pat̄ & mater potes eū gignere in corde tuo, & in corde alieno & potes eū concipere, & a corde tuo & ab ore alieno. Intellectu gignitur, consensu cōcipitur, affectu nascitur, effectu nutrit. Quando veritatē intelligis, vel alium intelligere facis, Christū gignis. Quādo veritas tibi a te vel ab alio persuadetur Christus veraciter cōcipitur. Ergo quando gignis es pater, quādo concipis es mater. Nosti voluntatē Dei, consenti ei, & cōcepisti. Amando parturias, operando nutrias. Vide q̄ in potestate cuiuscūq; relinquitur, an tantæ prolis mater efficiatur. Merito ergo maledicta est sterilis, & quæ nō parit, quæ talē filium pro voto habere potuit. Cur putas similiter nō maledictus qui nō gignit, sicut maledicta sterilis quæ non parit, nisi q̄ nō eque in nostra potestate cōsistit veritatem intelligere, & veritati intellectæ consentire. Non em̄ semper veritatē intelligo cū volo, intellectæ autē semper cōsentio si voluero. Fœlix homo est cui præsto est, cū voluerit habere filiū non qualemcunq; sed Deū. O quanta dignitas hominis filiū habere Deū maiestatis. Si cōtristaris in Adam primo, cōgratulare in Adā secundo, si erubescis in parente, exulta in prole, maior est hic ad erigendū: q̄ alter ad deiciendū. Per illum eiect⁹ es a paradiso, per istū

quomodo fias Christi pater.

cur fœmina sterilis & non homo maledicit.

glorificandus in cœlo. Vide quant⁹ sit glorioſus iſte & homo eſt: & quis cognoſcet illū? Homo inq; & hominis filius, verum tamē quis cogneſcet illum? quid putatis, quē dicunt homines eſſe filium hominis? reſpōdeat Petrus vnus pro ōnibus. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Chriſtus ſe dicit filiū hominis, Petrus eū dicit filiū Dei viui. Res mira, vnus idēq; filius Dei viui & hominis morituri, dicā an mortui nam ſi mortuū negamus, quom ō ſtabit illud quod legimus, in qua hora comederis ex eo morte morieris? ſed forte tunc incipit viuere, cū incipit talē filiū habere. O quanta humilitas ōnipotentis, o quanta ſublimitas hominis. Deū habere hominē patrē humilitas incōparabilis, hominē habere filiū Deū ſublimitas inæſtimabilis. Ecce igitur quanta ratiōe eſt dilectus vt filius vnicorniū. i. vnicæ ac perſeueranter et fortiter. Quia vnicus eſt iſte filius, ac ſemp eſt & fortis eſt vt mors eius dilectio in honorando parentes ſuos. In hac natiuitate & in hoc pſalm. de patre quoq; fit mentio quia cū diceret cōfringet Dñs cedros lybani, ſtatim addidit, & dilectus quemadmodum filius vnicorniū. Idem eſt em̄ & dilectus, ac ſi diceret, Dñs & Chriſtus eius. Sed quid addi oportuit, & Chriſtus eius cū ſit vnus, atq; idē Dñs, pater & filius? nota q̄ in quantū eſt vnmu cum patre, eodem modo operatur quo pater: ſed in quo aliud eſt q̄ pater, alio modo operatur. In ſua deitate ſimili modo cū patre operatur, in humanitate autem diſſimili. Confringit ſane pater cedros. i. ſuperbos, & dilectus etiā omnē arrogantiā humiliat, ſed hoc facit Dñs terrore ſuæ maieſtatis, dilectus autē hoc facit exeēplo ſuæ humilitatis. Dñs vtpote Dñs in ueritate, dilectus vt dulcis & ſuauis in ſuauitate. Et tamen vterq; vnus & idem dulcis, & rectus Dñs ſuauis & mitis ōnibus inuocantibus eum Quando ergo quis Domini conſiderata perentia in cōſpectu

Diuerſe operat pater q̄ filius.

tantæ ma

tantæ maiestatis altū sapere erubescit, & timet aliquid contra eius voiuntatē præsumere, absq; dubio in eius corde Dñs elationū cedros cōfringit. Alius visa dilecti nostri mira humilitate cōfunditur super bus apparere cū videat nūc Dñm maiestatis formā serui & infantis ac pauperis accipere, legem implere hominibus obedire, legē inquā nascentis quæ fletum & penuriā imponit omnibus, quia nec rex habuit aliud natiuitatis initiū q̄ nos lex nascentiū ęqualis est simili penuria Dñm affligit & seruū, imo maiori Dñm inter iumenta in frigore & nuditate ac vilitate præsepis. Quando ergo quis visa nascentis humilitate cōfunditur dilectus cedros cōfringit. Quis nam q; nō sentiet nūc quæ dilectus Iesus sentit ī corpore suo? quis non compatietur matri suæ? Si nobis eum peperit, tenemur partui necessaria offerre. s. telas cordis, quibus inuoluat, ipsum nostrū cor sit ei⁹ cunabulū, lac purissimū amoris ei præstem⁹: Fumigetur nostris orationibus balneetur lachrymis nostris, cōgratulemur ei iubilationib⁹ intimis. Afferamus ei butyrū deuotionis & mel in oscula ruentes. Gestemus eū brachijs bonorū operū. Pectori affectionis adhæreat, psalmus non desit in cantu, vt per contemplationē dormiat in amplexibus charitatis nostræ donec ipse vellet, qui vt fili⁹ nō discessur⁹ venit, sed permansur⁹ donec magn⁹ effectus magnificeet nos, quia magnificauit nunc facere nobiscū, ideoq; paruificauit se in terra, vt nos ampliet in cœlo. Igitur o anima mea

Ascende cū Ioseph & Maria prægnāte archa fœderis iam in dieb⁹ suis immo & nostris quia nobis parit salutem.

Boni adiungere vt cognoscas Dñm, quia bos cognouit possessorem suum.

Cysternam Bethleem adi, quæ nunc habet aquam salutarem, qua potantur angeli.

Dauid verũ contemplare, qui nunc honorat ciuitatem & patriam ſuam Bethleem.

Electam vt ſolem intuere Mariam, quæ diuinũ lumen habet in pectore.

Feſtina cum paſtoribus ad agnum Dei, qui tollere venit peccata mundi.

Gaudio gaude quod omni populo nunciat. Quo & Maria germinãs germinauit lætabũda, & laudans.

Humiliare cũ humiliato Deo, qui de ſtercore diuerſorij erigit pauperẽ peccatorem, vt ſedeat iam cum principibus angelicis.

Intuere quomodo iam in dolore nõ parit Maria ſicut Eua, cui eſt omnino contraria.

Lucem vide in vmbra mortis ortam propter homines, quia claritas Dei circumfulſit illos, qui eam expectabant vlgilantes.

Matrem Dei perluſtra, quæ nunc eſt mulier amicta ſole, & lunam mundanæ proſperitatis peſſundat, angelis coronata.

O anima mea renaſcens, Natale Domini ſenti, quod omnis creatura ſenſit, cœlum & terra & vinea ẽ gadi.

Omnia vide ſibi deeſſe, cunabulum, domus, ignis, & lectus: omnia deſunt omnium factori.

Portam vide in diuerſorio clauſam, Mariã dico integram, & miraberis Dominũ procedentem ab ea & fluuium a loco voluptatis.

Qualis, quãta, & q̃s pie ptulit, & p quãtis perpẽde Rubus nunc ardet igne cœleſti, quem ſinu portauit non tamen comburitur.

Samuel venit ad immolandum Bethleem vitulum corporis ſui ſuper præſepium.

Terra noſtra dedit fructum ſublimẽ, ſuper quã verbum abbreuiatũ fecit Dñs, quod paſtores videre ge

Virga Aaron floruit in ſignum dignitatis (ſtiũt magnæ qua virgo fit mater.

Xp̃us captus eſt in peccatis noſtris, id eſt in pœnis

peccatorum, quem virgo mater alligat.
Intra se iam sentit crucem, cuius vigiliam celebrat iuxta præsepe.
Zelus Dñi exercituum recenter nati, nunc in omnibus docet nos pueros puros effici ad ei adhærendū, & matri suæ, quia eum nobis præstabit filia Pharaonis, vt regi æterno patri iam nutritus offeratur, hic per gratiam & in æternū per gloriam, quā mihi & vobis præstet ipse Iesus Amen.

De beato Stephano.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

INuocatio ad virginem deiparam,

ILla sapiens mulier Thecuitis, volens cōmendare regē Dauid, & persuadere ei, ꝙ parceret Absalon, dixit. Sicut angelus Dñi sic est dñs meus rex, vt nec benedictione nec maledictione moueat. Virtus magnanimitatis animū inter vtramq; fortunā firmat, eumq; facit sicut angelū, qui se habet eodē modo inter eōtraria. ſ. dum cōtemplatur benedictionem, qua Deus benedicitur a sāctis: & maledictionem qua maledicitur a peccatoribus. Sic ergo rex Dauid, inter benedictionē & maledictionē sibi illata stabilis erat: quoniā Ambrosius dicit. Sapiēs nō metu frangitur, nō potestate mutatur, non extollit prosperis, nō tristibus mergitur. Ecce ergo quom ō illa ỹtus immutabilē fere facit animū: econtra vero dicitur, ꝙ stultus vt luna mutat. Maria vero quæ est vt sol, nec maledictione nec benedictione mota est a statu nec a proposito suo: venit em̄ super eam maledictio & benedictio. Nostis equidē vos, qualiter maledicta erat sterilis in Israel, Maria vero, cum ỹginitatis votum haberet, ac in eo se mori velle, ac persistere semper decreuerit, nec dubium quin legis maledictionē incurrit: tamē ipsa neca ꝓposito, nec a statu ỹginitatis mora est: nec (vt notat Scotus) deesponsari vellet, nisi certior redderetur, ꝙ Ioseph esset ei

2. Reg. 4. de magnanimitas Dauid & Mariæ.

set ei dux & fauor ỹginitatis suæ. Ecce igit quomodo passa est primo tūc legis maledictionē, dum fructum corporis noluit. Postea vero Deus & āgelus & ipsa lex benedixit ei: nam fœcūdis lex benedictionem exhibet, in partu deniq; suo benedicta est Maria etiā solemniter ac publice, dum extollit vocem mulier de turba dicens. Beatus venter qui te portauit. Maria vero magnanima, nec maledictione, nec benedictione mouetur a proposito & statu prædilectæ ỹginitatis suæ, cui semper adhæret immobilis, vnde ei dicamus. Sicut angelus Dñi, sic est domina nostra filia Dauid. quæ nec maledictione mouetur. Nec solum stat immobilis in voto & in statu virginitatis, sed quod amplius est, etiā stat in gradu præhabitæ humilitatis. Agar em̄ cōcepisse se videns, despexit dominā suā, & tam superba efficitur, vt vix angelus posset eam deducere ad pristinū statū a quo fugerat. Sed beatissima ỹgo non extollitur benedictione hac maxima: quia nō propter seipsam filium Dei peperit, sed propter nos homies & propter nopter nostrā salutem. Nouerat etiā prophetā dixisse. Puer datus est nobis, & filius dat⁹ est nobis, ideoq; tanquā nostrū possidet filium quē pepeperit, depositum custodit in illū diem, quo nos ægentes gratia petierimus ab ea partē quæ nos contingit: quā vt assequamur, ei offeramus Aue Maria.

humilitas Mariæ.

¶ Argumentum dicendorum.

Vm beatū stephanū sic Deus mirificauit extra fratres suos etiā apostolos tam in p̄clarissima doctrina, q̄ in primitate passionis, q̄ in sanctitate ipsius passionis, & in pluribus alijs virtutibus, nolo præsenti sermone videre nisi duo, primū quom̄ fuit missus ad synagogā erudiendā, secd̄o vobis ostendā rationē priuilegior̄ suor̄ exponens de eo vnā figuram Apocalypsis, in qua Ioannes mirabiliter vidit eum. ¶ Tam singulari vir-

Diuisio

virtute

tute insignitus est beatus Stephanus, tantaq; vene ratione dignus, q; eius magna sublimitas vix potu erit paucis verbis explicari, nec em̄ e vulgo electus est, nec dux inuenitur armatorū communiū, sed pr̄ cessor apostolorū, & inter benedictos benedictus, & inter electos electus, & inter cōstantissimos reperitur singularis, ita vt non solū dicatur protho martyr, propterea q; prior cæteris passus est, sed etiam propterea q; magis strēnue patiens inter apostolos & martyres obtineat principatū tam in martyrio q̄ in doctrina. Sublimius, & feruentius prædicauit Iudæis q̄; Petrus, ac solemnius, nō tam ē fructuosius, sed quia incrementum dat Deus prout vult satis est, q; beatus Stephanus præco mirificus non fuit inferior Petro in prædicatione sua, nā Lucas ait Verbū Dñi crescebat & multiplicabat̄ numerus discipulorū in Hierusalē, valde etiā turba multa sacerdotū obediebat fidei. Et reddēs rationē tanti fructꝰ īmediate subiunxit. Stephanꝰ autē; plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. Plenꝰ inquit gratia, quia præ cæteris pollebat gratia verbi, & propterea mittitur, vt prædicet Iudæis, vnde ait thema. Missus est angelus Gabriel. Stephanus plenus fortitudine est Gabriel, & nō solum est angelus quia nuncius quoniā ad literā dicit Lucas. Intuentes eū omnes qui sedebant in cōcilio, viderunt faciē eius tanquā faciem angeli. Glorioſa videbatur facies Moysi ex consortio sermonis Dñi & glorioſior visa est facies Stephani ex cōsortio spiritussancti loquētis in eo, quoniā Lucas ait. Disputantes cū Stephano minime poterāt resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. Iste spūs qui loquebatur in eo, misit illum ad synagogā, postq; natus est Iesus ab vtero sepulchri, vt pastoribus Hierusalem nunciaret ortū Christi, quoniā eis in maximo illoi sermone, quem in concilio fecit dixit. Patres vestri

Pria pars. sublimitas Stephani.

Actuū. 6. b

Textus.

Stephanꝰ mittitur ad synagogā.

persecuti

Textus.

persecuti sunt eos, qui prænũciabant de aduẽtu iusti cuius vos proditores & homicidę fuistis. Concilĩ ergo est synagoga ad quã mittit Stephanus de qua & sequitur. A Deo in ciuitatẽ Galilææ. Deus spũs sanctus mittebat apostolos, quoniã vbi erat impet⁹ spiritus, illuc gradiebãtur intrepidi, nec reuertebantur cũambularẽt. Inter apostolos & ante eos prior mittitur Stephanus in ciuitatẽ Galilęæ, quæ cõspiraverat cõtra Dñm suũ Iesum Galilæum Nam Galilæa interpretatur rota, & est synagoga, in qua torq̃batur Dñs tanquã malefactor: nec Dñs solus, sed etiam õnes sancti eius, de quo mirabatur propheta

Ezech. 1. d

dicens. Aspectus rotarũ & opus earum quasi visio maris, & horribilis aspectus. Iudices in rota solent torquere miseros, vt cõfiteantur veritatẽ. Iudæi vero econtra torquebãt Christũ & suos, propterea q̃ eis veritatẽ prædicabãt. Illi torquẽtur vt loquãtur veritatem, isti vero vt eam taceant. Sed quia super omnia vincit veritas, & omnibus prẽualet, beatus

Veritas affert testes pro se,

Stephanus veritatis preco mittitur post resurrectionem veritatis, vt eam ingerat cõfilio malignantiũ sicut ante ipsius veritatis cognitionẽ, Ioannes baptista fuit homo missus a Deo, vt testimoniũ perhiberet veritati: tamẽ post Ioannẽ vt asserit ꝓpheta, corruit in plateis veritas, & æquitas nõ potuit incedere, quãdo Christus in plateis Hierusalẽ corruit, quãdo in rota passionis suæ nimis torquebat eundo & redeundo, ex Pylato ad Herodem, & ex Herode ad Pylatũ, quasi volueretur in rota, in qua profecto nimis tortus corruit per mortẽ, tamẽ veritas nõ cessit eis nisi ad parũ tẽporis, vt afferret nouos testes contra populũ non credentẽ. Hĳ fuerunt sancti patres

Martyriũ est testimonium.

a lymbo educti, qui surrexerunt & introierũt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis. Insuper mittitur nouus testis plenus spũ veritatis beat⁹ Stephanus: quia martyr idem est q̃ testis. Vnde in eo psal-

mo vbi

mo vbi nos legimus, Beati qui scrutant testimonia eius, Cyprianus legit, Beati qui scrutant martyria eius: quia martyria sūt validiora testimonia. Testis ergo diuinæ veritatis est beatus Stephanus, qui proprio sanguie scripsit testimoniū, quod perhibuit veritati. In cœlo ecclesiæ tres sunt, qui dant testimonium homini Christo. s. pater, ℣bum, & spūs sanct⁹. In terra. i. in terrena synagoga sunt alij tres. s. spirit⁹ qui descendit super apostolos, & aqua bapt. smi quę a Ioanne Baptista inicium habuit, & sanguis martyr quorū principatū Stephanus gerit. Sicut ergo sanguis Abel clamabat de terra in cœlū, & testificabat se innocentē, sic sanguis martyrū clamat innocentiā Christi, pro quo effusus est. De terra inquit clamat ad me quæ noluit eum operire, nec suffocare, sed tāquā iusto dedit ei locū clamandi, & iudiciū appellādi etiā in cœlum Vnde cū Stephanus primiciarius omniū testium Christi, veritati diuinæ redderet testimoniū, & non crederetur, ad iudiciū Dei appellat scribas & philistæos, cuius appellatio statim cœlo admissa est, vnde oculos eleuās dixit. Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantē a dextris ęterni iudicis pro se respondentē & pro me, qui etiam a dextris eius sum. Vos autē eritis a sinistris in vniuersali iudicio Dei, vbi ipse Iesus erit iudex & testis. Ac dicet his, qui a sinistris eius erunt. Hospes fui. s. apud vos in Hierusalē, & in carcere, & non visitastis me sed afflixistis, & siti peremistis & c̄. ideo ite maledicti & c̄. ecce igitur q̄ fidele testimoniū exhibuit iste martyr, quod & sanguine proprio exarauit, qui & totam Hierusalē sanguine suo cōsecrauit, vnde sequitur in euangelio nostro. Cui nomen Nazareth quæ interpretatur sanctificata. s. sanguine hui⁹ sancti sicut Roma sanctificata fuit sanguine Petri & Pauli O fœlix martyr qui proprio sanguine, patriā suam sanctificauit, quo quidē sanctior effecta est, q̄ sanguine illo

Genesis

tres dant Christo testimoniū.

Textus

quineillo; qui per vicos decurrebat, quando archa Dei in templū Dñi ferebatur primo tēpore, quādo solemnius agebatur festū a rege Salomone. Paucis retro diebus archa fœderis Dñi quæ Christus est in templū gloriæ non manu factū ferebatur. s. in cœlum, nunc aūt hostias viuentes, sanctas, Deo placentes offerunt ei martyres, beato Stephano incipiente qui sicut & cæteris prior obtulit suū sanguinē, sic etiam & cæteris meliꝰ, quoniā dum adhuc esset in principio sacrificij, mens eius introiuit in ipsum cœlum & præcognouit ibi acceptari sanguinē suum, quē filius Dei suscepit assurgēs ei, & centuplū repromittens, nā Stephani anima est prima illarū de quibus dicitur. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimoniū quod habebant, & clamabant voce magna dicentes. Vsq; quo Dñe sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? sub altare Dei erant animæ quarū corpora super altare Deo fuerāt oblata propter testimoniū Iesu Christi, qui est altare non pecudū, sed hominum sanctorū, quorū primus est beatus Stephanus olim equidē soli martyres reputabantur sancti, nec festū alij fiebat nisi martyri, vnde illud maximū templū Romæ, quod Pantheon vocabatur, postq; eliminatum est, vocatur ecclesia omniū martyrum Christi vnde quoniā soli martyres antea pro sanctis habebantur, & Stephanus fuit martyrū primus & præcipuꝰ iure potest dici omniū sanctorū dux, qui propterea extitit figuratus in Moyse misso ad filios Israel, dum erant captiui vt eos agni sanguine intercedēte a seruitute liberaret, sic noster Stephanus missus est a spiritu sancto, qui erat in eo, vt per sanguinem agni īmaculati Iesu Christi, eos eriperet a tenebris infidelitatis. Stephano quidē apta est figura Moysi de quo ipse plura prædicauit Iudæis, & postea dixit

Apoc. 6. c.

Actu. 7. c.

Erat po

Erat potens in ꝟbis & operibus ſuis. Hic aduerte, ꝙ quando Stephanus Iudæis prædicans, protulit in medium corã adunato cõcilio ſeriem totius veteris teſtamenti radicitus volebat probare, ꝙ Chriſtus Ieſus & non alius erat verus ſponſus ſynagogę vñ propterea ſequit in euangelio nro. Ad virginem de ſpõſatam viro. Hęc virgo deſponſata viro Chriſto eſt ſynagoga quã virginem vocauit Eſa. dicẽs. Spreuit te Sennacherib, & ſubſannauit te ꝟgo filia Syõ Cum ões animæ ſanctæ virgines reputentur, & ideo in quinq; virgines figurentur, quia qui ſuos ſẽſus a peccati corruptione præſeruat virgo eſt apud Deum, in illo ſtatu ſynagoga dicitur virgo in q̃ prudenter ſe gerebat, ſoliq; adhærebat ſponſo dicens. Oſculetur me oſculo oris ſui. Qui quidem hoc fecit, dum per oris proprij doctrinã ei pacem ingerebat, quã ab infantia ſua Chriſtꝰ per angelos prędicat, & moriens eã dimiſit apoſtolis, & viuẽs per ꝟba dulcia dabat quotidie pacẽ ſynagogę ſpõſę ſuæ, vt in oſculo ſancto doctrinæ ſibi gigneret filios pacis. Tũc ſane virgo erat, & quando dicebat. Hic eſt vere ꝓpheta, qui venturus eſt in mundũ. Et quando commota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt hic? & reſpondebat. Hic eſt Ieſus propheta a Nazareth. Sed quando hæc virgo carnaliter velut ſtulta, & adultera voluit intelligere myſteria ſponſi ſui, & literæ tantum & nõ ſpiritui adhærebat, nec verba nec ſenſum caſtum habuit ſed corruptũ, & ideo Ioſeph caſtiſſimus ac ſpũalis reliquit eã, quod mirifice figuratur in illo viro totius pudicitiæ ſpeculo de q̃ Stephanus dixit. Patriarchæ æmulantes Ioſeph vendiderunt in Aegyptũ &c. & ſequitur in hiſtoria Ioſeph. Accidit autẽ quadam die vt intraret Ioſeph domum &c. vſq; ibi, in argumentũ ergo fidei retentum palliũ oſtendit marito. Ecce quom õ hæc mulier iam relicq̃uit ſponſum verũ, & adhæſit alteri. ſ.

4. Re. 18. d

ſynagoga eſt virgo

Gene. 39. c

ſenſui

sensui carnis, vnde ait beatus Ysidorus. Hæc figura est synagogæ, que sepe mæchata est post deos alienos, & volebat Christū in adulterij sui scelere detinere, vt negaret se Deū esse & philistęorum magis & scribarū q̄; legis præcepta seruaret, qui illi velut maritus erant. Sed nō acquiescens illicitę doctrinæ synagogæ, manu veste corporis appræhensus, carne se exuit, & liber in cœlum ascendit. Calumniata est meretrix, vbi tenere nō potuit dicēs, q̄ templū Dei blasphemaret, & legis trangressor esset. Illum autē carcer non terruit, non inferna tenuerunt. Vbi em̄ veluti puniendus descenderat, ibi & alios liberauit. Hactenus ille ostendens quom̄ pallium relictum est in manib⁹ adulterę in signū corporis Christi, quod custodes murorū Hierusalē tulerunt ab eo Gregorius vero palliū dicit sensum literæ quē adultera seruat vnde ait. Relicto in manu eius pallio fugit quia dū synagogam Christū purum hominem credens adulterino cōplexu constringere voluit, ipse tegimen literæ oculis eius obiecit, & ad cognoscendā diuinitatis potentiā conspicuū se gentib⁹ prębuit. Vnde vsq; hodie dū legitur Moyses, velam̄ est super oculos cordis eorū, quia. s. adultera palliū retinuit & quē male tenebat nudū amisit. Hæc ille ostendens quom̄ hæc iam non est virgo, sed spoliatrix & interfectrix sponsi sui, ille autē cum esset de domo Dauid. i. misericors, quia reges Israel clemētissimi sunt, memorans misericordias Dauid fidelis de quo in principio vidimus: q̄ nec maledictione mouebatur ab assueta bonitate, igitur propter suam charitatem vult eam sibi in gratiā reconciliari, et ad hoc mittit ad eā Stephanum, virū spiritu sancto plenum cuius verba sicut facula ardebant, quoniā plus q̄; homo erat, ideo sequitur de eo in euangelio nro.

resurrectio Christi

Litera sola damnat

Textus.

Ingressus angelus ad eā dixit, aue gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu inter mulieres. De hoc viro sic

ait gl

ait glo. Inter. super actus apostolorũ. Vere angelus erat. i. nuncius voluntatis Dei. Hic ergo ingressus est ad synagogã quando vocatus est ad conciliũ ei⁹, qui primo dixit ei aue, nã super initium sermonis eius sic ait glosa Bedę. Memor Stephanus præcepti illius, diligite inimicos vestros &c̃. persecutorib⁹ suis salutẽ nunciat. Gratia plenã fuisse ostendit, dũ incepit. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ &c̃. post salutationẽ tria exposuit. s. quomõ fuisset synagoga gratia plena. i. beneficijs Dei, scd'o quomodo fuit secundus per dationẽ legis tertio quomõ fuit benedicta super alias gentes in promissionibus exhibitis de terra ꝓmissionis & alijs. Sed quia hęc tria iam præteribant, cœpit eos de cõtrarijs arguere cum subiunxit. Dura ceruicę, & incircuncisis cordibus & auribus vos semper spiritui sancto resistitis, &c̃. vsq; non custodistis. Super hoc ait Rabanus: Purgatus a crimine de quo falsi testes eũ arguebant incipit Iudæos arguere, quia qui sine crimine est dignus est doctoris officio. Et infra ait. Tres grad⁹ malitiæ eorum ponit, primus est ꝙ spiritui restiterunt secundus ꝙ prophetas persecuti sunt, tertius ꝙ crescente malicia eos occiderunt. Tamen vt hęc sponsa peccatũ suum cognosceret, contionẽ suam cõclusit dicens. Occiderunt eos, qui prænunciabãt de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores & homicidę fuistis. Ad hoc verbũ optime sequitur in euangelio nostro. Turbata est in sermone eius. Fuit namq; tãta in concilio illo turbatio ꝙ vt in textu dicitur. Audientes hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eũ. Ille autẽ dum eorum truculentiam videret, non habens in terra cui oculos dirigeret, suspexit cœlum, vbi erat, qui eũ miserat & quãuis essent pleni furore, annunciauit eis magnã visionem, quã ex illo loco vidit in tertio cœlo trinitatis, de qua dixit. Ecce video cœlos apertos, & filiũ hominis

Actu. 7. d.

Actuũ 7. a

laudat & arguit sinagogam.

Textus.

minis stantē a dextris virtutis Dei. Nec mirū quis vt ait Lucas, cū esset plenus spū sancto intendens in cœlum vidit gloriā Dei, vidit præmium laboris sui, vidit quē prædicauerat, vidit sibi aperiri cœlos, dum aures increduli claudebant obturantes aures suas. Vidit illum stare apud patrē suum laudantem & confitentē coram angelis Dei, quē ipse laudabat & confitebatur corā hominib⁹. Tandē conspirant, & impetum fecerunt vnanimiter in eū, & eadē hora eiectū extra ciuitatē tanq̄ hominū cōsortio indignum lapidabant. Ille aūt memor Christi sui, posuit genua deuote inter lapides dicens illi quē apud patrem viderat. Dñe ne statuas illis hoc peccatū. Hoc voce magna fertur dixisse, vt audiretur ab illo, qui qui apud patrē erat. Vel vox magna est oratio illa, quia similis fuit orationi saluatoris, vel magna quia magna charitate formata. Vel magna vt ab omnibus audiretur imitenda, quia cæteris iste normā patiendi præstabat: vnde ait glosa. Stephanus græce, latine corona: qui quod percepturus erat in re, prēsagio nominis præoccupabat: quia post crucē Christi primus martyrio coronatus est sublimiter, qui lapidatus est humiliter. Hæbraicæ interpretatur norma nostra, qui primo passus sequentibus martyrib⁹ factus est forma moriendi pro Christo Dū ergo lapidaretur, Saulū oratione sua cōuertit scd'm Augustinum, & ex Saulo fecit Paulū, quia nisi ecclesia haberet Stephanū orantem, nō haberet Paulū prædicantem. Tandē dum oppressus esset lapidibus ait. Dñe Iesu accipe spm̄ meum. Quasi præsentē (inquit glosa) præcatur, quia iā descenderat Christus ad locum certaminis pro anima eius, de quo sequitur. Cū hoc dixisset obdormiuit in Dño. Vnde vt notat glosa, pulcherrime dictū est obdormiuit in Dño, & non mortuus est quia obtulit sacrificiū dilectionis, et obdormiuit in spe resurrectionis. Sancti nō moriūtur quia in

oratio stephani magna est.

quia in melio cõmutantur, & vita tẽporalis in æternam vertitur. ¶ Qui glorioſum finem huius martyris cernent, ſtatim mirant, & ſcire deſiderant, ob quę nã merita, peruenerit ad eũ, nam Deus dignos ſe quęrit, & quos nouit fortiores, in aciei facie ſtatuit, vt patet de iſto ſancto, cuius præconia cernebat Ioãnes in Apoca. dicens. Vidi aliũ angelũ fortẽ deſcendentẽ de cœlo amictũ nube & iris in capite eius. Et facies eius erat vt ſol, & pedes eius tãq; columna ignis. Et habebat in manu ſua librũ apertum: & poſuit pedẽ ſuum dextrũ ſupra mare, ſiniſtrum autẽ ſupra terrã. Ipſem et Stephanus dixerat Iudæis. Accepiſtis legẽ in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis. Ab iſtis angelis eſt alius iſte nũ eius qui ad eoſdem Iudæos mittitur, vt eis eandem legem exponat, ac rationẽ exigat, ideoq; dicitur fortis: & deſcendẽs de cœlo. Fortis quippe fuit, vt ferre poſſet impetus eorũ imperterritus. Erat enim in eo ſpũs fortitudinis, quoniã propterea dicitur. Plenus gratia & fortitudine. Dicitur em̃ deſcendẽs de cœlo, quia prouiſus, & datus fuit a Deo. Eſt etiam amictus nube, & iris in capite eius, vbi notant eius vita actiua & contemplatiua. Pietas quæ ad omnia valet, nubes dicitur, quæ pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vnde cũ primitiua eccleſia eũ cerneret animo pium, elegit eũ, vt miniſtraret multitudini credentium, & vt viduis ac orphanis portionem cõferret, put vnicuiq; opus erat. Sortit⁹ eſt officiũ Ioſeph, q frumenta Aegyptijs prudẽter diſtribuit. Iris in capite eius eſt cõtemplatio in mente, nã erat ſicut angelus Dei, qui hominibus miniſtrãs a contemplatione minime impeditur. Et etiã iris dicitur eſſe in capite eius propterea q tenebat õnes ita quietos, & pacatos, vt eſſe ſolent vnius moris in domo. Nam in eccleſia primitiua erãt ex omni natiõe, quib⁹ iſte tam placide neceſſaria miniſtrabat, vt ceſſaret mur

Scda pars.

Apo. 10, a.

Actu. 7. d.

actio et cõtemplatio

Actuũ. 6. a

mur Græcorũ, vnde iste prædicabat eis pacẽ, ideo q̃ iris erat in capite eius. Est em̃ iris signũ fœderis, vt patet in Genesi. Et etiã iris videbãtur sibi vt corona, quia Stephanus interpretatur coronatus, & cœlestem habet coronã triumphalem, qui aereas vicit potestates ac dæmones, qui agitabãt Iudæos cõtra eum. De mirabili cõuersatione eius sequitur. Et facies eius erat vt sol. Christus dixerat. Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Iste autẽ tot lucernas bonorum exemplorũ habet, vt dicatur sol. Nec mirũ quia non poterat ignẽ spũssancti in sinu suo seruare: quin vestimẽta exterioris cõuersationis arderent. Vnde possimus de sancto isto dicere illud, quod ait Seneca de viro sublimi .s. animũ excellentem, & moderatũ omnia tanquã minora transeuntẽ, quicquid timemus, & optamus ridentem: cœlestis potentia agitat, quia non potest res tanta sine adminiculo fieri. Quemadmodũ radij solis cõtingunt quidẽ terram, sed ibi sunt, vnde mittuntur, sic animus magnus ac sacer, cõuersatur quidem nobiscũ, sed hæret origini suæ. Hæc ille ostendens qualis esse debeat cõtemplantis intentio, cuius exemplar est in martyre nostro, qui ostẽdebat in facie claritatẽ, quę latitabat in corde vnde & propter hoc sequit. Pedes eius tanq̃ colũna ignis. Nam eius affectiões accensę quidẽ erant igne charitatis. Qm̃ per pedes intelligũtur affectiones, quia sicut corpus mouetur pedibus, sic animus affectibus. Et quia sanctus hic fulcimentũ præstabat ecclesiæ, nõ ignialteri nisi columnæ comparatur, quia eius charitas õnia suffert. Totam quidẽ credentium multitudinẽ humeris deferebat nec dicebat cũ Moyse. Nũquid pę peri ego hanc multitudinẽ, q̃ dicis mihi, porta eam in sinu tuo: in principio ecclesiæ ipsi apostoli omnium curam gerebant singulis administrantes necessaria corpori & animæ, tamẽ crescente numero credentium

Genesis, 9.

Stephanꝰ cõparatur soli.

Charitas est colũna ignis.

dentium dicitur. Cõuocantes autẽ duodecim multitudinem discipulorũ dixerunt. Non est æquũ nos derelinquere verbũ Dei, & ministrare mensis. Cõsyderate ergo fratres viros ex vobis bon testimoñij septem plenos spũ sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Et placuit sermo coram omni multitudine, & elegerunt Stephanũ virũ plenum fide & spũ sãcto. Ecce quom̃ eligitur vt portet totam ecclesiã. Cui non minus cibum mentis q̃ ventris ministrabat. Nec solum domesticorũ gerebat curã sed etiam exterorũ, nam disputantes cum Stephano nõ poterant, nec resistere sapientiæ spiritui qui loquebatur in eo. Propter nimiã curam eius comparatur colũnæ, cui æquidẽ tota domus innitebatur. Sed ex prædictis verbis non vna, sed plures eliciuntur colũnæ, prima quia bonũ testimoniũ habuit ab omni ecclesia, secunda quia discipulus fuit, tercia quia fuit vir inter viros, nos autẽ vix inter effœminatos viriliter agemus. Quarta quia fuit primus inter septem electos, immo & inter apostolos fuit primus martyr propter eius prædominantẽ feruorem. Quinta quia fuit plenus spiritu sancto incoñ cupiscibili, sexta quia fuit plenus sapientia in intelligibili, septima quia fuit plenus fortitudine in irascibili. Quid plura? vidisti colũnas septem, quoniã septiformi gratia plenus erat, sapientia tamen sic regnabat in eo vt vno anhelitu omnẽ sacram scripturam referret, & propterea sequitur. Et habebat in manu sua libellum apertũ. Libellus est lex vetus quam in concilio corã antiquis Iudæorũ cœpit exponere omnia ad spiritum Christi deducens, tamen ipsi antẽq̃ amplius in expositione procederet consurrexerũt in eum furore magno, & ideo libellus ille mansit synagogæ in signũ repudij & adulterij sui. Ecclesia vero accepit librũ euangeliorũ: quem Stephan⁹ corde gestabat, quia nondũ scriptus erat. Et antequã euan

Actuũ. 6. a

Columnæ Stephani.

gelium conderetur, adhuc in manu. i. in operatione habuit sanctus iste legē veterem, vnde apostoli magis laborioso tēpore vixerunt q̄ nos, quia portabāt pondus diei. i. præcepta & cōsilia euangelica & æstus. i. pondus legis veteris, quia nondū excusserāt importabile iugū ceremoniarū a ceruicibus suis, q̄ facile non potuerūt eradicari, vnde propterea sequitur. Et posuit pedē suum dextrū supra mare siniſtrū autem super terrā. Per mare quod est locus aquarū intelligitur ecclesia per baptismū lota, per terram vero synagoga terrenis promissionibus adhærens. Vtriq; debitum aut vectigal reddebat Stephanus, sed cordialius & sollicitius ecclesię, vnde propterea dictum est. Posuit pedē suum dextrū supra mare vt .s. ambularet viā consiliorū Christi, sed siniſtrū dat synagogæ, quia iā cerimoniæ siniſtræ erant & repudiatę. Glosa vero dicit q̄ per mare & terrā intelliguntur peccatores & iusti, quibus præsidio erat sanctus iste, nam omniū curā gerebat, & etiā pro peccatoribus in mari signatis deuotius exorabat, ideoq; dextrū pedem ponit super illos, dū viscerosius orat pro eis, q̄ pro seipso, vt notat Beda. Siergo p inimicis tantum orauit in terra, quantū pro deuotis suis orabit in cœlo? certe si eius ignis fuit in Syon caminus erit in Hierusalem cœlesti apud Deū glorię Christum, qui cū patre & spiritu sancto &c.

De sancto Ioanne Euangelista.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

Inuocatio, de multiplici ratione habendæ gratiæ

VT ait Paulus, quod ex meritis prouenit, nō est ex gratia, quoniam gratia se solā respicit, vt gratis conferat, quod dare decreuit, quia non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, saluare disponit. Sed cōmuniter dicitur gloriosius prēmiū quod meritis acquiritur, quoniā merita disponunt ad gratiam cōgruentius accipiendā. Gladius ergo

ex vtraq;

ex vtraq; parte acut⁹ facilius scindit, & sic dum ex altera parte est gratia, & ex altera meritū facili⁹ acquiritur præmiū: faciliusq; impetratur quod petit. Quotidie a virgine gratiā petimus: non alia ratiōe nisi quia ipsa est mater gratiæ vniuersalis. Nunc aūt duplici præter hoc ratione munimur ad petendum; primo quia est mater gratiæ particularis, nā si Ioannes interpretatur gratia, & Maria est mater Ioānis de primo ad vltimū sequitur, q; est mater gratiæ. Vltra, nam hæc gratia. s. Ioannis gratiā fecit Marię .i. gratis exhibuit seruiciū, bene meritus est apud illam, quoniā & erat eius capellanus, ei missas celebrabat: & (vt aiunt) eius confessionē potius laudis, q̄ fraudis audiebat eiq; exhibuit necessaria sacramēta. s. eucharistiæ, quā eius manu sumebat. Eāq; vnxit in extremis agentē, fuitq; Mariæ seruus sempiternus. Mater tenetur filio; domina tenetur seruo, mulier tenetur proprio sacerdoti, ecce igitur quom ō iā sunt tres gratiæ rationes: & quarta quia hīs nō stātibus gratia se solā respicit. Hīs visis potius debita q; gratuita poterimus in hac salutatione a beata virgine petere: sed quia sua maiestas ita sublimis est, vt nemini teneatur, ideo eā deprecantes pro gratia impræsenti habenda præsentemus genib⁹ flexis Aue.

gratia se respicit

Mariatenetur Ioanni

¶ Argumentum vbi duplex missio innuitur.

DVplex missio tāgitur in themate nostro: nā dicitur missus angelus ac dicitur missus Gabriel: vbi duplex respectus notari potest, altero mittitur in quantū angel⁹ qui interpretatur nūcius, & hic respectus ad prædicationē pertinet. Alter, autē quia Gabriel interpretatur fortitudo Dei, ad expugnandas aereas potestates videtur pertinere. Vnde altera missio sapientiā respicit, altera vero fortitudinē, priori mittuntur præcones verbi aduersus hæreseos, posteriori autē martyres aduersū tyrannos, vt etiam coram eis testimonio sanguinis re-

surrectionē futuram testificentur. Hijs duob⁹ missionibus potitur noster Ioānes, qui quo ad alteram vniuersalior præco verbi ab ipso verbo destinatur, & ad martyriū passionis Christi armatur dū audit, calicē quidem meū bibetis. Durior quippe fuit sibi passio Dñi sui ꝙ propria, ideoꝙ ab ōni alio martyrio mirifice liberatur, tanꝙ exemptus quia in passione Domini sui pœnas luit cęteris maiores, & eum bis puniri lex nō patitur: quāuis ipse vellet. Bifariā ergo possit sermo diuidi in altero de missione ad prędicandū in Asia: in altero de missiōe ex cruce ad beatam virginē fortissimam mulierū, cui fortior Apostolus assignatur in ducē, & vexillū toto tēpore vitæ suæ pacatissimo. Primū ergo, in quadā missione Thobiæ iunioris figuratur, aliud in ipso euange. de quo thema sumpsimus: nunc autē quia temporis āgustia nos arctat: solum modo agam de secundo.

Ioannis duplex missio.

Diuisio Thob. 9. a

¶ Si primā partem super hoc nomē angelus peragere poterā ostendens quom ō Ioannes est angelus .i. nuncius missus in gentes a Christo, nunc velim ostendere, quom ō est Gabriel ideoꝙ missus in ciuitatem Dei Mariā, loco Christi sui dicentis, ecce mater tua. ¶ Iam ergo fratres vtcunꝙ referam vobis Ioannes fortitudinē, vt Gabriel dicimeretur. Si teste Salomone melior est patiēs viro forti, & Socrates dicat, sine sapientia fortitudinē inueniri nō posse, Ioannes qui patiens & sapiens dinoscitur, fortitudine carere nō poterit. Si leonibus fortior cōprobetur gloriā fortitudinis obtinebit. Duodecim Apostoli designantur in .12. leonibus throni Salomonis: propterea ꝙ tyrannos ac hæreticos vicerunt. Inter hos leones nemo dubitat Ioannē fortiorem. Nā & si cohorte principū sacerdotum irruente in pastorē relicto eo ōnes fugerunt: vt sic ostenderetur, ꝙ ipse Christus in horto rationabiliter timuit, Attamē ipse Ioannes magistri æmulator stati

fortitudo Ioānis euāgelistæ.

ad se reue

ad se reuersus, ita fortis efficitur. vt assumpto Petro decreuerit, huius atrocissimę passionis finem secum videre ne ipse Christus maneret solus in pœnis: ali qui autē inconsulte suspicantur Ioannē fuisse iuuenē qui reiecta sindone nudis profugit ab eis: qui Christum captum tenebant, sed hoc & rationi & textui non cohæret. Glosa inter. dicit, ꝙ iuuenis iste nihil indumenti haberet nisi solā syndonem. Apostoli āt Christi sicut & ipse erant induti, maxime quando intus & extra sequebantur eū: totaliter eius magisterio subiecti. Christus plures habuit vestes, nam & in cœna vestē deposuisse dicitur, vt expeditior esset ad pedes abluendū, nec nudus remansit. Cū ergo apostoli facta Christi sui ōnino sequerentur, liq de constat eos super tunicā etiā pallium habere, alioquin superuacue diceretur. Partiti sunt vestimenta mea, & super vestē meam miserunt sortem. Super alias ergo vestes sortiti sunt præter tunicā inconsutilem, quā mystice seruant. Si ergo Christus plures vestes habuit, pariter & Ioannes ergo nō erat amictus syndone super nudo. Glosa inter. & Nicolaus dicunt eū tunc temporis nō habuisse aliā vestem ex quo sequitur, ꝙ ille apostolus nō erat, quia illi sicut magister indutierant, turpe quidē esset vno solo indumento lineo vestiri, quo facile quis posset nudari Falsissimum ergo est, ꝙ apostoli tunica sola vtebātur, & ꝙ ista in hoc loco velut syndone dicatur adolescens indutus. Si autē dicas, ꝙ ille erat in lecto suo & ꝙ ad strepitū surrexit syndone inuolutus, bene quidem tamē attende ꝙ apostoli nocte illa, qua scādalum passi sunt lecto molli nō dormierunt, & minus Ioannes, qui fuit vnus ex tribus in secretiorem locum assumptus, tunc autē syndone caret, quo nō erat indutus in mensa ex qua directe venerunt i hortum. Immediate post trinā orationē accessit cohors vt Christū caperet, Ioānes non habuit locū accipiē di synde

Marc. 14

Ioānes i est amictꝰ syndone

disyndonē, vt resolutus sicut in domo materna dormiret, nec erat amictus syndone super nudo, sed ho
Marc.14.d nestę vestitus sicut Christus. Marcus autem sic ait. Tunc discipuli eius relicto eo omnes fugierunt. Et immediate subiunxit. Adolescens quidā sequebatur eum, amictus syndone super nudo. Ecce quō Marcus adolescentē distinxit ab apostolis, quos dixit fugisse: & ꝙ ille sequebatur captū Christum. Si ergo fugit Ioannes, quō in eodem tēpore amict⁹ syndone Christū sequebatur? aut quomō auderet postea si prius fugisset, iterum intrare in domū pontificis? Petrus negauit, dū audiuit, nōne ego te vidi in horto cum illo? Habemus ergo ꝙ Ioānes non erat ille
Ioan. 18.e. adolescens, si autē quæris, quisnam sit, nō est prę sentis speculationis, sed Ioannes erat ille de quo ipse ait
Euāgelistę Ioannes humilitas. Sequebatur autē Iesum Symon Petrus, & alius discipulus, qui erat notus pontifici. In principio vocationis noster Ioannes præposuit sibi Andream (vt vidisti) nunc autē præponit sibi Petrū, vt agnoscas eum semper humilē, semper nāꝙ antiquioribus cedit, nam dū prior Petro venisset ad monumentum introire noluit donec ille intraret, tamē ad passionis locum cupidus patiendi prior Petro intrat, illum ꝙ introduxit, nā ex quo velut primo motu, qui nō est in homine, quia primos motus reprimere nō valemus: tamen altero motu ad se reuersus leo iste de tribu Dauid propter sublimitatē generis notus pontifici astat ōni passioni Iesu cæteris fortior. Fuit æquidem memor Ioānes quomō per matrē suam dextrā vel sinistram petierit regni, & nūc vt illā mereatur stat cū matre Iesu in latere crucis extasim patiens et voluntatē Dñi faciens sicut em̄ ipse in cœna perpendit, ꝙ Christus qui ei proditorē reuelauit, noluit vt eum manifestaret: sic astans cruci tacet, quia nouerat sic Dñm velle qui sicut ouis corā tondente se obmutuit. Si ergo Christus in horto apostolorū fortitudini gra

gudini gratias referens: dixit. Vos estis qui permansistis mecū in tentationibus meis, quid putas Ioāni dixisse, dum eū persistentē vidit in cruce matris, & filij? nihil dixit: sed fecit eū fortitudinis nunciū, vnde incipit euang. Missus est Gabriel angelus a Deo .i. Ioannes angelicus & fortis a Christo in illam ciuitatē de qua ei dicitur. Ecce mater tua. Tūc sane beata virgo transmigrationis ciuitas fuit. Maiorem q̄ transmigrationē fecit q̄ ille de quo dicitur. Migrauit Iudas propter afflictionē, & multitudinē seruitutis. Habitauit inter gentes: nec inuenit requiem. Et q̄ hoc beatæ Mariæ cōueniat patet, quia immediate de virgine sequitur. Omnes persecutores eius appræhenderunt eā inter angustias. s. filij sui, quib⁹ maior est, q̄ ciuitas Dei iam fit ciuitas hominis ciuitas regis fit ciuitas serui. Propter maternitatem Maria erat ciuitas illius cuius mater erat, sed iam mater Syon transmigrat: & per eū qui dixit & facta sunt dicitur, ecce mater tua. Nullū verbum dici potuit: quo magis virgo feriretur, nā parum reputaret: si Christus diceret. Ecce ancilla tua: dum autē audit ecce mater tua, ipsa ciuitas mœret: tamen lætatur Ioānes, tali ciuilitate donatus. Gloriabatur Paul⁹, quia ciuis Romanus erat, glorietur Ioannes: quia ciuitatis Dei cōciuis est. Vnde igitur es tu o Ioannes? ego (inquit) sum de ciuitate Dei, o te fœlicem, quia perconsequens pluribus poteris vti priuilegijs. Nec solum hæc ciuitas Dei est, sed etiā tua quia tibi dicitur ecce mater tua q̄ si filius & hæres. Quod obsequiū præstitit miles iste regi cœlorū, vt daret sibi vnā ciuitatem? nec solū vnam ciuitatē: sed matrē ciuitatū ac metropolim. Nullus vnq̄ tali munere potit⁹ est: nulllus miles nec vi armorū talem cœpit ciuitatem qualem Ioānes cui tradidit filius Dei ciuitatē in qua natus est quā & fundauit. Nec eam vendidit Ioanni sed gratis tradidit, vtinā nos vel cū tribuno iudice possem⁹

Textus.

Treno. 1. c.

Ioānes est cōciuis dei

ce posſemus dicere: Ego multa ſumma ciuilitatem
Act.22.d hanc cõſecutus ſum. Antiquitus (vt ait gloſa) ciues Romani reputabãtur nobiles per totũ orbem eo q̃ ciuitas Romana dñabatur vniuerſo orbi: a qua regimen cæterarũ ciuitatum procedebat. Si Christ⁹ Ioannem ciuẽ ſuæ ciuitatis feciſſet: eiq̃ præciperet, ne a beata virgine diſcederet, bene quidẽ quoniã romani propter geſta alicuius militis optimi eũ ciuẽ Romanum facere cõſueuerũt, attamen de Chriſto miror: quom õ huic viro totã tradiderit ciuitatẽ dicẽs. Ecce mater tua. ſ. tibi tradita. Ille vero nõ ſurd⁹ auditor extitit nã vt ſuam diligentiam in acipiendo exprimeret: ait. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. Quid faciemus nos fratres, cũ iſte habeat ciuitatem hanc metropolim, cui⁹ & nos oportet ciues eſſe: trib⁹ modis reperiẽ: q̃ quis poſſet fieri Romanus ciuis, gloſa eñ ordi. ſuper epiſto. ad Thimotheum ſc̃d̃m. 4. c. ſic ait. Penula veſtis erat conſularis, qua induebantur cõſules Romani ingredientes in curiam. Vnde fertur Romanis hanc fuiſſe cõ
2. Thi.4.d ob quatuor fiunt ciues Romani q̃ Ioãnes habet. ſuetudinem: quãdo monarchiam orbis acquirebãt: vt quæcunq̃ gens cũ pace, & coronis eis occurriſſet: darent eis libertatẽ in tantũ vt fratres eorũ dicerentur, ciueſq̃ Romani appellarentur, Dabãtq̃ poteſtatem ædificandi curiã: & habendi conſules ſicut & ipſi habebant. Et quia pater Pauli: vt pote nobilis occurrit ſic Romanis penulã habuit ab eis, quã poſtea ſeruat Paulus in ſignũ ciuilitatis Romanæ. H re ibi. Secundo quis erat ciuis Romanus propter
Actu.22.d natiuam ingenuitatẽ, vt dicitur in glo. ſuper actus apoſtolorũ: tertio autẽ propter pecuniã, ſed et quarto propter inſignẽ fortitudinis actũ: dum in gloriã Romæ redundaret, quia victores fiebant ciues Romani. Ob iſta quatuor nos poterimus eſſe huius ciuitatis Dei ciues, quæ quidẽ & eſt Roma: nã interpretatur ſublimis aut tonãs. Sublimis eſt Maria in

ſe tonãs

se: tonans est propter nos, nã hæc ciuitas propugnat: & protegit ciues suos: ideoq; est vrbs fortitudinis nostræ Syon, cuius si ciues esse cupitis occurrite ei cũ pace & coronis: nec dedigneminí quoniam angeli nudius tertius hoc fecerunt & pastores. Secundo estote moribus ingenui ac fide vt reges magi, tertio date summã eleęmosinarũ: vt fœlix ille tribunus: qui Paulo inuidebat, quarto estote fortes in bello, & pugnate cũ Herode. Ista quatuor Ioannes fecit: etiã simul: ideoq; meruit totã ciuitatẽ possidere: quando accepit eã discipulus in suam. Primo Ioannes occurrit prior regi Romano Iesu cũ pace etiã pectoris, quando eũ vidit ad iordanem venientem tunc em̃ erat iste Ioannes cũ Ioanne Baptista, vt vidimus. Tunc sane occurrit Iesu cũ coronis, tot coronas habebat, quot vicerat. Magnã quidẽ habet coronam, qui seipsum vincit: quã ex tunc habet Ioannes noster quia iuuentute sua cœpit cũ Ioanne Deũ quærere: & inuenit. Secundo habuit ingenuitatem quoniã sortitus est animã bonam, & cum esset magis: ac magis bonus pertingit ad corpus incoinquinatum, vnde propter virginitatẽ meruit illam ciuitatem, quæ propter suam mundiciã dilexerat eũ valde: quẽ ab infantia nouerat mundissimũ, quoniam de Ioanne dictũ est. Lætabitur iuuenis cũ virgine. Per luxuriã mundanæ fœminæ acquirũtur, quia immundæ sunt, hæc autẽ ciuitas quia virgo est: acquiritur per virginitatẽ, quoniam Ioannes dixit. Nihil coinquinatũ intrabit in illã. Tertio iste õnia pauperibus reliquit, vt hanc emeret ciuitatẽ, nam talis cõditionis est hæc ciuitas: vt vellet se sola ciuẽ suum cõtentum: nec mirũ quia sola ditat diligẽtes se: ac thesauros eorum replet. Inter eius ciues ditior est beatus Ioannes: quoniã semper in hac vrbe negociatorum angelorum manebat fruens virtutibus illius. Quarto vir iste insigne fortitudinis factum peregit Apocalip.

quo me

quo meruit ciuitatē obtinere: nā tempore passionis contraistam ciuitatē peruersitas & cōiuratio est orta, sic denicq; derelicta fuit, vt Hieremias flens dicat. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo &c. de apostolis sequitur. Nō est qui cōsoletur eam ex omnibus charis eius. Quiergo tēpore tam vrgentis tribulationis, tēpore quo tam derelicta erat ciuitas nō defuit, optime eam meruit. Nam si teste Bernardo sola perseuerātia coronatur, cur hæc ciuitas nō debuit Ioanni dari, postquā cæteri eam solā reliquerunt: ergo iure belli, iure fortitudinis suæ accepit eam in suam, qui ab ea nunquā auulsus est, qui nulla vi potuit ab ea separari. Vnde beat⁹ Hieremias tempore passionis solum Ioannē contēplatur cū Maria dicēs Plorabit anima mea a facie superbiæ. s. Iudæorū insidiantiū Christo suo, quia capt⁹ (inquit) est grex Dñi nam metu capti apostoli fugerunt. Dum ergo Hieremias hoc defleret, audiuit Deū dicentē sibi. Dic regi, & dominatrici. Humiliamini, sedete, quoniā descēdet de capite vestro corona glorię vestræ. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytū tuum? Dñatrix est Maria, quia sic interpretat. Eius rex est Ioannes, quia interpretat gratia, quę semper Mariā rexit. His dicitur vt humilientur præ cōfusione, ac sedeant prę tristicia, quoniā corona eorū Christus descēdit a pristina fama, & pecus inclytū, s. apostolorū collegiū dispersum erat, rex solus. i. Ioannes permānsit in ciuitate Maria, ideo nunq; capta est, nec victa, sed perpetuo tradita regi suo Ioanni, qui eā extunc iure fortitudinis suæ accepit in suā, de qua vt amplius innotescat, sequit in textu. Cui nomē Nazareth, hoc est nomen ciuitatis sancti Ioannis: & satis cōsonū sibi & nobis, quia Nazareth interp̄tatur separata. Grāde archanū fratres mei, grādis clemētia, ingens misericordia: dixim⁹ namq; vti homines probi huius vrbis ciuilitate decorati possint insignes fieri, & ad

Treno. 1. a. iure belli Ioānes habet Mariā.

Hiere. 13. c

ciuitas refugij est Maria

Textus.

summum

ſummũ deuenire honorẽ per manus beati Ioannis, cuius eſt vrbs, nunc autẽ eadẽ ciuitas peccatoribus ſeparatur. Nouit charitas veſtra (ſcientibus em̃ legẽ loquor) qualiter Deus pater miſericordiarũ iuſſerat vrbes ſeparari, vt eſſent in aſilum ac refugiũ peccarum, ad eas cõfugere volentiũ. Et vt peccatores alliceret ad veniã Deus, matrẽ ſuam fecit primã ciuitatem refugij: vnde ait Dñs. Separate vrbes fugitiuorũ, de quibus locutus ſum ad vos per manũ Moſi, vt confugiat ad eas, quicunq; animã percuſſerit neſcius, & poſſet euadere iram. Et ſequitur. Decreueruntq; cædes in Galilęa mõtis Neptali, & Sichẽ in mõte Effraim, & Ebron in mõte Iuda, Ecce quo modo prima eſt cædes in Galilęa. Cędes autẽ interpretatur ſanctitas, In Galilęę prouincia nulla maior ſanctitas eſt q̃ Marię, cui dicitur. Quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius Dei. Ciuitas autẽ ſeparata debuit habere itinera expedita, & munda vt fugientes citius cõuolarẽt ad eam: vnde ait Deus, Tres ciuitates ſeparabis tibi in medio terræ, quã Dominꝰ Deus tuus dabit tibi in poſſeſſionẽ, ſternens diligẽter viam. Et ſequitur. Hic reus ad vnã ſupradictarũ vrbium cõfugiet, & viuet. Spiritu Dei ducti homines illi ſancti, primã ciuitatẽ refugij decreuerunt matrem Dei, qui vt oſtenderet beneplacitũ ſuũ, voluit ſternere viam vrbis huius, vt ad hanc frequẽtius ac citius pergant ignorãtes peccatores, qui paſſim animam ſuã percutiunt. Sed queritis vos qualiter ſternit viam, potuit ne Deus planiorẽ facere iſtiꝰ ciuitatis viam, q̃ eam gratiæ tradendo? Ioannes interpretatur gratia, huic traditur ciuitas refugij, per illud. Ecce mater tua. Securꝰ ergo quiſq; peccator de gratia currat ad ciuitatẽ hãc, quæ tradita eſt gratiæ Dei, ne aliud q̃ gratia regnet in ea. Dũ ergo gratiæ Dei dicitur, ecce mater tua, omnes intelligant, q̃ ciuitas refugij ſit mater gratię, mater miſericordię ne quis

Ioſu. 20. a.

Deut. 19. a.

deinceps

deinceps sit anceps de venia. Per gratiã Dei tanquã per viam oportet vos ire ad ciuitatẽ refugij, quoniã per Ioannẽ itur ad Mariã, ad quã per gratiã & pro gratia pergimus. Ecce igitur quare dixi vobis apte ciuitatem hanc vocari Nazareth quę interpretatur separata. s. nobis ad obtinendã veniã, si per viã planam. i. per gratiã Ioannis ad ipsam pergimus, quia ei dicitur, ecce mater tua, vt. s. eã possis cui volueris
Eccl. 26. c conferre tanquã tuam. O fœlicẽ apostolũ cui gratia super gratiã datur in hac muliere sancta & pudorata. Magnũ quid vt homini prio detur terrestris paradisus, sed maius est vt Ioãni detur hæc ciuitas quoniam alteri tradebatur: vt custodiret illũ, Maria vero dat Ioanni, vt eũ custodiat, quia mulier circunde dit virũ. Quid amplius potuit ei conferre Deus, q̃m
Maria omnib9 datur matrem suam? sed forte dices. Quibus non præstat Christus matrẽ suam? nõ accepit matrẽ filius Dei, nisi vt eam õnibus cõferret in signũ clementiæ. Verum est, attamẽ varius est dandi modus, Ioanni datur tanquã mater honorificata, ecce (inquit) mat̃ tua satis est vt alijs sanctis dicat, ecce mater mea. Hoc dixit Christus Ioanni, quãdo adduxit eam ad nuptias vt curam rerũ gereret. Sed iam altiori modo ait, ecce mater tua. Sit tua sicut est mea. Ecce mater mea, sit & mater tua, quid plura? Sępe multi querũt quis in donis acceptis veniat præferẽdus, vel Ioãnes Petro, vel Petrus Ioanni: alteri datur ecclesia, alteri vero Maria. Ista duo accepit Christus a patre, & ea dedit Petro & Ioãni, qui propterea nimiũ se diligebãt Quis autẽ sit maior in donis, Petrus Damian9 exponit dicẽs. Cõmisit Dñs Petro claues ecclesiæ, & voluit beato Ioãni custodiã delegare Marię, vtraq; mater mater Maria, mat̃ ecclesia, sed Maria mat̃ Christi, ecclesia mater christianorũ, de Maria Chrus carnem suscepit, & ecclesiã de latere suo produxit, ex ista prodijt secundũ carnem natus, illam, ptulit carne
Ioan. quis maior sit i donis Petrus an Ioãnes.

ne iam mortuus, ex ista voluit nasci, pro ista dignatus est mori, ex vna semel natus est in persona sua: ex altera nascuntur quotidie mēbra sua: magna, & fœlix mater Maria ex cuius visceribus caro Christi assumpta est ex qua rursus per aquā, & sanguinem profluxit ecclesia: hoc itaq; modo, & ex Maria videtur ecclesia prodiisse vtraq; tamē mater & virgo Harum duarū matrum virginē alteram Ioanni: alteram Petro voluit cōmendare, vt perpenso vtriusq; ponderis mysterij excellentiū meritorum dignitas in duobus cœli senatoribus videatur æquari. Dixit Dñs Petro, tibi dabo claues regni cœlorū. Nunquid Maria cœlū non fuit in cuius vtero tota diuinitatis plenitudo nouē mensibus remansit, cuius clauicularium Ioannē Dñs fecit. Et ideo sequit in euangelio nostro. Ad virginē desponsatā viro. Si despōsata erat viro, quid opus fuit eam alteri commendari, nunquid ille qui apud Aegyptū cum ea māsit, nō poterat societatē peragere: absit, profundius hic aduerte q; vt notat Cyprianus viuente Ioseph voluit Christus diuortium celebrari, vt sic liquide valeret cōiectari, q; velut in extremis agens veritatē fatet, sic Dñs Iesus vt ostenderet se nō fuisse filiū Ioseph: separauit ab eo matrē suam, vt caderet humana suspitio, qua adhuc. 30. annorū existens dicebatur filius Ioseph, nunc autē Christo moriente quando vera fides dicit, vere filius Dei erat iste, propalatur mysterium, & Maria separatur a Ioseph, & traditur Ioanni. i. gratia Dei, quia per gratiā concepit verbū Dei & non per vsum matrimonij. Ergo merito Ioānes mittitur ad virginē desponsatā viro: vt sic remoueretur ab illo, quæ nunq̄ viro se subiecit, ideoq; Ioānes tanquā filius mittitur ad eam non tanq̄ sponsus ideoq; nomen virginis Maria, quæ interpretat̄ domina, nunq̄ plane subdita viro, sed sibi dominans: & filijs suis. Huic summo mane resurrectionis (qa

Textus.

præcucurrit ad monumentū: & nouit Christū suscitatum) reuersus Ioānes, ad ꝟginē dixit. Aue gratia plena Dñs tecū: bñdicta tu in mulierib⁹. Iam cares væ passionis, iam es plena gratia suscitati pignoris, quia Dñs tecū. Benedicta tu inter mulieres quæ mane venerunt ad monumentum quia citius eis Dñm gloriæ vidisti. Nō oportet fratres ampli⁹ loqui: nā omne secretū matris filio Ioāni reuelatur, quia filio amato nullū latet secretū: sicut vnigenitus Dei teste Ioanne: est in sinu patris, sic ipse nō solum est in sinu Chr̄i sed in sinu matris, quia ōnia eius intima nouit, cum quo & nos oportet scrutari sacrā paginam vbi plenius eius narrantur pręconia: o igitur mi Ioānes quia tu es.

Aquila quæ nobis medullā cedri attulisti: nudū verbum de monte lybano deitatis.

Beniamin tenere dilectus a patre: amantissim⁹ Dñi qui inter humeros eius requieuisti

Ceruical meli⁹ habuisti q̄ seraphin, super quos volasti ad ipsum verbū nudum

Dormisti vt alter Adā soporatus Christi sanguine: vt sic maiora cerneres q̄ ille in paradiso

Ezechias es tu: sepultus in pace sine sanguine sine tedio: nec dolore.

præconia Ioannis alphabeto disposita

Filio Dei speciæ magis similis in fornace amoris visus quartus euāgelista, & quarto loco vocat⁹ Apl̄us

Gratiarū plena est facies tua, vt facies assueri, quia nomine & re gratiosus es.

Helia fœlicior, quia sicut & ille (vt aiunt) adhuc integer viuis meliori vita potitus

Ioseph castus es tu: quia sicut & ille curā sepeliendi patrem habuisti claudens oculos Christi.

Luminosior sole, quia sol euāgelij vocaris a beato Dionysio qui occasum nescis: & hæreses occidisti.

Moyses tu es: ab aquis assumptus Cana Galilææ: quia obediēs matri synagogę nubere volebas apud

aquas de

aquas deliciarū: sed ecclesia te assumpsit: vinum sapientiæ tibi præstitura.
Niue candidior vt nazaræus Christi: quoniā virginitate purissima emicas
Ouis Nathan es tu: de calice Christi tui bibens: ac de pane suo in cœna comedens: eratq; illi sicut filia in sinu eius dormiens.
Petrę Christo capiti tuo supposito innixus recubas vt Iacob dormiens ad crucis scalas videndas
Quis est iste: qui venit de mōte caluario: tinctis vestibus sanguine redēptoris?
Regno & tribulatione particeps, vt ipse in Apoca. dixit, qui sinistrā regni petierat & obtinuit.
Solus inter apostolos potuit bibere calicē passionis quem bibit Dñs eius: cui socius fuit.
Tuba Dei ad septē ecclesias quę sunt in Asia, & in toto mundo resonans terribili imbuta spiritu
Virginis matris filius quia ȳgo virgini sociatur, et volatilia cōuolant ad similia sibi,
Xpi frater vterinꝰ: vti fuerunt Beniamin et Ioseph
Zelo magno adamatꝰ a Christo, ac præ cæteris magis dilectus. Quid o beate Ioannes de te referam cū ineffabilis sit modus filiationis tuæ etiā Mariæ quæ te suum fatebatur filiū, & modū admirabatur? fac ergo nos filios Dei: nunc per gratiā & in posterum per gloriā quā mihi & vobis præstet Iesus Amen.

¶ De sanctis innocentibus.

Missus est angelus Gabriel. Lucæ. i. c.

¶ Inuocatio ad pacem habendam.

LEgitur in historia Thobiæ: q̄ cū vxor eius vi ctum quærens labore anxio (manibus enim laborabat: vt viueret) hædum accepisset: ac detulisset in domū suam: dixit ei vir suus. Videte ne forte furtiuus sit. Reddite eū dominis suis, quia nō licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata respondit. Manifeste fa- Thobi. 2. c

cta est vana spes tua. Ille autē non reddens maledictum pro maledicto: cōuersus ad Dñm & ad angelos eius dixit. Et nunc Dñe præcipe in pace recipi spiritum meū. Super hoc ait glo. inter. Angelis præcipe: vt in sinu, & quiete Abrahæ, cuius est pater sicut & fidei, me collocent. Vrgentibus Aegyptijs filij Israel clamant ad Dñm. In his ergo & nos docemur, vt quando tribulationibus affligimur, cōuertamur ad Dñm. Vt autē profundius hoc intelligat: aduerte q̄ in nobis ipsis & est Thobias, & vxor eius insolens, nā Thobias interpretatur bonitas Domini: & est ratio quę semper deprecatur ad optima Secundū August. super Gene. fœmina est sensualitas: quæ circa victū & sensibilia ỹ satur: sicut Anna circa opus textrinū ad habendū victum. Hæc autē quia vaga est, frequēter deficit, nisi a ratione tanq̄ a marito corrigatur, mulieri nam q̄ dicitur. Sub viri potestate eris, ipse dominabitur tui. Ecce quom ō ei dicitur, vt se subiectā præbeat, & viro vt ei dominetur. Ratio ergo tenetur sensualitati dominari, & sensualitas subijci debet: ideoq̄ oportet inquirere: ne forte circa sensualitatis opus, aliquod inconueniens cōtingat. Dum ergo vel specie mali sentis, cum Thobia dic. Videte ne furtiuū sit. Hic aduerte q̄ sēsuales motus dicuntur fures: iuxta illud Esa. Principes tui infideles socij furū. Principes autē sunt aniæ vires, qui quando vel arrident primis motibus fiūt socij furū, pari pœna plectendi, quod ratio timens dicat. Videte ne furtiuū sit. Vitia quidē potius pertinent ad animalia q̄ ad nos homines, ideo væ illis qui æquantur iumentis insipientibus, quia furto arguendi veniunt. Dū ergo in tuo sensu aliquid mali persenseris dic. Videte ne furtiuū sit. Nostra autem sensualitas sicut vxor Thobiæ rebellis est lumini rationis cui aduersatur: sicut litigiosa mulier viro suo. Cū autē non valuerimus eā subijcere, nec supprime

re, nihil

Thobi. 3. b. Tribulationes ad christum agit.

Genesi. 3. c.

Fures sunt sensus nri.

re, nil aliud remanet nobis: nisi vt cū bono Thobia oremus Deū dicentes. Nunc Dñe præcipe in pace recipi spiritū meum. Præcipe angelis tuis, vt eorū ministerio fiat pax in carne mea: quoniā a facie peccatorum meorū, non est pax in ossibus meis: & sic spiritus meus in seditione est. Vt autē hanc pacē obtinere valeamus & præsenti sermone gratiā ad pacatissimā virginē euntes, ei deferamus Aue Maria.

¶ Argumentum de fuga Domini.

BEatissimus Gabriel in mysterio incarnationis apprime eruditus tanq̄ magni cōsilij angel⁹, temporia assignato voluit mortē redemptoris seruari: nouerat quippe quando expediebat eū mori, & quando non. Diligebat quippe archangelus mortē saluatoris, quā ei persuasit in horto, desiderans vt se morti libenter traderet spiritu fortem, nunc autem videns paruulū, quem nō expediebat de vtero esse translatum ad tumulū, voluit subuenire perditioni Herodis, & Ioseph cōsulere vt fugeret. Nec em̄ fuga est bona est a fortitudine aliena, nā sanctus Dauid vt sibi daretur copia fugiendi, fortiter ac prudenter stultitiam finxit corā tyranno rege, quod nō minoris fortitudinis fuit, q̄ victoria Goliath, Si fuga non esset bona, minime Deus fugacibus faueret, eisq̄ in euāgelio nō cōsuleret, q̄ persecuti apud vnā ciuitatē ad aliam cōfugerent In lege antiqua sex ciuitates iussit Deus separari in medio terræ promissionis, vt facilius possent afflicti cōfugere ad vnā illarum, sed qa in lege noua persecutio magis debuit abūdare, ciuitates non separat, sed generaliter vult, vt persecut⁹ in vna ciuitate posset ad aliā cōfugere quod ipse Dominus dū infans erat laboriosus effecit, dū etiam p̄ angelum monuit pedagogū suum Ioseph ad fugiēdum de quo ait thema. Missus est ange. Gabri. s. vt Ioseph hortaret ad fugā. In priori sermonis parte agā de fuga Chri in posteriori vero de fuga nostra.

Diuisio

Pria pars.

cū fuga est aliquando fortitudo. Seneca.

O beate archāgele quid hoc audio de te? redde rationē fortitudinis tuę. Si diceris, & es fortitudo Dei cur Ioseph hortaris ad fugā? Surge (inquit) tolle puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptū. Vbi est fortitudo tua? an ignoras q̄ fortitudo contēptrix timendorū est? nō est virile terga fortunæ dare, quia fortuna fortes metuit, & ignauos premit. Quēadmodū em̄ hostis est pernicios̄ior fugiētibus, sic omne fortuitū incommodū magis instat cedenti q̄ aduerso. Et alter Sapiens sapiētissime dixit. Fortiter se gerere in aduersis casibus, quid aliud est, q̄ sæuientē fortunā in adiutoriū sui, pudore victam cōuertere? Quid ergo fugis? Vt ergo hanc fugā intelligas, aduerte prius illud, quod ait Hieronym⁹ de āges. in suis moralibus. Fortitudinis bellicæ sex sunt actus. s. aggredi, fugere, expectare, cūctari, iferre ictus, eos sustinere gratia propulsandæ iniuriæ. Ecce quom ō actus fortitudinis, est fuga circūspecta: quapropter ait Seneca. Fortitudo non est inconsulta temeritas, nec periculorū amor, nec formidabiliū appetitus, sed est scientia distinguēdi quid sit malū, & quid nō sit. Diligētissima est in tutelis fortitudo, & paciētissima est eorum, in quibus falsa species malorū est. Ecce igitur quom ō fuga nō est a fortitudine aliena, siquidem vt ait Cato, quēadmodū suo loco stulticiā simulare, summa prudentia est, sic debito loco fugā inire, summa est fortitudo. Sed quia in actibus Christi vilioribus maiora latent mysteria, queram⁹ ab angelo cōsiliario, cur fugam parat, cū plurib⁹ alijs modis puer saluari posset? Sicut em̄ Moysi paruulo aquis iam exposito, nō defuit diuinū auxiliū, sic profecto nō defuisset infanti Iesu, etiā si vt alter morti exponeretur, pro quo in eadē ciuitate qua natus est, nutriendo, mouit Deus filiā Pharaonis, qui eum liberauit a sæua sententia, quā rex pater suus dederat in infātes. Arbitror equidē q̄ & si rex Herodes manu pro

nu propria infãtes necaret, Ieſus adhuc euaderet, ali qua occaſione diuinitus pręparata, verũtamẽ Gabri el hortatur fugam: tolle (inquit) puerũ & matrem eius, & fuge in Aegyptũ. Sed audite rationes, quibus noſter Gabriel docet fugã. Prima propter Hieruſalẽ & propter maliciã inhabitantiũ in ea. Væ tibi Hieruſalẽ, deterior Aegypto, quia illic derelicto Moyſi nõ defuit protectio, & in te nec vnus fidelis inuentus eſt, qui cũ regibus ad Chriſtũ adorandũ veniret. Propter hoc nec Aegyptus nec Zodoma ſunt ita damnãdæ ſicut Hieruſalẽ, quia in illis ſaltem tres boni reperti ſunt, hic aũt nullus. Ideoq; Maria & Ioſeph & Ieſus, quos videbaẽ habere, aufert angelus ab eis: nec iam Michael priceps ſynagogæ reſiſtit, quia nouit iuſticiã Dei hoc velle. Vnde ſi fuiſſet pro Iudaico populo angelus loquẽs, non prodeſſet quicquã. Sc̃do fugam monuit, quia poſtquã vidit Deũ hominẽ fieri, oportuit cõſequẽter, vt quæ hominis ſunt ſentiret. Hoc mediũ euadendi elegit tã quã humanũ. Nec dedignatur Chriſtus priſcorũ veſtigia ſequi, ſic Iacob, ſic Helias, ſic & Moyſes liberati ſunt, qui paternas domos relinquẽtes, apud extraneos patrociniũ inuenerũt. Tercio fugit, vt peiꝰ feriat: vnde abſente Chriſto percuſſa eſt Hieruſalem plaga magna in ſuos innocẽtes illata, ob peccata patrum, qui nõ cognouerũt tẽpus viſitationis ſuæ. Immo & ipſe Herodes ỹga iuſticiæ Dei, a ỹmnibus corroſus obĵt: quoniã decreuit iuſticia, vt a paruis aniãlibus cruciatus interiret, qui paruulos innocentes necauerat. Quarto fugit, vt maiori negocio ſeruet puerum: nec eñ qui natus eſt ad maiora debet ſtatĩ ſuffocari: nam iſte qui modo eſt paruulus, erit poſtea in gentẽ fortiſſimã. A viris malis Sara liberaẽ, vt viro ſancto traderetur. Quinto fugit angelus cũ infante, vt poſtea rediẽs glorioſius vincat victores ſuos, redibit enim ad ſecuros nihil mali ſuſpicãtes. Sexto fu

cur Chriſtus fugit.

Ioh. 33. c.

 git Chri

git Christus, vt experimentū sumat, nam ex his q̄ passus est referente Paulo didicit. O scientiā tribulationum, quam & si nos fugimus filius Dei didicit. Septio fugit Christus, ne tantū malū fiat, deteri⁹ enim esset si maneret quia deteriora cōtingerēt, quæ nos ignoram⁹. Octauo ne cognoscat, quia Iesus noluit ab Herode cognosci sed eū illudere quē et magi illuserūt. Nono fugit vt doceret licitā esse fugā, nec culpādos esse qui fugiūt sed qui causant fugā seruoꝝ Dei. Decio vt locū daret iræ diabolicæ: q̄ meli⁹ curatur dū efferbuit. Vndecimo vt nos doceat fugere conuersationē malorū, ne inquinemur ab eis. Nam laudatur Christus ꝓpterea q̄ fuit segregatus a peccatoribus. Quærebat Ioānes Baptista, quisnā doceret homines fugere a ventura ira, quis tam bonam doctrinā posset mūdo afferre, huic ego respōdeo q̄ puer Iesus hāc doctrinā docet nos, quia nisi sicut parvulus iste fugeris caterua malorū: minime ab inferno declinabis. Ergo fugite de medio Babylonis, q̄ vultis irā futuram fugere cū Lazaro mendico, qui eam declinauit delatus ab angelis in sinū Abrahę diuite purpurato in inferno sepulto. Quis vobis fratres eloqui valet: quanta mala euenerūt eis, qui fugere noluerūt? vtinam beatus Petrus: vt cœperat. fugeret nec itraret in atriū sūmi sacerdotis q̄m prius firm⁹ erat. Nā vt ait glo. sup illud, nud⁹ profugit ab eis ille iuuenis & si fugit a malis nō fugit a chro, sed in eius amore mansit, & sic apostoli præter Petrū, qui iterū ad conuentū malignantiū rediens Christū negauit. Et patriarcha ipse Abrahā: dum erat inter Caldęos, nō legitur a Dño visitatus: sed postquam egressus est, Dns ei pluries apparuit. Dū Iacob malum fratrē fugeret Dns eū sępe confortauit, ipse aūt rediens noluit cū prauo ambulare fratre licet muneribus placasset eū. Nec solum ō impiū hominē debem⁹ fugere, sed etiā domū ei⁹, & etiā quicquid ad eū pertinet, vnde Moyses dixit ad filios Israel. Recedite a ta

cur debes fugere

Hieremiæ

Matt. 26. e

Marci. 14.

Genesis. 33

dite a tabernaculis hominũ impiorũ & nolite tãgere quæ ad eos pertinent, ne inuolnamini peccatis eorum. Si autẽ scire cupitis, quæ mala ex mala sequantur societate audite Dñm dicentẽ. Præcipe filijs Israel intrantes terrã Chanaan, disperdite cũctos habitatores eius. Si autem nolueritis erũt vobis quasi claui in oculis, & quasi lanceæ in lateribus. Nil atrocius dici potuit: vt nos irritaremur ad fugã, quę sextuplex est prima cautelæ, qua vsus est beatus Paulꝰ quando submissus in sporta euasit manus præpositi gentis Arethę regis in nomine Dñi. altera dicitur ĩmundiciæ, qua vsus est Loth, ne coinquinaretur in Sodomis, inter quos viuẽs erat sicut liliũ inter spinas: verũ compulsus ab angelis exire fugit in montem. Fuga tertia dicit̃ prouidentiæ: qua vsus est Helias: ĩmo & Ioãnes Baptista, qui ne saltẽ Leui maculare vitã famine posset, in hæremũ fugit. Quarta est pœnitentiæ qua vsus est Ezechias vt fugeret irã Dei, quãobrem audiuit. Ecce adiecit Dñs vitæ tuæ. 15. annos. Quinta est fuga sœculi: de qua vnũ fecit librum beatus Ambrosius, hac vtuntur viri religiosi de qua intellige illud. Fugite fornicationẽ similiter & auariciã: & superbiã: quas per tria vota religionis euades. Sexta est fuga contemplationis, qua vti cupiebat ille qui dixit. Quis dabit mihi pennas vt columbæ & volabo, & requiescã? septima & vltĩa & etiam optima est fuga tuijpsius, nã quia inimici hominis domestici eius, oportet eũ prius fugere seipsum: vt ille qui manens inter plures dicebat. Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine, sed quia sine se nõ poterat perdurare, adiecit. Expectabam eũ qui saluũ me fa. a pu. spiritus & te. quoniã magnifico spiritu opus est: vt quis fugiat seipsum, ascendat q; in montana super se cũ festinatione vbi supra mũdana cõuersatione degens, cũ Maria dicat. Magnificat anima &c̃. angelicum præsidium nos obtinere

Nume. 16.

Num. 33. d.

Sextuplex fuga.

Psalm.

oportet

oportet si prædictis fugis vti volumus nã & reges magos in fugã optimam cõuertet Gabriel, quando in somnijs apparebit eis, ne redeant ad Herodẽ, sed per aliam viã fugiant in regionẽ suam. Et ergo quia hæc fuga deberet incipi a principio, anteq; malicia, permutaret intellectũ nostrum, ideo Gabriel puerũ Iesum agit in fugã, vt vincat quia solũ qui fugiunt: victores efficiuntur nã & fugaces seipsos vincunt: Iesus ergo fugit vt sic nos doceat, q; vix mundũ ingressi deberemus eũ fugere, vt fecit Christus & innocentes & Ioannes Baptista, & illi qui portarunt iugum sanctitatis ab adolescentia sua. Duodecima ratio qua Christus fugit est, vt adimpleret patris
Cantic. 8. a præceptũ dicentis ei. Fuge dilecte mi, assimilare capreæ: hinnulo q; ceruorũ super montes aromatum. Capræa est animal fugacissimũ: quod semper fere mollitur fugã & sic Dñs Iesus profugus in hoc sæculo fuit, per totã vitam suã segregatus a peccatoribus excelsior cœlis. Et quia fuga hæc ab infantia debuit inicium sumere cõparatur hynnulo ceruorũ, qui
fugę Christi figura vix natus incipit tamen fugere, quia nisi fugiat viuere non poterit. Mõtes aromatũ super quos fugit diuinus infans sunt humeri Ioseph & Mariæ, qui præ deuotione aromatizant, præsertim dũ onusti Iesu,
1. Regum. 21. & 22 cuius baiuli erant pergunt viã Aegypti. Hæc fuga Dñi figuratur in regis Dauid, qui cum esset vnctus in regẽ nec obtinuisset regnũ fugit persecutionẽ regis Saul, & abijt ad Achis regẽ Geth, quẽ cum cognouissent seruꝰ regis dixerunt. Nunquid non iste est Dauid rex terrę? nonne huic cãtabant per choros dicentes. Percussit Saul mille: & Dauid decẽ milia? cum autẽ perpendisset Dauid, q; eius strennuitatẽ scirent serui regis timuit valde a facie regis Achis et mutauit os suum corã eis: & collabebatur inter manus eorũ, & impingebat in ostia portæ, defluebant q; saliuæ eius in barbã. Stultus reputatus abijt inde

ac fugit

ac fugit in ſpeluncā odollam. Quod cū audiſſent fratres eius, & ōnis domus patris eius cōuenerunt ad eum illuc. Dauid eſt Dñs Ieſus quia natus in Bethlehem, & vnctus in regē ſicut & ille. Et eſt manu fortis alioquin Herodes nō timeret eū. Hic primo ſenſit in regno ſuo perſecutionē & vt eā declinaret fugit ad extraneū. Filius Dei exiſtens in cœlo ſenſit perſecutionē Luciferi, qui eſt rex ſuper ōnes filios ſuperbiæ, quā timens mēbris ſuis fugit, & venit ad Herodem qui eſt rex Geth cuiuſdā. ſ. ciuitatis ſic vocatæ & interpretatur torcular, nā tortos in cruce tā quam maledictos dæmon applicabat ſibi, donec ad torcular venit Chriſtus qui ait. Torcular calcaui ſolus. q. d. nolui vt aliquis iam ibi deinceps pateretur quia ſolus ego ſufficio ad regē torcularis vincendū. Nunc ſane Chriſtus timuit regē torcularis. i. dęmonem in Herode ſęuientē. Timuit Chriſtus vitę ſuæ quia nondū venerat hora eius, quam torculari mori decreuerat & nō in lacte mris ſuę. Rex ergo Geth eſt Herodes cuius ſerui qui ſunt Satrape Hieruſalē, per ſcripturas ſacras nouerant verū Dauid Chriſtū nam reges magi venerant per quos fiunt ſapientiores tandē dicunt. Nunquid nō iſte eſt Dauid rex terræ? verum. Nōne huic cantabant per choros dicentes. Percuſſit Saul mille, & Dauid decē milia? in his duabus veris interrogationib⁹ notatur humanitas, ac diuinitas ſaluatoris. Per priorē eſt rex terræ: per poſteriorē vero etiā in choris āgelorū canit de eo q̄ eſt Lucifero fortior. Hæ duæ. ſ. diuinitas & humanitas inſonuerāt auribus ſeruorū regis per prophetiam illā, & tu Bethlehē terra Iuda nequaq̄ minima es &c. quære expoſitionē, in ſanctuario noſtro biblico. Cū ergo magnalia Chriſti per rumorē prophetiæ nota eſſent apud inimicos ſuos ſeruos Herodis ipſe arripuit fugā qualem Dauid. Mutauit enim os ſuum corā eis, hic profunde aduerte q̄ in ſcriptu-

Torcular eſt crux

ris ſacris

os Dei est prophetia.

ris sacris os Dñi vocatur prophetia, ibi os Dñi locutum est. Et ibi, os meū non interrogastis. Istud os mutauit Christus a loco suo. i. a Iudæis, quando fecit, vt prophetia per eos prolata deseruiret magis: qui regē terræ Christū crediderunt, nā fideliter credentes dicunt. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? .i. credentiū saluandorū. Mutauit ergo Christus os suum. i. prophetiā suam corā Iudæis, quia palam et aperte fecit illā probationē ipsis assentientib⁹ ei. Tamen collabebatur inter manus eorū, quando & reges elapsi sunt inter manus eorū, & Christus quando fugit in Aegyptū quos tamē præmanib⁹ habuerunt. Manus etiā eorum armatas cōtra innocentes euasit Christus, & modus subiungitur cū dicit. Impingebat in hostia portæ. Nocte apparet angel⁹, nocte inierunt fugā quando infans suaui somno tenebatur: ideoq; necesse fuit impingere ac detineri, & cunctari expectantes aliquā lucē, & infantis quietē nec em̄ licebat maturius solito eū excitare, nisi quia monitio angeli vrgebat. O Dñe Iesu quia frustra dicitur de matre tua, quæ te fouet in sinu suo. Adiuro vos filiæ Hierusalē per capreas, ceruosq; cāporum ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectā: donec ipsa velit. Nunc autē velit nolit, Ioseph dicitur medię noctis silentio. Surge accipe puerū & matrem eius & fuge in Aegyptū. O Dñe mi Iesu quia teneritudo tua cunctatur & impingebat in ostia portæ tanquam nolens exire timebat em̄ naturaliter vię labo-

Maria Ægyptum fugit Cantic. 3. b

rem, de quo vbi supra mirantur angeli dicentes de Maria. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut ℣gula fumi &c̄. virgula fumi est afflictio viæ, tamen statim de societate Mariæ sequitur. En lectulū Salomonis &c̄. nā & Maria est ferculū quem fecit sibi rex Salomon propter laborē viæ, sed iste metus infantilis erat ideo sequitur Defluebantq; saliuæ eī⁹ in barbam. Puerilibus saliuis operit Deus barbam

fortem

fortem honoris sui, vnde glosa ordin. sic ait. Saliuæ fluunt per barbã, quom õ eñ in saliuis infirmitas sic virtus ostenditur in barba. Texit ergo virtutẽ suã corpore infirmitatis suæ, & quod foris infirmabatur tanꝯ saliua apparebat, intus diuina virtus tanꝯ barba latebat. Ecce igitur quõ per pueritiã suam filius Dei etiã in Bethlehẽ existens fugebat, & occultabat regiã celsitudinem suã & angelorum cõcentꝰ qui rem profunde nouerant. Ipse autẽ fugit realiter in speluncam odollã, quãdo abiit in Aegyptũ: nam odollam interpretatur testimoniũ, siue ornamentũ illis. In cuius expositione aduerte, ꝙ propterea nũc Aegyptus significat testimoniũ, quia sicut regia austri surget in iudicio contra Iudæã quæ Christũ prædicantẽ expreuit, sic Aegyptus exurget contra Hierusalem quæ noluit eius infantiã fouere, ac dicet cõtra eam. Iesus in propria venit, & sui eũ non receperunt. Fugit ergo Iesus non tamen frustra sed in ornamentũ illis. s. Aegyptijs, qui maxima digni sunt laude, propterea ꝙ nec dũ prædicantem sed infantem tacentẽ Iesum ãplectuntur de hac fuga & laude ac mirabilibus Aegypti, multa Esaias capite. 19. scripsit lege ibi textũ & glosam quia nimis facit ad hoc, non tamen solus iuit Iesus nec secrete (solũ eñ malos latebat eius fuga) quoniã ideo sequitur in p̃tacta figura. Quod cũ audissent fratres eius, & omnis domꝰ patris eius cõuenerũt ad eũ illuc. Fratres Christi sunt angeli quos nõ latuit eius fuga, ideo sequebantur eũ sicut Iacob quando fugebat persecutionem Esau, cui affuerunt angeli Dei. Christi domꝰ est Iudæa ex eo ꝙ ab ipsa suscepit carnem. Domus patris eius est prædestinatio sanctorum de qua ipse dixit. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Mansiones. i. gradus gloriæ diuersi. Domꝰ ergo patris Christi est Aegyptus, in quantũ prædestinata erat ad gloriã Christi. Hæc domus patris sui conue

domus patris est prædestinatio.

nit ad

nit ad Christum, quia vt ait Chrysostomus sup̄ hodiernum euangeliū, Aegyptus sensit aduentū Dñi, quando ydola corruerunt. Tunc sane veniebat Aegyptus ad Christū, quē non tanquā profugū, sed tanquā incedētem recepit ac velut pastorē propriū visitantem gregem suum. ¶ In posterio
Scda pars. ri parte videamus fugam nostram.

¶ Quia de fuga loqui semel cœpi, & fugā Dñi exposui libet etiā de nostra vobis aliquid proponere: sed quia secundū qualitatē delicti variatur fuga nūc exponam vel vnū delictū simile delicto Herodis.
Deut. 19.a Sunt em̄ apud nos aliqui Herodes innocentiū occisores, tamē licet eos fugere quoniā scriptū est. Tres ciuitates separabis tibi in medio terræ sternens diligenter viā. Qui percusserit proximū suum nesciens & qui heri, & nudius tertius nullū contra eū odiū habuisse cōprobatur, sed abīsse cū eo simpliciter in syluam ad ligna cedenda, & in succisione lignorum securis fugerit manū, ferrum q̄ lapsū de manubrio amicū eius percusserit & occiderit. Hic ad vnam supradictarū vrbium confugiet, & viuet, ne forsan proximus eius, cuius effusus est sanguis dolore stimulatus persequatur & apprehendat eum. Idcirco præcipio tibi vt tres ciuitates æqualis inter se spacij diuidas. Cū autē dilatauerit Dñs terminos tuos: ad
prælatꝰ est Herodis des tibi tres alias ciuitates fugitiuorū. Hic plura latent mysteria pro quibus aduerte q̄ Herodes interpretatur glorians in pellibus & est malus prælatus qui pelle dignitatis gloriatur, qua velit nolit spoliādus est, Et videbit se esse nudū: nisi postea conseruat sibi folia humani fauoris ad restaurandā vestē suam Sed videamus vel minimū delictū huius Herodis, quoniam magnum delictum & fere inexpiabile est quando ab heri & nudius tertius odiuit proximum suum, propterea q̄ in duabus retro actis electionibus non dedit ei votū. Non loquamur nunc de isto

delicto pes

delicto peſſimo quod Ioſeph ſenſerat, & eſt odium fraternū. ſ. quod geritur inter fratres. Væ tēporibus iſtis peſſimis a crimine iſto quod regnat in malis p̄latis qui velut Herodes etiā Chriſtum in fugā conuertunt. Nemo eſt ēm qui odiū prælati ferre queat, ideoq; oportet exilio vti. Taceo nunc & prætereo haud inconſulto illū: qui cauſa peſſimi prælati ſui paratus eſt etiā in hæreticos fugere, nā ſi hoc exul, & afflictus feceris ridebit ille qui ſe paſtorē dicebat, ac proloquetur dicens. Exitus acta probat. Ecce nunc videmus qualis erat ille, quē ego flagellaui, & puni ui. Bonus autē ſubditus & ſi afflictus: innocens tamen dicat prælato perſequenti, cū ſancto Dauid ſimilia patiente. Quid feci aut quod eſt malū in manu mea? Nunc ergo audi, oro verba mea. Si Dñs incitat te aduerſum me odoretur ſacrificiū, ſi autem filij̄ hominū maledicti ſunt in cōſpectu Dñi: quia eiecerunt me hodie, vt non habitē in hæreditate Dñi dicentes. Vade ſerui dīs alienis. Hoc ſane dicūt qui afflicto addunt afflictionē vt habitum, vel gremium charitatis dimittat. Fœlix ille qui oculum habet ad Chriſtū dicentem. Si me perſecuti ſunt perſequētur & vos. Prælati autē dicunt ſe nō eſſe Herodes, quia bona intentione caſtigant nō ſicut Herodes ſed tanquam patres. Q̄uis patres ſint adhuc peccant, quoniam propterea dictū eſt. Qui percuſſerit proximū ſuum neſciens, nec aduerſus eū odium habuerat. Ecce iam odio depoſito, & ſana pace ad correctionem procedamus de qua ſequitur. Abīſſe cū eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cedenda. Simpliciter (inquit) quia nō callide, aut crudeliter debet fieri correctio, alioquin impoſtor fiet prælatus corrigens. Cū ſubdito debes ire ſi eū vis corrigere. Ire cum eo eſt eius cōmodum, & profectū reſpicere, & conditionem plus proficit vnū verbum apud ſapientē, q̄ centū plagæ apud ſtultū. Non minori ſtudio exploranda eſſet cō

1. Reg. 26 c

correctio fraterna qualis

esset complexio corrigẽdorũ q̃ infirmorũ, alioquĩ vt Herodes plures innocentes interficies Dicitur ergo abijsse cũ proximo simpliciter in syluã ad ligna cedenda. vbi aduerte per syluã (secundũ Gregoriũ) quæ est latibuliũ færarum significari peccata vel peccatores in quibus est habitatio dæmonũ quia peccatori dicitur. Scio vbi habitas vbi sedes est Sathanæ Habitat peccator inter peccata sua, & ibi sedes est diaboli. Ille igitur simpliciter cũ amico vadit ad ligna scindenda: qui pia intentione proximum corrigit circa syluã peccatorum suorũ. Sed ferrũ securis manum eius fugit, quando ad correctionẽ indiscretam prorũpit, & tunc ferro proximũ occidit, quando ex tali correctione imoderata proximus nouũ peccatũ incurrit, quod potest cõtingere dupliciter. Primo si proximus ad suscipiendã correctionẽ non sit dispositus vt quia adhuc est in passione, vel ignorantia, & tunc correctionẽ non recipit, sed pertinax peccatum defendit, quod est deterius iuxta id. Quasi peccatum arriolandi est repugnare, & quasi scœlus idolatriæ, nolle acquiescere. Alio modo cõtingit ex parte corripientis, qui zelo indiscreto nimis aspere corripit, peccatũ nimis aggrauando, & sic peccator labitur in desperationẽ, sicut dicitur in collationibus patrũ, de quodã sene qui iuuene quærente ab eo consilium super carnis tentationẽ sic ei passionẽ aggrauare cœpit, q̃ ille desperans ad sœculũ redire decreuit. Sed alius senex mansuete corripiens & cõfortans eũ reduxit secundũ illud. Superueniet mãsuetudo & corripiemur. Grego. autẽ in glo. ordi. sic ait. Ad syluã cum amico imus, quotiens cũ proximo ad discutiẽda delicta cõuertimur, Simpliciter ligna succidim? cum delinquentiũ vicia pia intentione resecam?. Securis manũ fugit cũ correctio in asperitatẽ sese protrahit. Ferrũ de manubrio prosilit, cũ de correctione sermo durior excedit, Amicũ percutiens occidit, qui audito

Apoca. 2d

1. Re. 15. e.

Psal. 89. c.

qui auditorē ſuum prolata cōtumelia, a ſpū dilectio
nis interficit, correcti em̄ mens inde ad odiū proruit
vnde accendi ad amorē debuiſſet. Ecce igitur quō
indiſcretus corrector extinguit proximū tamē time
re debet ne forſitā proximus eius cuiꝰ effuſus eſt ſan
guis dolore ſtimulatꝰ perſequat & apprehendat eū
O Domine Ieſu proxime noſter, quāto dolore ſti
mularis videns ſeruū plus ęquo affligi, & cruciari.
Si Chriſtꝰ qui per cognationē carnis, & amorē mē
tis proximus noſter eſt, vult perſequi prælatū, qui
plus ęquo puniuit fratrē ſuū, quāto diligētius perſe
quetur eū, qui innocentē vexat? Et quāto atrociꝰ eū
perſequetur, qui fratrem ob inuidiā, aut quia ei in fa
ciem licite reſtitit, tribulare nō ceſſat? an arbitraris,
qꝺ Chrriſtus nō perſequet perſequentē mēbra ſua,
cū etiā Paulus deficiens dixerit, Cur me perſeque
ris? quia modo ſe habet Chriſtus vt tēpore innocē
tium, quādo tacuit impio Herode cōculcāte paruu
los, putāt tyranni ſibi licere quoſcūqꝫ odio proſequi
& ita punire peccatores, vt irā potius qꝫ pœnitētiā
operētur in eis. Sicut erge medicus qui curādi gra
tia caret, dū viderit per opē ſuā deterius ſe infirmos
gerere, tenet cedere officio, ne animæ detrimentum
incurrat: ſic prælatus qui corrigendi & præſidendi
gratia caret, tenet reſignare officio: alioquin Chrūs
vt dictū eſt perſequetur eū, & eū ſaltem in alio ſœ
culo apprehēdet, vel in fine vitæ vt Herodē & ſol
uet ſanguine innocentē. Sed nec iſtud malū tantum
modo viget hodie: Sunt enim plures Herodes qui
fugare nō ceſſant Chriſtū & extinguere innocētes
eius. Superbi humiles qui ſunt innocētes trucidant.
Auari perſequunt pauperes quos rodere nō ceſſant
auferētes ab eis id quod vidētur habere. Luxurioſi
caſtos allicīūt perſequentes eos: ſicut Iſmael perſe
quebatur Yſaac. Iſta vero perſecutio erat ludus luxu
riæ ſcd'm originē: nā propterea ęgre tulit Rebacca

varij He
rodes

vt Iſmael

vt Ismael cū Ysaac luderet ac ꝑiecit eū expulitq; a domo. Irati pacientes trucidāt, bellicosi lacessunt imbeciles: verbosi taciturnos inuadūt: & immoderati modestos. Denicq; nulla est virtus quæ suo Herode careat: sicut vix inuenitur animal cōtrario carens Aemulus tuus Herodes tuus est: qui vitā tuā, ortū, genus, intentionē, verba, & exercitū explorat, & scisciatā a te rōnem aduersum te, vt armis tuis te deiciat. Tamē ne desperes, quoniā vix est qui dicat, perijt fuga a me: ipsi mōtes nolūt recipere fugā nostrā Vna salus victis est fuga, quę imminēte persecutione prælati etiā monacho licita est & sancta, immo ipsa fuga sępe est ꝑmotio ad bonū: vt patet in præsenti casu quia fuga Chri ꝑfuit Aegypto, vbi quiete nutritus est Christus. Deus aūt qui fugitiuis misericors est, pro quib⁹ e cœlo venit, loca dignat⁹ est ostēdere ad quæ ipse Herodes deberet fugere, qui si oculos haberet, in seipso reperiret ad fugā cogētem rōnem: sed gloriatur in pellibus quæ sunt exterius ideoq; interiorē cōscientiā minime inspicit alioquin fugeret. Ne quis cōqueraī q; ei deest refugiū voluit Deus sex ciuitates assignari fugitiuis in prędisidia quaten⁹ nō vna sed multiplici via pateret afflicto remediū, Vñ quia sex sunt mūdi ętates sexq; dieb⁹ formatus est mūdus, dū sex fiunt præsidia fugitiuorū ostēditur, q; omni tēpore adest peccātibus remedium. Sex ergo sunt ciuitates fugientibus assignatæ cades in mōte Nepthalim, Sichē in mōte Ephraim, Ebron in monte Iuda. Et trans iordanē Bosor in tribu Ruben Ramoth in tribu Gad Gaulon in tribu Manasse. Omnes iste vrbes cuicūq; homicidæ ignorāter peccanti patebant, ideoq; quāuis literaliter intelligendo parua hic videatur misericordia, propterea q; istę vrbes nō protegebant veros homicidas etiā si pœnituisset eos occidisse proximū, tamen spiritu aliter intelligendo cū omnis peccator homicida sit,

sex ciuitates fugitiuorum, Iosuę. 20. c

quoniam

qm̃ qui peccat occidit animā suā. Dū ergo tu peccas, dū minime resipiscis dū min⁹ pœnitet te peccasse verus homicida atq; fere deicida es cū Herode si āt pœnitētiā agere decernis iā non es ita homicida sed amisericordia Dei iudicaris homicida inuoluntarius nā vox misericordiæ est illa, quæ semper clamat. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Ecce quomodo veros homicidas ac deicidas reduxit ad inuolūtarios rōne ignorantiæ, quę causat inuolūtarium. Dū ergo peccas, si fugis a peccato, ipso facto patet remediū tibi, etiā si maliciose peccaueris quia pœnitentia & misericordia Dei omne peccatū reducunt ad ignorantiā: ex eo q̄ nullus est (nisi aliquis iā gloriosus in cœlo) qui sciat q̄ malū q̄q; fugiendum est peccatū. Cū ergo ignorantia facti causet inuoluntarium: quia ignorās nolens operatur, euidēter sequitur, q̄ q̄uis dicatur in prædicta figura si quis percusserit proximū suum nesciēs, in ciuitatib⁹ fugitiuor̄ saluetur, omnis peccator, ōnis homicida, omnis Herodes dū pœnituerit saluabitur: quia omnis peccās (inquit philosophus) est nescius & ignorās. Vnusquisq; peccator si saluari cupit iuxta prætactā figuram tria debet obseruare: primo q̄ fugiat ad vnam prædictarū vrbiū: secō, q̄ ibi maneat nec exeat inde: tertio, q̄ speret mortē summi pontificis: nā nisi eius morte intercedente non poterit liber esse: vnde propterea in libro Numeror̄ dicitur, Si interfector Num. 35. b
extra fines vrbiū quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuētus & percussus ab eo qui vltor est sanguinis absq; noxa erit qui eū occiderit: debuerat enim profugus vsq; ad mortē pontificis in vrbe residere. Iure debet p fugus spē libertatis habere in summi pō tificis morte: quoniam dum ille pro liberatione nostra holocaustum mortis suæ patri offerebat dixit ei mors Chri desiderat
Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Ecce igitur qūo sapientia huius pōtificis vincit maliciam

nostrã & eã reducit ad ignorãtiã vt veniã cõsequat Fugis ergo a peccato, dũ illud deseris manes in vrbe refugij, dũ te angustia pœnitentiæ coarces ac per omne tẽpus vitæ presentis bonis operibus intendis speras mortẽ pontificis, dũ meritum mortis Christi imploras, nec eñ absq; ista sancti patres a lymbi refugio exierunt. Sed quia istę ciuitates leuitis assignantur in possessionẽ ait Ambrosius. Recte ergo fugaces fugacibus cõmendat æternæ legis sanctio vt qui huius mundum obliti sunt eos recipiant qui peccata sua cõdemnantes atq; opera, obliuionẽ vitæ superioris expectant, & sæcularia quæ gesserunt abolere desiderant. Dicit ergo q; sacerdotibus qui mundum debent fugere, cõmendat Dñs fugitiuos, sed nec solum propter hoc: sed etiã propter dispensationem sacramentorũ, quæ apud eos residet, & vt eos doceãt. Profundius etiã attende q; fugacib9 traduntur istæ ciuitates quia remedia peccatorũ non ꝓsunt nisi fugientibus peccata nec ipsa mors pontificis ꝓderit tibi nisi sis fugitiuus a vicijs fugiasq; peccata vnde non solũ Ioseph sed cuicũq; proficiẽti ait Gabriel Surge tolle puerũ & matrem ei9 & fuge in Aegyptum. O peccator qui in somnijs vitæ huius quiescis, surge per cœlestiũ considerationẽ, tolle puerum per puritatis determinationẽ, ad non peccandũ de cætero quod vt seruas tolle etiã matrem eius per deuotionem & fuge per peccatorũ detestationẽ, vt ad Aegyptum pœnitentiæ peruenias per bonitatis consummationẽ nunc per gratiã & postea per gloriã quam mihi & vobis præstet Iesus tuus. Amen.

pœnitentiã dat sacerdos.

Propter vitandã prolixitatẽ concionator optime nolo nunc exponere ciuitates prædictas reperies tamẽ eas in sermone Epiphaniæ.

¶ In die circuncisionis de nomine Iesu.

Thema. Missus est angelus Gabriel vt dicat. Vocabis nomen eius Iesum. Lucæ. 1. c.

¶ Inuoca

¶Inuocatio vbi ostenditꝫ beata Maria est altare.

Vm beatus Esaias vidisset in cōtemplatione sua mysteria Dei populo necessaria: & insufficientiam propriā cognosceret ad ea nunciādum ingemuit dicens, væ mihi quia tacui, nā quæ necessaria sunt abscondi nō debent, tamē excusans negligentiā suā subiunxit. Vir pollutus labijs ego sum, quē. s. prædicare nō decet munda mysteria, quia peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamētum meū per os tuum? cū ergo esset perplexus videns insufficientiam ex parte sua & necessitatē ex parte populi: qui necesse habet nosse mysteria regni cœlorū, ecce volauit ad eū vnus de seraphin, & in manu eius calculꝰ quē forcipe tulerat de altari Dei, & tangens os eiꝰ dixit Ecce tetigi labia tua & mundabitur iniquitas tua. q d. iā aptꝰ es ad propalandū diuina, & ad referanda sacramenta Dei. Præco verbi heu me sum ego ineptus, sed cōsolabor dū ipse Esaias pollutū labijs se dicit: peccatū originale polluit cor, mortale autē manum: veniale tantū labia: sed est mihi remediū opportunius nā altare Dei Maria est apud nos: altare inquā non qualecūqꝫ sed altare aureū thimiamatis: nam altare holocaustorū ad eā non pertinet. Vnde glo. super illud, non offeres super eo oblationē, & victimā: ait. Non est offerenda super eo victima nec libamenta fundenda, hæc em̄ ad altare exterius pertinent: quæ incipientiū & in profectu positorū vitam designant. Quoties em̄ vinum libaminū cum carnibus hostiarꝫ offertur, eorū sanctimonia designatur, quoniā adhuc de carnibus & concupiscentijs habent, quod puritati spiritꝰ aduersetur, & igne spiritali in ara cordis incendatur. Maria vero quæ dicere potest Deficit caro mea & cor meū Deus cordis mei & c. cessantibus victimarū libaminibꝰ: sola in tuo in altari aureo, aromata diuinæ deuotiōis offert:

Psalmo.

Exod. 30.

Maria est altare aureum aromatum.

quia de peccato ſecura ac de ōnibus quę ad illud pertinent, præamore liquefit. Maria ergo eſt altare, in cuius materia intelligitur eius perfectio puritatis in cuius forma eius perfectio virtutis, in cuius officio eius perfectio pietatis. Materia huius altaris eſt lignum ſethin & aurū, vbi notatur vtraq; puritas corporis. ſ. & cordis. Forma eius quadra erat propter
Apoca. 8. quatuor virtutū perfectionem. Eius officiū eſt Domino aſtare iugiter ad adolendū thimiama: vt aſcēdat fumꝰ aromatū in cōſpectu Dñi. Si ergo ab hoc altari & per manꝰ Mariæ vult Deus orationes ſanctorum accipere, quid ſentiendū eſt de corde ipſius dum in pectore ſuo videt hodie velut in altari ſanguinem Chriſti primo patri offerri? ad altare nāq; interius pontifex ſemel in anno intrabat cū ſanguine quo infundebatur altare, ſicut hodie Maria ſanguine infuſa Chriſti, quæ propterea vehementius ardet, ita vt ſcintilla ſui amoris poſſit nobis ad ornate dicendū gratiā præſtare quā vt aſſequamur ei offeramus Aue Maria. ¶ Argumentū dicendoꝝ.

BEatus Lucas breuibus egit nunc in hodierno euangelio circūciſionis, quia ibi remittit nos ad priorē legationē angeli, ait em̄ poſtq; conſummati ſunt dies octo vt circunciderētur puer vocatum eſt nomē eius Ieſum, quod vocatū eſt ab angelo, priuſq; in vtero conciperetur. Virgo nō immemor primi oraculi Gabrielis, qui prædixerat ei omnia puerum concernentia, vocat filium ſuum Ieſum, credens cætera in eo itidem complenda, quæ videntur tanto nomini annexa, quoniā poſtq; angelus dixerat, & vocabis nomen eius Ieſum, illico addidit. Hic erit magnus & filius altiſſimi voca. &c. q.d. non īmerito Ieſus vocabit, quoniā dignus erit vt tali nomine cenſeatur, ideo vocabis nomen eius Ieſum in priori ſermōis ſectione agā de magnitudine huius nominis in poſteriori autē oſtendam quō

propter

propter hoc nomen angeli destinant ad nos.

¶ Legitur in Genesi: ꝙ cū Iacob timeret Esau nimis voluit ei angelus ostēdere proprias vires quas in eo timor oppresserat, & vt eas ei per experientiā ostenderet cœpit angelus ipse luctari cū eo, tū victꝰ ipse angelus dicebat. Dimitte me. Iacob autē postq̄ prævaluit ad angelū: resumpsit vires, & ait. Nō dimittam te nisi benedixeris mihi. Cū victo volebat iam amicitiā facere. Nā dixerat intra se Nō est equū vim inferre Deo, tamē parcet mihi, si me benedixerit. Angelus autē volens iterū vinci, adhuc acquieuit, & eū benedicere volens ait. Quod est nomē tibi? cui respondit. A die circūcisionis meæ vocor Iacob. Et angelus ait. Nequaquā Iacob appellaberis vltra, sed Israel erit nomen tuū. Iacob interpretatur luctator: Israel aūt interpretatur victor. Non ergo deinceps voceris luctator sed victor: quoniā si contra Deū fortis fuisti: quanto magis contra homines prævalebis? Sic ergo angelus ipsi Iacob ostendit, ꝙ non deberet Esau timere, postquā Deū superauit, q̄niam si id quod minus videt inesse inest, ergo id qđ magis. Si eū vicisti de quo dicitur quis restitit ei, & pacem habuit? facilius vinces eū: qui pauca resistentia superatur. Hac ratione experientiæ adiuncta plurimū confortatur Iacob: ita vt ipse etiā audacter ab angelo quæreret. Dic mihi quo appellaris nomīe? quia dixi tibi nomē meum, dic & tu mihi nomē tuum. Angelus autē, & carpens eū propter audaciā: & satisfaciens ei propter clementiā dixit. Cur quæris nomen meū quod est mirabile? in his verbis corripuit quæstionē eius & etiā quæstioni respondit ac si dicatur. Cur quæris nomen meū? & postea. Q̄ si scire cupis est mirabile: vocor mirabilis, & sic nomen meū est mirabile. Hic profundius latet mysterium etiam literaliter nā angelꝰ noluit: vt gloriaret Iacob de victoria. Pro quo aduerte, ꝙ quāuis pri-

Diuisio Gene. 32. g Prīa pars

Israel interpretatur victor, & Iesus saluator.

mum argumentũ angeli videatur efficax, quo probare nitebatur victoriã futurã Iacob, nunc ipsemet eneuauit argumentũ suum quando se mirabilẽ vocauit. Antea dicebat. Cõtra Deum fortis fuisti, contra homines per cõsequens magis præualebis. Sed non videtis, ꝙ nihil est in se illa fortitudo aut illa victoria obtenta ex eo ꝙ victus noluit resistere? Si Deus voluisset cõtra Iacob stare, vinceretur ne ab eo? minime ergo illa victoria magis est admiratio quædam q̃ fortitudo: ideoq; dixit optime angelus, cur quæris nomen meũ quod est mirabile? Si profunde perscrutatus fueris nomen meũ absorptus & stupidus manebis in victoria, eamq; magis mihi q̃ tibi tribues, quia Dei est hæc victoria: nõ tua. Ille se vici permisit, ideoq; nomini suo imputetur victoria: ex qua mirabilior euadet. Tamen certũ est & verũ primum argumentũ, ꝙ si Deũ viceris, inimicũ superabis. Ad spiritũ fratres mei transeam⁹, quia si bona est literalis enodatio, spũalis optima inuenietur. Quotidie nobis est colluctatio non solum aduersus carnẽ & sanguinẽ: sed etiã aduersus principem tenebrarũ, quẽ hucusq; timuit õnis homo: nec erat potestas ei cõparanda: quoniã hic bellator ab adolescẽtia sua etiã in cœlo fecerat bellũ & tertiã partẽ stellarum cauda persuasionis, ac exẽpli sui traxit in terram ex angelis dæmones faciens. Et tota terra erat tributaria sibi, quã sub imperio tyrannidis suæ subiugarat, ideoq; iure timetur etiã a Iacob luctatore. Nec em̃ iusti per iusticias suas poterãt ab eo liberari nam sicut pannus menstruatę iudicabant. Solũ erat omniũ spes in quadã victoria mirabili, qua De⁹ ipse vinceretur qua se vinci permitteret, & per hanc victoriã Lucifer ille sæuus ac metuend⁹ cadere debuit ac vinci. Hodie igitur fratres mei hodie se De⁹ vinci permittit, vt vincatur diabolus. Hodie sãguis eius effunditur in circũcisione, & cõtra Deũ fortis est cultes

humilitas Deo dat victoriam quam facit

spualis ex pō. figuris

dæmon est bellator

De⁹ se vin permit quia fit p...

est culter lapideus, & Iacob vim Deo infert, propterea q̄ ipse vinci vult, vt nobis illa victoria imputetur, imo & angelis suis: nā tunc tēporis vidit Iacob scalā angelis plenā, qui & ascendebant victoriam reportantes suā, & descendebant auxiliū adferētes hominibus vt etiā vincerent. vnde Bernard. ait super illud. Vocatū est nomē eius Iesus: quod vocatum est ab angelo, priusq̄ in vtero cōciperetur. Experti inquit fuerant angeli virtutem nominis Chri nouerantq̄ quanti valoris esset. Nomē Christi hodie scribitur sanguine suo, ac dū euertit sanguinē vocatur saluator, quia per sanguinē suū saluat nos a diabolo, quē sanguis Iesu vicit non solum in terra sed in cœlo. Attentius aduerte q̄ boni duces ac deuoti solent imputare victoriā sancto quē inuocant. Dum aiunt. Die sancti Iacobi obtinuim⁹ tripolim, sic facile deprehensā, ac si apostolus iste visibilis appareret. Similibus verbis loquūtur milites victoria obtenta, eā sancto cuius nomē inuocarūt præsentātes. Sic beati angeli fecerunt, priusquā in vtero cōciperetur Iesus, quando factū est prælium magnū in cœlo Michael & angeli eius præliabant cū draconе, & draco pugnabat & angeli eius. Tamen boni angeli inuocantes Iesum vicerūt Luciferū. Nam sicut contraria cōtrarijs curantur sic etiā contraria contrarijs vincuntur. Lucifer & angeli eius expugnare ac delere volebant nomē Iesu, ergo alij angeli volebant illud statuere., q̄ Lucifer niteretur cōtra nomen Iesu patet per illud Chri. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille em̄ homicida erat ab initio, dū. s. in cœlo me cupiebat, ac nomen meū delere dicēs. Eradam⁹ eū de terra viuētiū & nomē eius non memoretur amplius. Hæc sunt verba Luciferi: sicut & Iudæor̄ desideria eius volētiū facere. Nam quod Lucifer nō potest facere per se; facit per suos. Sæpe igitur dicebat quærens aiam

Lucæ. 2. c.

Lucifer vult deleri nomē Iesu de libro vitæ

pueri.

pueri. Eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomẽ eius non memoretur amplius. Sed boni angeli e regiõe astãtes Iesum vocãt, & inuocant. Vnde propterea velut boni ac deuoti duces nomini Iesu victoriã imputantes dicũt. Nunc facta est salus & ỹtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius. Quia proiectus est accusator fratrũ suorum, & ipsi vicerunt eum propter sanguinẽ agni. Propterea lætamini cœli & qui habitatis in eis. Ecce quõ nomini Iesu imputãt victoriã: qm̃ dicũt Nũc facta est salus. i. Iesus qui interpretatur salus. Ac si dicant. Stabilitũ & firmatum est nomen eius in æternũ, quia nunc facta est salus & potestas Christi eius: quoniã deiect⁹ est derisor nominis Dei. Cũ sanctis angelis lætari, & congratulari cupiebat rex Dauid dũ ait. In cõspectu angelorꝝ psallã tibi, adorabo ad templũ sanctũ tuũ, & confitebor nomini tuo. Super misericordia tua: & veritate tua, quoniã magnificasti super õne nomen sanctũ tuum. Super omnẽ virtutẽ inimici magnificauit filius Dei nomen suũ sanguine scriptũ. Dũ prima vice sibi cũ sanguine imponitur, satis ostenditur: ꝙ sui sanguinis effusione rẽipsius nominis debuit obtinere. Res autẽ nominis est (teste Gabriele) vt saluum faciat populũ suum a peccatis eorũ. Hodie Dñs euertit sanguinẽ: & vocatũ est nomen eius Iesus quia in sanguine ei⁹ erat nostra saluatio: quem pro nobis velut primitias futuri offert, cõiungens proprij sanguinis effusionẽ, & hui⁹ nominis nuncupationẽ. Vocatũ ergo est hoc nomẽ ab ãgelo Gabriele quãdo illud nũciauit Marię: qm̃ vt ait glo. nõ decuit glorioſum nomen Iesu prius ab hominib⁹ nominari, nec prius ab angelis sed a patre luminum, a patre salutis æternæ: quoniã scriptũ est, Vocabitur tibi nomẽ quod os Dñi nominauit. Prius ergo nominatur a patre ante sæcula, quãdo in eo constituit omniũ salutẽ iuxta illud, Fortis in bello Iesus Na-

Apo. 12. b.

Psal. 137. a.

Iesus scribitur sanguine.

ue qui

ue qui fuit magnus ſecd'm nomẽ ſuũ maximus in ſalutem electorũ Dei: expugnãs inſurgentes hoſtes, vt conſequeretur hæreditatẽ Iſrael: quã gloriã adeptus eſt extollẽdo manus ſuas. Naue interpretatur æternus ſeu permanens, vnde ſimul dicit, Ieſus eternus permanens. ſ. nobiſcũ. Ab æterno fuit cũ patre a quo per reuelationẽ accepit hoc nomen archangelus Michael, vt eo vinceret inſurgẽtes hoſtes vtiã diximus. Vnde propterea dictũ eſt, Fortis in bello Ieſus Naue Ieſus æternus. Hic fuit & eſt magnus ſecd'm nomen ſuũ, cuius magnitudinis etſi finis non ſit tamen dicitur magnũ (vt notat Bonauent. ſuper Lucã) primo dignitate, quia ſcriptũ eſt, Magnificaſti ſuper omne nomen ſanctũ tuũ. Ideo deuote reuerendũ ac venerãdũ. Secd'o eſt magnũ ſuauitate, quia oleũ effuſum nomen tuũ o fili Dei immo eſt mel in ore melos in aure iubilus in corde: dulcedo in guttu re: ideo huius nominis ſuauitate perfuſi martyres non ſentiebãt tormenta: quapropter auide audiendum eſt. Tertio eſt magnũ poteſtate, quia in nomine meo (inquit) dęmonia eĳciẽt. Vnde in noſtris neceſſitatibus eſt inuocandũ nã hoc ſeruãt ſerui alicuius nobiliſſimi dñi, cꝫ dũ ſe vident inimicis circũſeptos & vallatos inuocãt nomẽ ſtirpis domini ſui, & ſtatim audito nomine dñi ſui omnes audientes ei præſtant auxiliũ, nã ſub nomine domus domini ſui omnes militãt: ideocꝫ deprecabatur Saul Dauidem ne deleret nomen ſuũ, nã ſub eius nomine protegebaẽ tota domus ipſius Saul, & ſub nomine Dauid tota domus ipſius Dauid: quia omnes ad eũ pertinentes audito eius nomine parati ſunt adiutorio, ſi afflictus eſt, qui illud inuocat. Sic ergo noſter Ieſus qui ĩ hoc habet nomen iuxta morẽ magnatorũ terræ vult vt omnes pertinentes ad eũ ſuccurrãt inuocanti nomẽ ſuum, eiꝫ preſtent auxiliũ. Dum igitur anima mea te in arcto videris reſpice Ieſum, inuoca Ieſum, accerſias

quadruplex magnitudo Ieſu.

Inuocatio Ieſu cõfert auxilium

cersias nomẽ eius: quia pater eius cũ sua potentia oe curret tibi patrocinium conferens, immo & mater eius & angeli exibunt vt te adiuuent. Et ipsa, p pria ratio excitabitur inuocato nomie Iesu, & intellect⁹ afferet bonũ consilium: & voluntas producet amorem, & totus homo interior hoc nomine roborabitur. Nã si filij Israel appellantes nomen Gedeonis obtinuerũt victoriã, quãto securius vincemus nos si nomen Iesu nõ discedat ab ore, non discedat a corde? quarto est magnũ Iesu nomen vtilitate, quia (vt ait Petrus) non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus sub quo deceat nos saluos fieri, ideoq; iugiter est memorandũ. Nec solũ iuxta illa quatuor dicitur magnũ nomen Iesu, sed etiã omni modo magnitudinis deducendo scd'm decẽ cathegorias & prędicamenta Aristotelis.

Iudic. 7. e.

varia Iesu magnitudo.

Nã primo est magnum secundũ substantiã iuxta illud Exod. 3. d. qui est misit me ad vos, hoc mihi nomen est.

Secundo est magnum secundum quantitatem iuxta illud, omnipotens nomen eius.

Tertio, secundũ qualitatem iuxta illud, Sanctum & terribile nomen eius.

Quarto, secundũ relationẽ iuxta illud, A solis ortu vsq; ad occasum magnum nomen eius. a solis ortu id est ab æterna processione qua filius a patre procedit vsq; ad crucis occasum.

Hebr. 13. b. Quinto, est magnum scd'm tẽpus iuxta illud Pauli Iesus heri & hodie & inæternũ. Heri. i. in lege antiqua, hodie in lege noua, & in æternum. s. in gloria: quoniã Esa. 63. d. ait, vt faceres tibi nomen gloriæ. Hic expone partes beatitudinis in nomine Iesu inclusas.

Sexto autẽ est magnum secũdum locũ, nam vbiq; terrarũ notum est, ac dilatatũ iuxta id Cant. 1. a, Oleum effusum nomen tuũ. Et Psal. Domine Dñs noster q; ad

ster q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Apoc.19.c
Septimo scd'm sitũ, quia nomen hoc sitũ est in persona verbi, vnde Ioãnes ait, Vocabatur nomẽ eius verbũ Dei. Et nos canim⁹ exaltemus nomen eius in idipsum.
Octauo est magnũ secundũ habitũ iuxta illud Esa. 9.d. Vocabitur nomen eius admirabilis.
Nono, secundũ actionem iuxta illud eiusdẽ prophetæ.8.a. Voca nomen eius accelera, spolia, detrahe. Accelera opus redemptionis. spolia lymbum, detrahe diabolo.
Decimo, est magnũ secundũ passionẽ, per quam dicit Apl'us, q̃ nomẽ Iesu est super omne nomẽ. Vnde superius dictũ est de nostro Iesu Naue, q̃ est maximus in salutẽ electorũ Dei ad consequendã hæreditatem Israel.i. videntiũ Deũ: vnde propterea sequitur. Quã gloriã adeptus est extollẽdo manus suas. s. in cruce. Vt notat Bonauen. super Lucam, tria necessaria erant ad saluandũ. s. potentia contra tentãtis sæuitiã, sapiẽtia contra eius astutiã, bonitas cõtra eius maliciã. Et qm̃ hæc tria Christus habuit, vocatum est nomen eius Iesus. Eius inquit quia sibi proprium, aliis autẽ in figura. Hoc nomine vocatos legimus maximũ principẽ, de quo dictum est, Fortis in bello Iesus Naue &c̃. Sapientissimũ doctorẽ de quo dicitur, Doctrinã scripsit Iesus filius Sirach. Et tertio optimũ pontificẽ de quo Zacharias ait. Ostẽdit mihi Iesum sacerdotem magnũ stantem coram angelo Dñi. Ecce hi tres propter illa tria quæ diximus nostrũ Iesum figurãtes: quia huius est hoc nomen in veritate, & illorũ tãtum in figura. Et ergo quia Iesus noster habet potentiã contra sæuitiã dæmonis, figuratur in Iesu Naue. Et quia habet sapientiam contra eius astutitiã, figuratur in ecclesiastico Iesu. Et quoniã habet bonitatẽ contra eius maliciã, figuratur in Iesu sacerdote magno. Tripliciter est aliquid

Philip.2.d

tribus op⁹ habet saluator

Eccl. 50.d
Zacha.3.a

aliquid ſalubre, primo rõne naturæ propriæ & ſic cõpetit Chriſto vocari Ieſus, quia eſt ſubſtãtialis ſa
Ioſuæ.24. lus: ideoq; figuratur in Ieſu Naue, qui optime regẽs populũ maximus fuit in ſalutẽ electorũ: quoniã (vt in eius narratur hiſtoria) omnibus diebus ſuis ſeruiuit Iſrael Domino. Secũdo ratione doctrinæ, nã folia noſtri Ieſu erant ad ſanitatẽ gentiũ, ideoq; figuratur in prædicto ſapiente Ieſu, qui ex cordẽ ſapientiã renouauit: quia ſapientia increata dũ incarnatur, renouatur. Tertio ratione efficatiæ, nã noſter Chriſtꝰ ſummus ſacerdos ſaluberrimo ſacrificio efficaciſſimus fuit ad ſalutẽ. Sublimior magnitudo huius nominis eſt quod ipſum fuit vltimũ prẽmiũ laborum Chriſti. Ex maxima illa victoria, quã in caluariẽ palestra obtinuit, ſpoliũ præcioſius quod reportauit, eſt vt iure vocetur Ieſus, vnde quia hoc nomen eſt
Phili.2.d. præmiũ laborum Chri ait Paulus. Semetipſũ exinauit formã ſerui accipiens in ſimilitudinẽ hominũ factus. Humiliauit ſemetipſũ: factus obediens vſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomẽ quod eſt ſup̃ omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur: cœleſtiũ: terreſtriũ: & infernorũ. Hodie filius Dei accepit formã ſerui. i. circunciſionẽ, qua exinauit ſe: dum ſuſcepit characterẽ peccatoris. Hodie vere nihil differt a ſeruo cum ſit Dñs omniũ. Humiliat ſe hodie legi ac vĩjs duris patrũ antiquorꝫ ac deinceps matri & patri & apoſtolis humiliauit ſe, ac tandem & vſq; ad mortẽ non qualẽcunq; ſed crucis. Poſtq; autẽ Deus exaltauit illũ in reſurrectione: per ipſos angelos prædicatur nomẽ Ieſu dicentes. Ieſum quẽritis Nazarenũ &c̃. Et ipſo in cœlũ ſublato dicunt Hic Ieſus qui aſſumptus eſt &c̃. tam magnũ ergo eſt hoc nomen: q; pater velut recenter poſt labores a mundo remeanti filio ſuo dedit hoc nomen Ieſus in præmium: ac talibus literis ſcripſit ac decorauit il

nomẽ hoc eſt prẽmiũ laborꝫ chri

lud: vt

lud: vt iam nō vulgariter audiatur: nec nisi maxima reuerentia nominetur: ita vt in nomine Iesu omne genu &c. sed mirandum nobis est, cur Paulus dicat huius nominis portitor, q̄ est super ōne nomē. Et q̄ paterno decreto nomē quod antea erat infimius iam cæteris sit superius ac sublimius. Dauid hoc nomen statuit super nomina angelorū in psalmo. 137. quod & nos fatemur, quia hoc nomē est diuinum, illa sunt tantū angelica, & ideo de Christo: ait ipse Paulus. Sedet ad dexterā maiestatis in excelsis: tāto melior angelis effectus quanto differentius p̄ illis nomen hæreditauit. Sed quod istud nomē Iesus scribatur super omnia nomina diuina non video (plura quidē habet Christus nomina vt in Esaia legistis) tamē credo testimonio Pauli. Quis impossibile sit q̄ hoc nomē Iesus in significatione præferatur huic nomini adonay, quod tantæ sublimitatis est, vt antiquos latuerit, quoniā Deus dixit. Nomen meum adonay nō indicaui eis. Tamē audite nā in die circūcisionis hoc nomē Iesus annumeratū est inter nomina Dei eiscq; aditū post resurrectionē vero sublimat & eleuatur super nomina cuncta ipsius Dei, & ob id Paulus dixit: Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super ōne nomen .s. Iesus iā positū super nomina Dei, & in nomine Dñi tetagrāmatō significatū vt docet Burgen. in quadā additione super Exodū. Insuper aduerte subtiliter: q̄ illud diuinum nomen quatuor literarū quo Deus antea vocabatur in lingua Hebræa inexplicabile est quia etiam si in suis literis proferatur non pandit aliquid, quod intelligatur tamen si in medio illarū literarū ponat .s. tunc Hebraicæ legitur Iesus & nomē inexplicabile iam poterit pādi: quoniam per Iesum mysteria deitatis nobis sunt iam explicabilia & nota: ideo tale nomen transfertur iā super ōne nomen. Ratio āt huius transmigrationis est, q̄ cū plus æstimemus:

nomē hoc est ōnibus altius Actuū. 9. c

Hebræ. 1. b

Exod. 6. a.

Vo. magni misterii in hoc c.

quod cari⁹

nomẽ Dei fit iã nomi nabile nobis

quod carius emimus, iuxta illud in sanguine animę cõparasti eũ, & hoc nomen maiore solertia, & labore acquisierit filius ꝙ cætera nomina sua, hinc est ꝙ amplius magnificat illud, vnde sanctus patriarcha cuius figurã tetigimus, amplius per omnẽ modum volebat vocari Israel ꝙ Iacob, quoniã alterum nomen gratis habuit a patre suo alterũ vero lucta et laborioso certamine acquisiuit, vnde in extremis agens dixit. Cõgregamini, & audite filij Iacob: audite Israel patrẽ vestrum. Ecce quõ in nomine, quod magno labore acquisiuit gloriatur, sic ergo filiꝰ Dei magis gaudet vocari Iesus ꝙ adonay, quoniã multo carius habuit alterũ nomen ꝙ alterũ, vt altissima significatione Iesus vocaretur. Sed quæris quænam est hæc altissima significatio? quęro & ego a te quid nobis importet imago saluatoris. Ipsum inquies saluatorem, sic etiã assero hoc nomẽ Iesus adorabile tã quam imaginẽ aptissimam, & totius vitæ Christi ac totius Christi repræsentatiua. Hoc sane senserat portitor nominis huius quando paulo superius dixit. In nomine Iesu õne genu flectatur cœlestiũ. Sed habent ne angeli genua? sic profecto quoniã angelorum spirituũ genua sunt intellectus & voluntas. Flectitur eorũ intellectus huic nomini, dũ fatentur eius non posse totaliter comprehendere mysteria. Flectiturq; ei angelica voluntas dũ regratiantur ꝙ per hoc nomen datũ est angelo stanti ne laberetur, ideoq; vocatũ est ab angelo, & notũ fuit apud eos, ante mundi creationẽ. Sed etiã genua infernorũ dicuntur flecti sub hoc nomine, quæ sunt fides informis: & rebellio, de quibus dicit. Dęmones credunt & contremiscunt. Sed genua terrestriũ quæ sunt deuotio & obsequium flectũtur ne sub nomine hoc? ista magis obnoxia sunt ei, sed minus deferunt sibi: minusq; venerant illud. Flectimus genua mulieribus: flectimus genua ludis, flectimus genua superstitionibus

Gen. 49.a

varia genua.

stitionib⁹ ac depcatiōib⁹ impijs: ita vt oratio nostra fiat in peccatū, cū tñ certū sit ꝙ nisi orauerimus sub nomine isto nihil accipiem⁹, dicēte ipso Dño. Quicquid petieritis patrē in nomīe meo dabit vobis. q. d nō petatis sub alio postq̄ ōnia sub nomine meo vobis pater p̄stabit. Pollet em̄ hoc nomē etiā magnitudine impetratiōis, alijsq̄ quarū nō est numerus. Hūc sermonē si placet prædica sub hoc themate. In Israel magnū nomē eius. ¶ Nōsolum ad Iacob missus: est angelus propter nomen istud ei figuraliter ostēdendū fore mirabile sed etiā nobis angeli destinant propter nomē Dñi Iesu qm̄ Paul⁹ ait. Omnes sunt administratorij spūs, in ministeriū missi propt eos, qui hęreditatē capiūt salutis Super hoc Haym. ait. Si ōnes spūs cœlestiū virtutū mittūtur ad salutē credentiū quid est quod Daniel dicit. Milia miliū ministrabāt ei, & decies milies cētena milia assistebāt ei: quō em̄ ōnes mittunt: si decies centena milia ei assistūt: intelligēdum est ergo ꝙ ōnipotens Deus qui spūs est incircūscriptus: ōnia implet et vbiq̄ notus est. Quapropter angelicus spūs qui circūscript⁹ quocūq̄ mittatur intra Deū currit, Deū semper p̄sentē habet, ideoq̄ ipsi qui mittunt: ipsi etiā & assistunt ei. Vel certe ideo ōnes mitti dicunt quia sicut Didym⁹ græc⁹ in lib. de spū sancto ait, ex ōnibus ordinib⁹ cœlestiū dignitatū mittūt sicut Gabrielē Michaelē archangelos legim⁹ missos in volumīe Danielis. Raphaelē quoq̄ ad Thobiā. Vnus etiā legit de seraphin missus ad Esaiā quādo calculo tetigit os & labia ei⁹ & sic frequēter angeli legunt ad sāctos missi Hacten⁹ Hay. sed nunc missiōis causā perscrutemur de qua Pau. dixit, propter eos qui hęreditatē capiūt salutis. Hæreditas quidē salutis est nomē dñi Iesu quod interp̄tat sal⁹ & ne quis putaret ꝙ hęc salus deficiebat sicut deficit sal⁹ hūana, vocat nūc hæreditas salutis: q̄ cōmunis est nobis & Chr̄o: qm̄ Pau. ait. Hæredes quidē Dei cohæredes āt Christi.

Scda pars.

Hebræ. 1. b

Omnes angeli mittū.

nomē Iesu est hæreditas

Quod

Quod autẽ hoc nomẽ sit hæreditas Christi, non solum Paulus dixit, quãdo differẽtius præ angelis asserit hoc nomẽ Christũ hæreditasse: verũetiã Sapiẽs

Eccle. 15. b. ait. Iocũditatẽ, & exultationẽ thezaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum: homines stulti nõ apprehendẽt illam, homines sensati obuiabunt illi. Pater Deus thezaurizauit super filium exultationẽ spiritus, & iocũditatem gloriæ, ac eum hoc nomine æterno hæreditauit, vt super ãgelos eo potiretur: Nos autẽ non tradidit obliuioni,, sed reliquit nobis hæreditatẽ suã dilectã, vt ditaremur fructibus illius. Homines stulti nõ colunt hanc hæreditatem, vtpote indeuoti & aridi. Sensati autẽ obuiant ei, dum bonis operibus & prẽparatione animi accipiũt huius hæreditatis fructus optimos. Nomẽ

Esa. 54. d. ergo Iesu est hæreditas seruorũ Dñi, eis ab ipso dimissa, cuius preciũ nouerat qui dixit. Hẽreditas mea super mel & fauũ. Mel quidẽ ac fauus est nomen dñi Iesu. Quoniã spõsa dum illud frequẽter nominauit audiuit. Fauus distillans labia tua soror mea, sponsa mea, mel & lac sub lingua tua. Sicut ergo apes fauũ frequentãt, eiq; aduentãt, sic angeli adamant nomẽ Dñi Iesu. Fœlix ergo qui cupidꝰ hac hæreditate fruitur, cui merito angeli fere poterunt inuidere. Veniunt ergo angeli, & ecclesiã frequentãt propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis, vt magis capiãt, quia eis dicũt. Qui potest capere capiat, & sanctificetur adhuc. Sed melius dicitur, qui vult, nam hæreditas ista quæ cultores habet angelos, omnibus gratis datur, tanquã vitæ Christiani plurimũ necessaria. In hac em̃ hæreditate omnis Christiana religio exercetur, quia nomini Iesu totũ diuinum officiũ dirigitur & eo õnis oratio cõcluditur, & propter hoc nomẽ

Deut. 18. a. omnia cãtica sunt cõposita: vnde de quolibet sacerdote ad literam dicitur. Ipsum elegit Dñs, vt stet & ministret nomini Dñi, Et in hoc nomĩe omnia sacra

mẽta

menta pẽraguntur. O q̃ varios fructus affert Deo angelis & hominib⁹ hæreditas ista, quam si perderis toto mentis affectu recupera dicens. O mi Deus tu es qui restitues hæreditatẽ meã mihi Funes cecide runt mihi in præclaris etẽ hæreditas mea præclara est mihi. Dũ ergo tentaris ad peccandũ caue ne perdas nomẽ Iesu. i. salutẽ animę tuæ, quę est hæreditas tua, sed dices cum Naboth. Propitius sit mihi Dñs, ne dem hæreditatẽ patrum meorũ. q. d. regi Achab, hęreditas mea pręclara est mihi. Dilatantes nomina sua in terris suis perdũt hanc hæreditatẽ sicut Esau Ismael: & Absalon: tamen humilibus datur, quia eis dicitur. Sustollam te super altitudines terræ, & ciba bo te hæreditate patris tui Iacob nunc per gratiã, & in futuro per gl̃iam huius meditatio est animę solacium et eius exclamatio est amoris excitatio vnde o nomen beatissimũ quia tu es mihi õne bonũ meũ tu es Amantibus in amoris fomentum vt patet in corde Ignacij: vbi scriptum eras,

Psalm. 3. Reg. 21. a. Esaiæ. 58. d

Benedicentibus in materiã benedicendi, vt patet in psalterio Dauid.

Concionantibus in testimonium prædicandi: vt patet in actibus apostolorum.

Deficientibus in subsidium fortitudinis, vt patet in martyribus.

Experientibus tẽ in delectationẽ, vt patet in Canti. vbi ob nomen effusum dilexerunt.

Fugientibus in protectionẽ a turbine & a pluuia vt patet in patribus Aegypti.

Grauatis in adiutricẽ sublevationẽ vt patet in patiẽtibus afflictionem

Humilibus in honorem, quia eis signanter dicitur. Laudate pueri Dñm laudate nomen &c.

Iustificandis iustificationẽ quoniã Esaias ait, hoc est nomen quod vocabunt ei, Dñs iustus noster.

Luctantibus in auxiliũ: vt patet in Iacob, qui nouo

p̃conia nominis Iesu quod est

nomine confortatur
Morientibus in singultū remissionis, vt patet in dicentibus, miserere mei Iesu fili Dauid.
Nauigantibus in portū voluntatis eorum, vt patet in Paulo nauigante & similibus.
Operantibus in cibū: vt patet ibi: dignus est operarius cibo suo. i. pane quotidiano. s. nomine Iesu
Patientib⁹ in solacium: vt patet in Apostolis.
Quiescentib⁹ in lectulū vt patet in cōtemplantibus
Resurgentib⁹ in titrlū quia datis palmis in manib⁹, scribitur Iesus in fronte, quo sunt victores.
Sepultis in suspiriū vt patet in animabus purgatorij
Titubātibus in spem: vt patet in pœnitentib⁹ quia pœnitens ob Iesum nō est anceps de venia.
Vincentibus in coronā quia Iesus est corona sanctorum omniū, quoniā fecit sibi nomen gloriæ.
Xp̄ianis in præmiū æternitatis qui in cœlo vocant Iesus dicente propheta. vocabit seruos tuos nomīe alio. Esaiæ. 65. c.
Ygnorantibus in lucē sempiternā quia tunc videbūt Iesum sicuti est.
Zelantib⁹ se in ōnimodā redemptionē & perpetuam gloriā, quā mihi & vobis præstet Iesus. Amen.

¶ De Christi epiphania.

Missus est angelus Gabriel.

¶ Inuocatio, vbi ostēditur q̄ Maria est porta.

Diuisio

¶ Nunc quia ex oblatis Maria diues effecta est facile dabit gratiā si humiles & nos offeramus, Aue.

¶ Argumentū dicendor̄.

CVm archāgel⁹ Gabriel hāc icarnatiōis prouīciā acceperit ad finē, vsq; perducendā apparitionib⁹ ac epiphanijs nouis eū vti necesse est.

¶ Nunc in sermone agā de ea: qua gentibus apparuit vt Christū eis ingereret. ¶ Q. etiā hodie missus sit sanctus Gabriel. manifeste cōstat, tam ex euangelio dicente, & responso accepto in somnijs.

s. per angelũ secundum glosã Nicolai qui quidẽ angelus proculdubio fuit Gabriel. Constat etiam Gabriel mitti propter nomẽ huius festi, nã epiphania interpretatur apparitio. Christus autẽ per se nõ magis apparet hodie q̃ in die natalis sui, vnde dies illa videbatur potius epiphania dicenda q̃ hodierna, sed apparitio ista quæ fit in subiecta creatura non solum referetur ad mysteriũ pręsens nec solũ refertur ad ipsum diẽ natalis Dñi, quãuis tunc missus sit Gabriel ad magos vocandos, sed etiã refertur ad illam apparitionẽ de qua dixit visiones õnipotentis Dei, videns Balaã. Videbo eũ, sed non modo, intuebor illum, sed nõ prope. Orietur stella ex Iacob, & consurget ꝟga Dei Israel. Archangelus quando apparuit Balaã & eum ab asina sua deiecit docuit eũ hęc mysteria, vnde ipse Ariolus dixit, ꝙ quando cadebat, oculos haberet apertos, quia humiliauit eũ angelus, vt ei præostenderet humilitatẽ Iesu. Huiꝰ ergo discipuli ac huius spei erant magi, vt ait glosa, vnde de istis successoribus suis tanq̃ de se dicebat. Videbo eũ, sed non modo, intuebor eũ, sed non prope Quod per suos erat visurus, per se visurũ se dicebat quia quod quis per suos facit, per se fecisse videtur, vt notat glosa. super Numeros. Et Origenes ait loquens de Balaã. Si prophetiæ eius a Moyse scriptæ sunt, quanto magis ab his qui cum eo habitabant in Mesopothamia, apud quos tanq̃ discipulos huiꝰ artis magnificus habebatur? ex illo fertur magorũ genus & institutio in partibus orientis viguisse. Qui scripta habentes õnia quæ Balaam prophetauerat, hoc inter cætera habebãt. Quia orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Ideo magi nato domino agnouerũt stellã & intellexerunt impleri ꝓphetiam magis q̃ Iudæi, qui sanctorũ prophetarũ vaticinia cõtempserunt. Illi ergo agnoscentes adesse tempus venerunt & adorauerũt. Et ad magnęsi

Nu. 24. c.

Magi sunt ex Balaam

Matth. 2. a

dei argumentū paruum puerū, quasi magnū regem venerati sunt. Et loquens doctor iste de stella sic ait. De hac stella in euangelio dicitur quia veniens stetit supra vbi erat puer. Sed si inde discesserit vel euanuerit, vel assumpta sit, vel quid ōnino inde factū fuerit non dicitur. Sed forte sicut in baptismo super Christum spiritus quasi colūba descendit, & mansit super eum, & vox patris audita est. Hic est filius meꝰ dilectus. Ita & stella quæ venit supra vbi erat puer, & stetit, in Christo permansit. Et sicut ibi venisse spiritū Dei super eum, & mansisse in eo, ita accipimus ꝙ nunquā ab eo recessit spiritus Dei, ita stella quæ venit & stetit super eū nunꝙ discessit. Ideo deitatis eius iudiciū illlam stellam fuisse opinor. Ordo quoꝙ prophetiæ idē ostendit, cū de deitate dicit. Orietur stella ex Iacob. De humanitate vero subdit. Exurgetꝙ homo ex Israel, vt vtrūꝙ euidenter prophetatū appareat. Ecce igitur ꝙ luculenter archangelus pluribꝰ retro annis mysteria Christi, quę præmanibus habemus prǫostendit, vt autē innotesceret adimpletio eorū, statim quo Christus natus est Gabriel qui pastoribus apparuit destinatē etiam ad gentilitatem vocandā. vnde propterea incipit euāgeliū meū. Missus est angelus Gabriel a Deo. Nec mirū ꝙ redemptor noster recenter natus angelū mittat, nam ex tunc ipse Christus habet eos sibi adiunctos vt eis vti possit, quoniā Paulus ait. Cum introduceret primogenitū in orbē terræ, ad angelos quidem dicit. Et adorent eū omnes angeli Dei. Ecce quom ō puer habet nuncios angelos, & opus est, vt eorum ministerio stella formetur ad annunciandū solis iusticiæ ortum, ne veniant magi ad resistendū Christo nouiter venienti in promissionis terrā, sicut in libro Numerorū resistebant Moysi, cū ad eandē terrā veniret. Immo & vult Christus magicā artem destruere per ministeriū angelorum sicut per ministerium dæmonū

Matth. 3. d

stella est deitas

Textus.

quidem
oica de
ur.

dæmonū fuit instituta. Et ad hoc mittitur angel⁹ Gabriel a Deo. Qui angelus cū iret ad magicā destruēdam non inuenit meliorē modum, q̄ si ipsos magos per ea quæ colebant deduceret ad Christū. Colebāt stellam, & per stellam cōuertit eos, dū ostendit eis, ꝙ stellæ deseruiebāt Dño suo. Ecce igitur quāta fuit angeli sapientia, qua non solū magi cōuertuntur, sed fiunt cōuersores ac prædicatores ipsorū, quos antea deluserant. Nec soli angelus mittitur ad magos sed ad totam gentilitatē, vnde propterea sequitur. In ciuitatem Galilææ. Galilæa interpretatur volubilis, quā voluit De⁹ per angelū voluere ad se. A Deo recesserat per idolatriā, ad ipsum voluitur per magorū latriam. Qui voluitur in contrariā partem deducit, quod fecit angelus qui ait. Concurrere faciā Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnabit vir cōtra fratrem suum, & vir contra amicū suum, ciuitas aduersus ciuitatē, regnū aduersus regnū, & disrumpetur spiritus Aegypti in viscribus eius, & consiliū eius præcipitabo. Ecce quomō voluitur ciuitas aduersus ciuitatem, dū magi contra propriā opinionē deuoluuntur ad Christū, qui edocti per fidem stabunt aduersus alios Aegyptios, & viri isti pugnabūt cōtra fratres suos pro Christo, & contra amicos suos. Et regnū gentilitatis iam stat cōtra se, dū reges isti mutant fortitudinē suam, & prudentiā vt ad Christum & non ad miliciā cœli totū regnū gentis cōuertant. Nam regibus ad Christū adductis facile poterūt cæteris conuerti. Vnde Christo in epistola hodierna dicitur. Mirabitur & dilatabitur cor tuū, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi. Cor Christi qui Centurionis fidē mirabatur, etiā plus miratur fidem magorū, qui sunt fortitudo gentiū, quā Gabriel fortitudo Dei adduxit. De quibus super textū prædictū ait glo. Idolatria fractam se sentiens, vt etiā magia dæmonib⁹ docti

Textus.

Esaiæ. 19.

gentilitas est tota

Esaiæ. 1

vel iuxta prophetiã Balaam: intelligentes natũ filium Dei qui magicã destrueret artẽ, in Bethlehẽ venerunt, & puerũ adorauerunt. Spiritus Aegypti dicitur etiã disrumpendus in visceribus eius, qui vt ait glo. est fortitudo sua, quã Gabriel fortitudo Dei disrupit in eius visceribus, dũe medio infidelitatis hos fortissimos viros eduxit: qui erant consiliarij ei⁹, nã ob id sequitur. Et consiliũ eius præcipitabo. Fœlix
Matth. 2. d præcipitatio ad pedes Dñi Iesu de qua Matthæ⁹ ait. Et procidentes adorauerunt eũ. Fœlix præcipitatio e superbia ad humilitatẽ, vt qui ambulabant in mirabilibus super se, iã subiaceant pedibus saluatoris: cum Magdalena, quæ sedens secus pedes Dñi: audiensq; ỽbum illius optimã partẽ elegit. Ecce igitur q̃ volubilis est gentilitas quæ angelica solercia deuoluitur a magisterio erroris in disciplinã veritatis: & a fine malorũ ad fidei principiũ, quoniã propte-
Textus. rea sequitur. Cui nomen Nazareth. Beat⁹ Augustinus dicit, q̃ innocentes sunt martyrum flores, quos pruina & frigus infidelitatis decoxit, tamen alij flores nunc apparent in terra nostra qui sunt reges ma-
Cantic. o. R gi, sic agno Iesu charissimi, vt in Canti. dicatur. Pascitur inter lilia donec aspiret dies: & inclinent vmbræ. Si ergo Nazareth interpretatur florida, gaudeamus quia gentilitas protulit flores suos. s. reges magos, inter quos pascitur agnus Dei: donec vmbræ phantasmatũ cadant per suam prædicationẽ, & aspiret dies claræ doctrinæ suæ, interea gaudeat floribus istis ac primitijs gentiũ, qui propterea dicũtur
Psalm. 89. flores, quia multũ fructũ afferre debent, in horreũ gloriæ magni Dei. Induret iã & arescat Iudæa post quam dedit fructũ suum Christum, gẽtilitas vero floreat in ciuitate ecclesiæ, quoniam per magos inci-
Ier. 39. b. pit fides gentiũ quibus dicitur. Quasi rosæ plantatæ super riuos aquarũ fructificate, quasi libanus odorẽ suauitatis habete, florete flores quasi liliũ & date odorem

dorem & frondete in gratiã, & collaudate canticũ & benedicite Dñm in operib⁹ ſuis, date nomini ei⁹ magnificentiã & cõfitemini illi. Roſæ naſcuntur de ſpinis, ſed nihil tantũ ab ſpinis differt, quantũ ipſa roſa, ab ariolis & magis deſcendunt reges iſti, & ideo quo ad gentes nobiliores erant, & velut reges venerabantur, quoniã arioli dominabant cæteris, tamen quia in veritate nil deteri⁹ ariolo, ideo iſti dicuntur roſæ ab ſpinis prodeuntes, quæ õnino ſunt ab eis alienæ, ſicut magi iſti, qui iã non dicuntur ab arte magica ſed a magnitudine contemplationis, vnde hoc voluit innuere Matthæus quando dixit. Reſponſo accepto in ſomnijs & ẽ. ſancti prophetæ ac patriarchæ antiquitus in ſomno cõtemplationis captabant reſponſa, vt patet in ſancto Iacob, qui dũ timidus eſſet ĩ medio itineris, ac fratrẽ Eſau, qui eum volureat occidere, pertimeſceret. Dixerat em̃, q̃ adueniente luctu patris ſui, occideret Iacob fratrẽ ſuum, tamen in ſomnijs accepit reſponſum, ipſe Iacob, qui dũ iret ac dum reuerteretur a Labã habuit angelos ſocios, & cuſtodes ſuos ſicut & magi. Vocantur ergo roſę quia nimis ab infidelitate diſtabant, & vocantur lybanus propter odorẽ fidei, dicebant em̃. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Vocãtur q̃ lilia, quia multũ animarum fructũ attulerunt, nã teſte Amb. lilio albo nil fœcundius, nã ex vna radice plures pullulant. Gentilitas ergo nunc eſt Nazareth. i. florida quia in iſtis magis incipit florere, quãuis antea eſſet arida. Et quia hŋ flores adducunt̃ per angelum Gabrielem ad matrẽ Dei, ſequitur in euang. Ad virginem deſpõſatã viro, cui nomẽ erat Ioſeph de domo Dauid. Putant aliqui, q̃ beatus Ioſeph non aderat, quando magi peruenerũt ad ſanctũ diuerſorium ne ſuſpicarentur ex cõcubitu natũ Chriſtum, ſed adeo ſublimis magorũ fides extitit q̃ nec ſtabulũ nec adhuc fuga ipſa potuit eos monere, nouerant em̃ per angelicã

magi roſæ ac flores ſunt.

Textus.

angelicam reuelationē totum incarnationis mysterium, alioquin venientes ac intrantes Hierusalē nō picerent. Vbi est, qui natus est rex Iudæorū? Iudæi laudantes interpretatur, & sunt angeli canentes in Christi natiuitate, qui anteq; nasceretur rex erat angelorum existens apud patrē, de hoc iam incarnato & nato scienter ac fidelissime, nec nō & sapientissime quærunt. Vbi est qui natus est rex Iudæorū? in eadē quæstione vtrāq; natiuitatē Christi tangunt ac si dicerent. Vbi est nunc in terris qui natus est rex angelorum in cœlis? Scimus terris aduenisse, scimus eū esse apud vos, nunc autē solūmodo quærimus locū natiuitatis eius, quoniā cætera scimus, tantum dicite nobis, vbi nam est. Hoc scire nō poterant magi, nisi peruenissent ad virginē deiparam, quoniā in persona gētilitatis incipit tertiū cap. cantici Salomonis. In lectulo meo per noctes vsq; ibi, nec dimittā. Cum teste Dionysio, nemo operetur nisi ad bonū aspiciēs ipsa gentilitas in lectulo voluptatis per errorum noctes cæca quærebat Deū, quem præ cæteris naturaliter diligimus. Tamen ait, quæsiui illū, & non inueni propterea videlicet q̄ stellæ lumine carebāt, quo quidem ducta & in eo confidens ait. Surgā. s. altius ad inuisibilia scrutanda, & circuibo ciuitatē Hierusalem, de qua legitur. Super te Hierusalē orietur Dñs & gloria eius in te videbitur. Circuibo ergo ciuitatem per vicos & plateas, etiā ad literā hoc fecerunt magi quærentes aulā regis nati, quia suggestio eos dicebat. Quæram quē diligit anima mea. Tamē additur, quæsiui illū & non inueni imo perdidi, dū stella disparuit. Sed inuenerūt me vigiles qui custodiebant ciuitatē. s. scribæ & sacerdotes, & Herodiani, qui stupentes quærebant a nobis, rationē aduentus nostri, quibus diximus. Vidimus stellā eius in oriēte, & venimus adorare eū Ideo nunquid quē diligit anima mea vidistis? isti qui debuissent custodire ciuitatem ab

Cantic. 3. a

tatem ab erroribus non viderunt tantū bonū, ideo
q̄ gentilitas ait. Paululū cum pertransissem eos, in-
ueni quem diligit anima mea. Pertransierunt eos dū
in Bethlehē perrexerunt. Transierunt per ipsos, dū
ab eis testimoniū acceperunt, sed eos pertransierunt
vltra, dū in eorum infidelitate non steterunt. Paulu
lum ergo post eos inuenitur Iesus, quia non sufficit
doctrina, nisi ad opus conforme transeas, quia tunc
dices cū magis. Inueni quē diligit anima mea, tenui
eum, nec dimittā: donec introducā illū in domū ma
tris meæ. Hic attentius aduerte, q̄ vt ait Bernardus
bonus circuitus est, si iusticia quærit, prudentia inue
nit, fortitudo vendicat sibi temperantia possidet, vt
sit iusticia in affectu, prudentia in intellectu, fortitu-
do in effectu, tēperantia in vsu. Has virtutes habēt
magi, quia eorū iusticia dicit. Quæram quem diligit
anima mea. Prudentia vero ait. Inueni quem diligit
anima mea. Fortitudo ait. Tenui eū nec dimittam.
Temperantia quę est in possessione ac fruitione ait.
Introducā illum in domū matris meæ. De medio
autē siue de lucerna, qua tantū bonum inuenerūt se-
quitur in nostro euangeli. Et nomē virginis Maria
quæ interpretatur illuminatrix, & in figura erat stel
la quæ magos ducebat, quoniā per Mariā tan q̄ per
stellam venim⁹ ad Christū. Nec immerito hæc stel
la præ cæteris illuminatrix perhibetur, est em̄ super
omnē dispositionē stellarū in hoc hæc stella .s. Ma-
ria: q̄ simul cū ipso iusticiæ sole lucet. Omnes stellę
superueniente solis lumine nonapparent, sed absor-
bentur a splendore solis: hæc autē stella luceba[illegible] cum
sole, nec ad lumen solis claritatē propriā amittebat,
vt illius stellæ quæ peperit solē priuilegium demon
straret, beata em̄ virgo, quia verū solem peperit lu-
cet cum filio, & quanto maiori dignitate rutilat fi-
lius, tanto maiori dignitate splendet & mater, quæ
licet longe minor sit filio, sicut stella minor est sole:

virtutes cardinales Deumqu runt.

Textus.

stella est Maria.

hoc tamē

hoc tamen gaudet priuilegio q̄ ōnis anima Deo eō parata suam reprimit claritatē, sed quia honor filij, honor est matris, in excellentia filij lucet excellentia matris: quæ tantū filiū generare meruit Maria ergo est illa stella quæ lucet cū sole: significata per stellā quæ magis istis apparuit, & non solū nocte sed etiā die lucebat. Merito ergo Maria dicitur illuminatrix quia cū Christo illuminat simul, vnde propterea ait
Matth. 2. d Matthæus: Inuenerunt Iesum cū Maria matre eius Qui ergo Iesum desiderat, hanc stellā sequatur hāc habeat in mente iuxta illud beati Ambro. in sermone natalis Mariæ vbi ait. Beata Maria non fortuitu aut solū placito, vt quidā putant, sed diuina dispensatione nomen accepit. Ita vt ipsa quoq; vocabuli sui figura magnū quid innuat, interpretatē stella maris. Nautis enim mare transeuntib⁹ vocare est opus stellam maris, longe a supremo cœli cardine corruscantem, & ex respectu illius dirigere cursum vt possint portū destinatum apprehendere. Simili modo fratres oportet vniuersos Chr̄icolas inter fluct⁹ huius sœculi facere Hanc em̄ Mariā quę supremo rerū cardine Deo proxima est, inuocate & respectu exēpli eius cursum vitæ dirigite. Quod qui fecerit non iactabitur vana glorię vento nec frangetur scopulis aduersorum, nec absorbebitur voragine voluptatū sed prospere veniet ad quietis æternæ portum. Eccē igitur quom ō per beatā virginem ad ipsum Deum peruenimus quē simul cū ea inueniemus, quoniam
extus. propterea in euangel. meo sequitur. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena: Dn̄s tecū, benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Quilibet magorū velut angelus erat, ac velut nuncius gentilitatis quia ad Mariam diuersorio reclusam cū infante sunt ingressi, vt eā salutarent, &
lex væ ab ea salutem acciperent. Nec aliā credo ei salutationem obtulisse q̄ angelicā. Aue (inquiunt) ab ōni vę
trum.
Matth. 24

matrum

matrum aliena de quo dicitur. Væ prægnantib⁹ & nutrientibus. Triplex væ habent matres. ſ. damnificentiæ: indigentię & afficientiæ, quorū quodlibet adhuc trifariā partit̄, damnū em̄ triplex incurrit fœmina, cū efficitur mater, quia in conceptu perdit ỹginitatē irrecuperabiliter, poſt conceptū autē venuſtatem, & ſanitatē, in partu perdit hominū ſocietatē non em̄ poſſunt viri accedere ad eam. Sed a quolibet horū libera fuit Maria, q̄ in conceptu nō amiſit ỹginitatē, ſed acquiſiuit maiorē puritatē. Poſt conceptū non perdidit pulchritudinē nec ſanitatem ſed ei Dñs pulchritudinē amplia uit, ita vt vix a Ioſeph poſſet videri, vt in gloſa Matthęi. 1. dicitur Et ſanitatē quia in montana ſine fatigatione aſcendit. Nec etiam in partu perdidit hominū ſocietatē, ſed mediatrix Dei & hominū conſtituitur, & ab angelis & paſtorib⁹ et magis viſitatur. A vę igitur dānificentię matrum libera fuit. Secundo matres incurrūt væ indigentiæ quoniā ad concipiendū egent cōpare poſt conceptū quiete, i partu obſtetrice, Maria vero ab his immunis fuit, quæ a ſpiritu ſancto concepit, in montana abīit, in partu obſtetrice non eget, ſed germinās germinauit, & ỹgo peperit lætabunda, quā circunſtabāt obſtetricū vice concinentes angeli gloriā Deo, &c̄. Tertio incurrunt matres væ afficientiæ, quoniam afficiuntur in conceptu libidine, in portādo in ventre grauedine, in partu maximo dolore. Maria vero concepit ſine libidine, grauida fuit ſine grauedine, peperit ſine dolore, quoniā vt ait Eſaias, a(n)teq̄ parturiret peperit, vnde ab omni matrum væ libera fuit. Immo & ab ōni vę mulier⁹ quod eſt multiplex nam eſt vę ſterilitatis in virginibus, ſubiectionis & corruptionis in coniugatis, deſolationis in viduis. Sed Maria in quolibet ſtatu erat ab omni vę libera. Erat nempe ỹgo cum fœcunditate prolis, coniugata ſine vę corruptionis & ſubiectionis, vidua cū ỹginitate

ginitate sine vę desolatiõis qm̃ aut filio associata aut Ioãni cõmendata, aut Ioseph adiuncta, cũ quo pariter eã magi inueneeunt: & eã nihilominus virginem crediderunt, ac per gratiæ plenitudinẽ concepisse: vnde addunt. Gratia plena Dñs tecum. Tres inuenerunt magi. s. Ioseph & Mariã: & Iesum, ideoq; rationabiliter tria eis offerunt munera, Pauperta

Magi tria trib⁹ munera offerũt. ti Ioseph qui necessaria puero & matri debuit ministrare, obtulerunt aurũ. Virginitati Mariæ annuentes obtulerunt ei myrrhã, in signũ integritatis õnimodę. Deitati vero Christi credẽtes ei offerunt th⁹ orationis, quod soli Deo debet offerri, vnde propterea dixit Matth. Apertis thesauris suis obtulerũt ei m. au. t. & . m. quãuis aurũ Ioseph: myrrhãq; matri dederint nec dubiũ quin totum ad Christi laudẽ pertineat quoniã de ipso figuraliter dicitur. Placabo

Ge. 32. c. d eũ muneribus quæ prędecedunt: postea videbo illum Verba sunt gentilitatis ad Christũ, nam ethyopia prędenit man⁹ eius per magorũ dona: vt postea ei⁹ prędicationẽ audiret & famã quę gentib⁹ mirabili

Præconia magorum ter innotuit per hos gentiũ prędicatores, quoniam hij velut tres fortes Dauid.

2. Re, 23. c. Aquam fidei secũ deferunt ex cysterna Bethlehem

Gene. 26. a Benedictionem omnium gentiũ incipiunt habere sicut stellas cœli.

Exodi. 13. d Columna ducebantur per desertum Israelite, hij ãt tres patriarchę nostri stella ducuntur per desertũ infidelitatis ad promissionis terram Christum

Num. 7. a. Duces õniũ fideliũ iã secũ duxerũt tres magi fidem trinitatis offerẽtes munera in dedicationẽ altaris.

Iosuæ. 2. a. Explorant promissionis terrã: vt secum afferant in corde racemum Marię.

Gene. 32. b. Familię Iacob tres erant turmę, quia nunc in ternario incipitur augeri Christi familia.

Gene. 29, a Greges tres vt altera Rachel nunc Maria potuit custodire iuxta puteum fidei.

Hierarchias

Hierarchias nunc militans ecclesia tres habet, sicut & triumphans.

In splendore ortus Chri veniũt reges ad regẽ regũ — Esaię.60.b
Karitas Chri sicut silex ferrũ ducit eos ad se — Ezech.3.b
Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ paratã ante faciẽ eorũ. — Lucæ.2.d
Maria nunc tria sata simile fermento fidei miscuit, vt totum fermentetur. — Matt.13.d

Noe tres filij sunt isti, a quibus disseminatũ est omne genus fidelium. — Gene.9.c

Orietales portæ tẽpli tres, p quas intrat lumẽ cœli — Apocal.21
Pastores tres pascua querentes gregibus suis. — 1.Para,4,
Queramus & nos, qui sunt isti qui vt nubes volãt citissime? — Esaię 60.b

Refugij ciuitates tres extra Iordanẽ, & reginæ Saba veritas, quia veniunt ad Salomonem. — Iosu.20.c

Salomone fœliciores, quia desiderium eius eis attulit Dñs. s. illud, quis mihi det te fratrẽ meũ sugentẽ vbera matris meæ, vt inueniã te foris & deosculer — Canti.8.a

Tria sunt isti quæ bene gradiũtur, aries, gallus, leo — Prouerbio
Victores mundi & Herodis & seipsos viceruntvt venirent ad regem.

Xpiani nouelli Christi nostri, qui nunc pascitur inter lilia hæc donec aspiret dies totius fidei, cui succedat dies gloriæ, quã mihi & vobis præstet Iesus

A M E N

¶ Finitur alter liber super Missus est.

Tabula sermonū iuxta singulos dies aduentus. omnē materiā complectens

Sermo primꝰ de aduētu ad angelos beandos. fo.1.
Sermo secundus de beato Apostolo Andrea, fo:8.
Sermo tertiꝰ de prænūciatiōe aduentꝰ ad nos fo.18
Sermo quartꝰ de tempore aduentus Messię fo.26.
Sermo quintꝰ de mittente angelū Gabrielē, fo.33.
Sermo sextus de timore beatæ Mariæ. fo.41.
Sermo septimꝰ de timore animæ nostræ. fo.51.
Ser.8.de sancto Nicolao & omni pontifice. fo.59.
Sermo nonus, de sancto Ambrosio, & eius indiscretione. folio.66.
Sermo decimus de cōceptione Mariæ super missus est ad literam. folio.73
Sermo vndecimus, de tribus montibus ex quibus Mariæ conceptio benedicitur. folio.85.
Sermo.12.de conceptione Mariæ. fo.93.
Sermo.13.de aduentu per pœnitentiam ad animam peccatricem. folio.100
Sermo.14.de aduentu ad iudiciū. folio.106.
Sermo.15.in die sanctę Lucię de virginitate & martyrio. folio.114.
Sermo.16.de aduētu ad animā religiosam. fo.122
Ser.17.de vniuersali effectu aduētꝰ filij Dei. fo.129
Sermo.18.de obūbratione beatę Marię. foli.138.
Sermo.19. de missione angeli ad Christū confortādum & quemlibet fidelē morientem. fo.147
Sermo.20.de missione angeli ad custodiendā Mariam quę abijt in montanam. fo.154
Sermo.21.de aduentu fortitudinis Dei ad fragilē virginem pro nobis. folio.150
Ser.22.de missiōe filij Dei ad totū mundū. fo. 169
Ser.23.de missione Chri ad Thomā apłm. fo.176
Sermo.24.de ciuitate Galilęę ad quam venit filius Dei.

Dei. folio.154.
Sermo.25.de missione angeli ad custodiendum nos ac deferendum in sinū Abrahę. fo.190.
Ser.26.de sponsalibus Marię & Ioseph. fo.199
Ser.27.de natiuitate Dñi & nostra: fol.205.
Ser.28.de angelo dicēte Marię. Et paries filiū, vbi agitur de partu diuino & humano. fo.212
Ser.29.de.s.Stephano ad synagogā misso. fo.220
Sermo.30.de beato Ioāne Euangelista misso ad virginem. folio.227
Sermo.31.de sanctis innocentibus. folio.233.
Ser.32.de nomine Iesu circuncisi. fo.242
Sermo.33.de epiphania Domini. folio.248.

Errata quæ lectorē remorari possunt sic restitue.

Folio.7.linea.8.vbi modo lege medio:
Folio.54.li.22.vbi sibi lege si.
Fo.63.li.12.vbi vester lege nouit.
Foli.73.l.13.vbi occisus lege ociosas. Eadem facie secunda.li.5.vbi pœnitentia lege pinna.
Folio.94.li.35.vbi ostia lege ostiaria.
Fo.113.li.26.vbi Christo lege Christus.
Folio.168.li.18.vbi modū lege admodū.
Folio.186.li.23.vbi vester lege videtur.
Folio.207.linea.11.vbi tua lege sua.
Folio.217.li.26.vbi eos lege quando eos.
Folio.223.li.4.vbi Philistęorum lege Phariseorū.
Folio.224.li.11.vbi secundus lege secum Dominꝰ
Folio.225.li.3.vbi videia lege videbatur.

Symon Cocus ciuis celeberrimi oppidi Antuerpiensis, morans in vico vulgariter nuncupato die Lombaerde veste, excudebat. Anno .M.D.XXXV, Mense Ianuario.

